CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XIII.
IOHANNIS CASSIANI OPERA

PARS II

IOHANNIS CASSIANI CONLATIONES XXIIII

EX RECENSIONE MICHAELIS PETSCHENIG.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXVI.

IOHANNIS CASSIANI

CONLATIONES XXIIII.

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

MICHAEL PETSCHENIG.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXVI.

IOHANNIS CASSIANI

CONLATIONVM PARS PRIMA

SIVE

CONLATIONES I—X.

V = Vaticanus 5766 saec. VIII.
D = Parisinus, olim Corbeiensis, 13384 saec. VIIII.
W = Vercellensis CLXXXVII. 44 saec. VIIII—X.

O = Parisini (nouvelles acquisitions Latines) 2170 saec. VIIII *X* = Sangallensis 574 saec. VIIII—X *P* = Palatini 560 saec. X	lectiones selectae.

c = editio Cuyckii a. 1578.
r = editio Romana a. 1588.
v = *cr*.
Vulg. vel *Vulgata* = scriptura sacra secundum editionem vulgatam.
asterisco notatur littera erasa.
punctum additur lectionibus codicum adbreuiatis.

PRAEFATIO.

Debitum, quod beatissimo papae Castori in eorum uoluminum 1
praefatione promissum est, quae de institutis coenobiorum et
de octo principalium uitiorum remediis duodecim libellis domino
adiuuante digesta sunt, in quo tenuitas nostri suffecit ingenii,
utcumque sarcitum est. uiderim sane quid super hoc uel illius
uel uestri fuerit examinis aequitate perpensum, utrum in rebus
tam profundis tamque sublimibus et quae in usum stili ut
arbitror antea non uenerunt, dignum aliquid cognitione uestra
omniumque sanctorum fratrum desiderio prompserimus. nunc 2
autem quia derelinquens nos pontifex supra dictus migrauit ad
Christum, has interim decem conlationes summorum patrum,
id est anachoretarum qui in heremo Sciti morabantur, quas ille
inconparabili flagrans studio sanctitatis simili sibi iusserat
sermone conscribi, non expendens prae multitudine caritatis
quanto infirmas ceruices pondere praegrauaret, uobis potissimum, o beatissime papa Leonti et sancte frater Helladi,
credidi consecrandas. alter siquidem uestrum memorato uiro 3
et germanitatis affectu et sacerdotii dignitate et quod his maius
est sancti studii feruore coniunctus hereditario fraternum debitum iure deposcit: alter anachoretarum instituta sublimia non ut quidam propria adgressus est praesumptione sectari, sed legitimum doctrinae tramitem sancto spiritu suggerente paene

1 Praefatio Sc̃ı ıoh̃. de ·x· conlationibus *D* Incipit pręfatio *X* 3 institutione monachorum *in ras. m. 2 D* 5 sufficit *X* 6 sancitum *X* 7 nostri *X*[1]*v* 9 cogitatione *D* cognitioni uestrae *Xc* 13 anachoritarum *DX* sc*ti (a) *D* scithii (h) *X* 16 praegraueret *D*[1] 17 elladi *X* 19 affecto *D*[1] 20 hereditа...... ternum *D* 21 anachorit. *D* 23 pene *DX*

antequam disceret adprehendens non tam suis adinuentionibus quam illorum traditionibus maluit erudiri. in quibus mihi nunc in portu silentii constituto inmensum pelagus aperitur, ut scilicet de instituto atque doctrina tantorum uirorum quae-
4 dam tradere audeam memoriae litterarum. tanto enim profundioris nauigationis periculis fragilis ingenii cumba iactanda est, quantum a coenobiis anachoresis et ab actuali uita, quae in congregationibus exercetur, contemplatio dei, cui illi inaestimabiles uiri semper intenti sunt, maior actuque sublimior est. uestrum igitur est conatus nostros piis orationibus adiuuare, ne aut tam sancta materia inperito quidem, sed fideli sermone promenda periclitetur in nobis aut rursum eiusdem materiae
5 abyssis obruatur nostra rusticitas. proinde ab exteriore ac uisibili monachorum cultu, quem prioribus digessimus libris, ad inuisibilem interioris hominis habitum transeamus, et de canonicarum orationum modo ad illius quam apostolus praecipit orationis perpetuae iugitatem ascendat eloquium, ut quisquis iam superioris operis lectione Iacob illius intellegibilis nomen carnalium uitiorum subplantatione promeruit, nunc etiam non tam mea quam patrum instituta suscipiens diuinae iam puritatis intuitu ad meritum et ut ita dixerim dignitatem transiens Israhelis, quid in hoc quoque perfectionis culmine
6 debeat obseruare similiter instruatur. obtineant itaque orationes uestrae ab eo qui dignos nos uel uisu eorum uel discipulatu uel consortio iudicauit, ut nobis earundem traditionum memoriam plenam et sermonem ad dicendum facilem conferre dignetur, quo tam sancte eas tamque integre quam ab ipsis accepimus explicantes ipsos quodammodo suis institutis incorporatos et quod maius est Latino disputantes eloquio uobis exhibere possimus. hoc sane uolumus ante omnia tam harum

16 cf. I Thess. 5, 17 18 cf. Gen. 27, 36 22 cf. Gen. 32, 28

2 erudire D^1 6 cymba *X* 9 actuque *D*: atque *Xv* 12 rursum *D*: rursus *Xv* 13 abissis *D* 22 perfeccionis *D* 23 obseruari D^1 obteneant D^1 optineant *X* 25 earūdem *D* 29 est maius *Xv*: *cf. §. 3*

conlationum quam superiorum uoluminum praemonitum esse
lectorem, ut si qua forte in his pro status sui et propositi
qualitate siue pro usu et conuersatione communi uel inpossi-
bilia putauerit esse uel dura, non ea secundum suae facultatis
modulum, sed secundum dignitatem et perfectionem loquentium
metiatur, quorum prius studium atque propositum mente con-
cipiat, quo uere mortui huic conuersationi mundanae nullis
affectibus parentum carnalium, nullis actuum saecularium
nexibus obligantur. deinde locorum quoque in quibus commo- 7
rantur consideret qualitatem, qua in solitudine uastissima
constituti atque ab uniuersorum mortalium consortio separati
et per hoc inluminationem sensuum possidentes contemplantur
uel proloquuntur ea, quae inexpertis atque ineruditis pro
condicione et mediocritate consuetudinis suae inpossibilia
forsitan uidebuntur. de quibus tamen si quis uoluerit ueram
proferre sententiam et utrum impleri queant desiderat experiri,
festinet prius eorum propositum simili studio et conuersatione
suscipere, et tunc demum ea, quae supra facultatem hominis
uidebantur, non solum possibilia, uerum etiam suauissima
deprehendet. sed nunc iam ad conlationes eorum et instituta
properemus.

3 inposibilia *D* 5 modolum *D* 7 hoc conuersatione D^1 8 affectionibus *X* (*a man. 2*) *r* 9 obligentur D^2 10 qua *Dc*: qui (i *in ras.*) *X* quia *r* 14 conditione *DX* 16 implere D^1 20 deprehendit *X* 21 properemus. Capitl̄ de abbatis moysi c̄latione prima *D* Explicit prefacio. Incipiunt capitula conl̄t abbatis moysi *X*

I.

CONLATIO ABBATIS MOYSI PRIMA.

DE MONACHI DESTINATIONE VEL FINE.

CAPITVLA.

5 scythii *X* 6 que monacho *D*[1] 8 responsione] scopone *D* *cum ras. supra uoc.* 9 abbatis *om.* *Xv* 16 similitudinē *DX* 24 dei et regno *om.* *X* regno *ante* diaboli *om.* *v*

I. Cum in heremo Sciti, ubi monachorum probatissimi patres et omnis commorabatur perfectio, abbatem Moysen, qui inter illos egregios flores suauius non solum actuali, uerum etiam theoretica uirtute fragrabat, institutione eius fundari cupiens expetissem una cum sancto abbate Germano (cum quo mihi ab ipso tirocinio ac rudimentis militiae spiritalis ita indiuiduum deinceps contubernium tam in coenobio quam in heremo fuit, ut cuncti ad significandam sodalitatis ac propositi nostri parilitatem pronuntiarent unam mentem atque animam duobus inesse corporibus), pariterque ab eodem abbate aedificationis sermonem fusis lacrimis posceremus (quippe cuius hunc animi rigorem manifestissime noueramus, ut nisi fideliter desiderantibus et cum omni cordis contritione quaerentibus nequaquam adquiesceret ianuam perfectionis aperire, ne scilicet, si passim uel nolentibus eam uel tepide sitientibus exhiberet, res necessarias et quae solis perfectionem cupientibus debent esse con-

4 quod *X* 9 trapezetae *D*[1] 12 meritum. Finiunt capitula. In xp̄i nom̄ incip̄ abbatis moysi conlatio prima de distenatione (*corr. in* destinatione) monachi ł fine *D* Incipit conlatio abbatis moysi de monachi distinatione uel fine *X* 13 schiti* (i *eras.*) *X* 16 theoritica *D* theorica *Xc* fragrabat *scripsi*: flagrabat *DXv cf. VIIII, 19* fundare *D*[1] 18 tyrocinio *Xv* 23 hanc *D*[1] 26 perfeccionis *D*

pertae, indignis et fastidiose suscipientibus pandens aut iactantiae uitium aut proditionis crimen uideretur incurrere), tandem fatigatus precibus nostris ita exorsus est.

II. Omnes, inquit, artes ac disciplinae scopon quendam, id est destinationem, et telos, hoc est finem proprium habent, ad quem respiciens uniuscuiusque artis industrius adpetitor cunctos labores et pericula atque dispendia aequanimiter libenterque sustentat. nam et agricola nunc torridos solis radios, nunc pruinas et glaciem non declinans terram infatigabiliter scindit et indomitas agri glaebas frequenti subigit uomere, dum scopon seruat, ut eam cunctis sentibus expurgatam uniuersisque graminibus absolutam in modum solubilis harenae exercendo comminuat, finem, id est perceptionem copiosarum frugum et exuberantiam segetum non alias adepturum se esse confidens, quo uel ipse deinceps uitam securus exigere uel
2 suam possit amplificare substantiam. referta etiam frugibus horrea libenter exhaurit easque putribus sulcis instanti labore commendat, praesentem deminutionem futurarum messium contemplatione non sentiens. illi etiam, qui negotiationum solent exercere commercia, non incertos pelagi timent casus, non ulla discrimina perhorrescunt, dum ad finem quaestus spe praepeti prouocantur. nec non etiam hi qui militiae mundialis ambitione flammantur, dum prospiciunt honorum ac potentiae finem, peregrinationum exitia ac pericula non sentiunt nec praesentibus aerumnis bellisque franguntur, dum propositum
3 sibi dignitatis finem cupiunt obtinere. habet ergo et nostra professio scopon proprium ac finem suum, pro quo labores cunctos non solum infatigabiliter, uerum etiam gratanter inpendimus, ob quem nos ieiuniorum inedia non fatigat, uigiliarum lassitudo delectat, lectio ac meditatio scripturarum continuata non satiat, labor etiam incessabilis nuditasque et omnium rerum priuatio, horror quoque huius uastissimae

4 inquid D^1 5 distinationem D^1 10 glebas DX 12 arenae X 17 exaurit D^1 instanti• (a *ut uid. eras.*) D 18 diminutionem D^2X 26 dignitates D^1 ob••tire (ne *supra*) D *post* obtinere *in DX cap. tertium incipit*

solitudinis non deterret. ob quem uos ipsi procul dubio parentum spreuistis affectum et patrium solum ac delicias mundi tot pertransitis regionibus despexistis, ut ad nos homines rusticos et idiotas atque in hoc heremi squalore degentes peruenire possetis. propter quod respondete, inquit, mihi quae sit destinatio uestra uel finis, qui ad haec omnia libentissime sustinenda nos prouocat.

III. Et cum persisteret nostram elicere super hac interrogatione sententiam, respondimus regni caelorum causa haec cuncta tolerari.

IIII. Ad quod ille: Bene, inquit: argute de fine dixistis. qui uero debeat esse scopos noster, id est destinatio, cui iugiter inhaerentes finem ualeamus adtingere, prae omnibus nosse debetis. et cum ignorationem confessi simpliciter fuissemus, adiecit: in omni ut dixi arte ac disciplina praecedit quidam scopos, id est animae destinatio siue incessabilis mentis intentio. quam nisi quis omni studio perseuerantiaque seruauerit, nec ad finem desiderati fructus poterit peruenire. nam ut dixi 2
agricola finem habens secure copioseque uiuendi in prouentu segetum fecundarum scopon, id est destinationem gerit agrum suum cunctis sentibus expurgare eumque uniuersis infructuosis uacuare graminibus, nec aliter se quieti finis opulentiam adepturum esse confidit, nisi id, quod usu obtinere desiderat, quadam prius operis ac spei suae ratione possideat. negotiator quoque conparandarum mercium desiderium non deponit, per quod possit quaestuosius diuitias congregare, quia frustra concupisceret lucrum, nisi uiam qua ad id tenderet elegisset. et qui certis quibusque dignitatibus mundi huius cupiunt honorari, cui se officio uel ordini debeant mancipare ante proponunt, ut per legitimum spei tramitem finem quoque ualeant desideratae dignitatis adtingere. itaque et uiae nostrae 3

3 dispexistis *D* rustocos *D*¹ 4 herimis *D*¹ 5 possitis *D*¹*X* inquid *D* 8 *nulla distinctio in* *DX* 10 cunta *D* 11 inquid *D*¹ et argute *r* acute *D* 12 esse debeat *X* 17 quam] quia *D*¹ 22 adepturam *D* 27 id *om.* *D* 28 dignitatebus *D*¹

finis quidem est regnum dei. quid uero sit scopos debet diligenter inquiri: qui si nobis similiter conpertus non fuerit, frustra nitendo fatigabimur, quia sine uia tendentibus labor est itineris, non profectus. ad quod obstupescentibus nobis senex intulit: finis quidem nostrae professionis ut diximus regnum dei seu regnum caelorum est, destinatio uero, id est scopos, puritas cordis, sine qua ad illum finem inpossibile est
4 quempiam peruenire. in hac ergo destinatione defigentes nostrae directionis obtutus uelut ad certam lineam cursum rectissimum dirigemus, ac si paululum quid ab hac cogitatio nostra deflexerit, ad contemplationem eius ilico recurrentes rursus eam uelut ad quandam normam rectissime corrigemus, quae semper omnes conatus nostros ad unum hoc reuocans signum arguet statim, si a proposita directione mens nostra uel paululum deuiauerit.

V. Quemadmodum hi, quibus usus est bellica tela tractandi, cum ante regem mundi huius artis suae cupiunt peritiam demonstrare, in paruissima quaedam scutula, quae depicta in se continent praemia, iacula uel sagittas intorquere contendunt, certi quod non alias nisi destinationis suae linea ad finem possint desiderati praemii peruenire, quo tum demum utique potientur, cum propositum scopon ualuerint obtinere: qui si forte ab eorum fuerit subtractus intuitu, quantumlibet a recto tramite cassa imperitorum deerret intentio, excidisse se tamen ab illius disciplinatae lineae directione non sentient, quia nullum habent certum signum quod uel peritiam directionis probet uel arguat prauitatem. et ideo cum inutiles in aëra uacuumque fuderint iactus, in quo peccauerint quoue decepti sint diiudicare non possunt, quippe quos nullum accusat indicium quantum a directione discesserint, nec quo deinceps

1 quid *D*: qui *Xv* 2 quid sit nobis similiter et si *D* 10 dirigemus *r*: dirigimus *D* (*s. l. m. 2*) *X* 11 recurrentis *D*[1] 12 ad *om.* *DX*: *habent '8 Ms.' apud Cuyckium* quandam normam rectissime *D* quadam norma certissima (rectissima *r*) *Xr* corrigemus *X*: corrigimus *D* 13 conatos *D*[1] 14 deuiarit *Xr* 17 quedam *D*: quadam *Xv* 18 continet *Xv* 19 distinationis *D* 20 tūndemū** (*1 uel 2 litt. eras.*) *D* 22 abstractus *D*[2] 27 quoue (in *s. l.*) *D*

corrigere uel reuocare debeant lineam disciplinae docere potest
passiuus obtutus. ita igitur et nostri propositi finis quidem 2
secundum apostolum uita aeterna est, ita eodem pronuntiante: habentes quidem fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam aeternam, scopos uero est puritas cordis, quam sanctificationem non inmerito nuncupauit, sine qua praedictus finis non poterit adprehendi, acsi dixisset aliis uerbis: habentes quidem scopon uestrum in cordis puritate, finem uero uitam aeternam. de qua destinatione docens nos idem beatus apostolus ipsum nomen, id est scopon, significanter expressit ita dicens: quae posteriora sunt obliuiscens, ad ea uero quae in ante sunt extendens me, ad destinatum persequor, ad brauium supernae
uocationis domini. quod euidentius in Graeco ponitur 3
κατὰ σκοπὸν διώκω, id est secundum destinationem persequor, tamquam si dixisset: hac destinatione qua illa quae posteriora sunt obliuiscor, id est anterioris hominis uitia, ad finem brauii caelestis peruenire contendo. quidquid ergo nos ad hunc scopon, id est puritatem cordis potest dirigere, tota uirtute sectandum est, quidquid autem ab hac retrahit, ut perniciosum ac noxium deuitandum. pro hac enim uniuersa agimus atque toleramus, pro hac parentes, patria, dignitates, diuitiae, deliciae mundi huius et uoluptas uniuersa contemnitur, ut scilicet puritas
cordis perpetua retentetur. hac itaque nobis destinatione pro- 4
posita semper actus nostri et cogitationes ad eam obtinendam rectissime dirigentur. quae si prae oculis nostris iugiter statuta non fuerit, non solum cunctos labores nostros uacuos pariter atque instabiles reddens in cassum eos ac sine ullo

4 Rom. 6, 22 11 Phil. 3, 13—14

4 sanctificationem (*εἰς ἁγιασμόν*) *Dc*: sanctificatione *X* 6 quem *D* n̄cupauit *D* 9 distinatione *X*[1] 12 in ante] in priora *X*: *cf. VI, 14, 1* 13 brauium coronae inexpugnabilis brauium *D* 14 greco *DX* 16 distinatione *X* 18 quicquid *DX bis* 21 toleramus et agimus *Xv* 22 diliciae *D*[1] 24 retentetur *r*: retenetur *D*[1] retineatur *D*[2]*c* distinatione *DX*[1] 26 dirigentur] *hic incipit W* 27 ua..os (ca *suprascr.*) *D* uarios *X* 28 adque *W*

emolumento conpellet effundi, sed etiam cogitationes omnes diuersas sibique contrarias suscitabit. necesse est enim mentem quo recurrat cuiue principaliter inhaereat non habentem per singulas horas atque momenta pro incursuum uarietate mutari atque ex his quae extrinsecus accedunt in illum statum continuo transformari qui sibi primus occurrerit.

VI. Hinc namque est quod nonnullos mundi huius maximas facultates et non solum multa auri atque argenti talenta, uerum etiam praediorum magnificentiam contemnentes post haec uidimus pro scalpello, pro graphio, pro acu, pro calamo commoueri. qui si contemplationem cordis mundi fixam tenerent, numquam utique pro paruis rebus admitterent, quod ne pro magnis ac pretiosis incurrerent opibus, easdem penitus abicere
2 maluerunt. nam et plerumque nonnulli tanto zelo codicem seruant, ut eum ne leuiter quidem legi uel contingi ab aliquo sinant, et inde occasiones inpatientiae ac mortis incurrunt, unde monentur stipendia patientiae et caritatis adquirere, cumque omnes diuitias suas pro Christi amore disperserint, pristinum tamen cordis affectum in rebus minimis retentantes et pro ipsis nonnumquam mobiliter irascentes, ueluti qui non habeant apostolicam caritatem, ex omnibus infructuosi sterilesque redduntur. quod in spiritu beatus apostolus praeuidens et si distribuero, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.
3 unde liquido conprobatur perfectionem non statim nuditate nec priuatione omnium facultatum seu dignitatum abiectione contingi, nisi fuerit caritas illa cuius apostolus membra describit, quae in sola cordis puritate consistit. nam quid est

22 I Cor. 13, 3 28 cf. I Cor. 13, 4 sqq.

1 emolomento D^1 5 adque D^1 accedunt D^1: accidunt D^2WX 7 nonnullis D^1 10 uidemus D^1 grafio X 11 fixa D 14 malluerunt W 15 nec D^2 16 occassiones W incurrant X^1 20 uel utiq; non D 21 sterelisque W^1 reddantur W 23 inquid DW 24 tradedero D^1 27 dignitatem D^1 28 discribit W 29 puritatem D^1

aliud non aemulari, non inflari, non inritari, non agere perperam, non quaerere quae sua sunt, non super iniquitate gaudere, non cogitare malum et reliqua, nisi cor perfectum atque mundissimum deo semper offerre et intactum a cunctis perturbationibus custodire?

VII. Omnia igitur huius gratia gerenda adpetendaque sunt
nobis. pro hac solitudo sectanda est, pro hac ieiunia, uigilias,
labores, corporis nuditatem, lectionem ceterasque uirtutes de-
bere nos suscipere nouerimus, ut scilicet per illas ab uni-
uersis passionibus noxiis inlaesum parare cor nostrum et
conseruare possimus et ad perfectionem caritatis istis gradibus
innitendo conscendere, et non propter has obseruantias, si forte
honesta ac necessaria occupatione praeuenti sollemnitatem
districtionis nostrae non potuerimus implere, incidamus in
tristitiam uel iram siue indignationem, ob quae expugnanda
illud quod praetermissum est fueramus acturi. non enim tantum 2
est lucrum ieiunii quantum irae dispendium nec tantus lectione
capitur fructus quantum contemptu fratris incurritur detri-
mentum. ea igitur quae sequentia sunt, id est ieiunia, uigiliae,
anachoresis, meditatio scripturarum, propter principalem scopon,
id est puritatem cordis, quod est caritas, nos conuenit exercere
et non propter illa principalem hanc proturbare uirtutem,
qua in nobis integra inlaesaque durante nihil oberit, si aliquid
eorum quae sequentia sunt pro necessitate fuerit praetermissum:
siquidem nec proderit uniuersa fecisse adempta hac qua diximus
principali causa, cuius obtentu sunt omnia peragenda. ob hoc 3
enim quis ferramenta cuiuslibet artis instituere sibimet ac

1 perperam peruersam perperam *D* 2 iniquitatĕ *D*[1] gaudere super iniquitate *v* 3 adque *W* 4 a *om.* *W* 7 hanc *D*[1] 8 leccionem *D* 11 posemus *D*[1] et $\overset{\text{ad}}{\text{p}}$.fectionem *W* perfeccionem *D* 13 honeste *D* solemnitatem *DX*[2] sollempnitatem *WX*[1] 14 incedamus *D*[1] 15 tristitie *D*[1] ob quae] que *supra ras. 5—6 litt.* *D* 16 illut *D* 17 tantos *D*[1] 18 capetur *D*[1] contemtu *W* 21 exerceri *W*[2] 23 quia *D*[1] aliquit *D* 24 necesitate *D* 25 haec *W* 27 artes *W*[1] instituhere *D*[1]

praeparare festinat, non ut ea possideat otiosa nec ut emolumenti illius fructum qui speratur ex ipsis in nuda instrumentorum possessione constituat, sed ut eorum ministerio peritiam finemque illius disciplinae cuius haec adiumenta sunt efficaciter adprehendat. igitur ieiunia, uigiliae, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in ipsis consistit disci-
4 plinae illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. in cassum igitur haec exercitia molietur, quisque his uelut summo bono contentus intentionem sui cordis huc usque defixerit et non ad capiendum finem, propter quem haec adpetenda sunt, omne studium uirtutis extenderit, habens quidem disciplinae illius instrumenta, finem uero, in quo omnis fructus consistit, ignorans. quidquid igitur potest istam mentis nostrae puritatem tranquillitatemque turbare, quamuis utile ac necessarium uideatur, ut noxium deuitandum est. hac enim norma et errorum peruagationumque omnium dispersiones poterimus euadere et desideratum finem linea certae directionis adtingere.

VIII. Hic ergo nobis principalis debet esse conatus, haec immobilis destinatio cordis iugiter adfectanda, ut diuinis rebus ac deo mens semper inhaereat. quidquid ab hac diuersum est, quamuis magnum, secundum tamen aut etiam infimum seu certe noxium iudicandum est. huius mentis uel actus figura etiam in euangelio per Martham et Mariam pulcherrime designatur. cum enim Martha sancto utique ministerio deseruiret, utpote quae ipsi domino eiusque discipulis ministrabat, et Maria spiritali tantummodo intenta doctrinae Iesu pedibus inhaereret, quos osculans bonae confessionis liniebat unguento, praefertur tamen a domino, quod et meliorem elegerit partem et eam
2 quae ab ea non possit auferri. nam cum laboraret Martha pia

1 ut nón *D* possedeat *D*[1] otiose *X* 2 qui] q; *D* 6 omnem faccultatum *D*[1] 7 profeccionis *D* 8 per illā *D* 13 omnes *W* 14 quicquid *WX* 16 haec *DW*[1] 17 dispersionis *D* 18 direccionis *D* 20 distenacio *D*[1] 21 quicquid *D WX* 22 secondum *D*[1] 24 martam *D* 28 linebat ungento *W* 29 elegeret *D*[1] 30 acferri *D*[1]

sollicitudine ac dispensatione distenta, solam se uidens ad tantum ministerium non posse sufficere adiutorium sororis a domino postulat dicens: non tibi sedet quia soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo ei ut me adiuuet. utique non ad uile opus, sed ad laudabile eam ministerium prouocabat. et tamen quid audit a domino? Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima: paucis uero opus est aut etiam uno. Maria bonam partem elegit, quae non auferetur ab ea. uidetis ergo principale bonum in theoria sola, id est in contemplatione diuina dominum posuisse. unde ceteras uirtutes, licet necessarias et utiles 3 bonasque pronuntiemus, secundo tamen gradu censendas esse decernimus, quia uniuersae huius unius patrantur obtentu. dicens enim dominus: sollicita es et turbaris erga multa, paucis uero opus est aut etiam uno, summum bonum non in actuali quamuis laudabili opere et multis fructibus abundanti, sed in sua contemplatione quae uere simplex et una est collocauit, paucis opus esse pronuntians ad perfectam beatitudinem, id est illa theoria quae prius in paucorum serua⟨ba⟩tur consideratione sanctorum. a quorum contemplatione conscendens is qui adhuc in profectu positus est ad illud quoque quod unum dicitur, id est dei solius intuitum ipso adiuuante perueniet, ut scilicet etiam sanctorum actus ac ministeria mirifica supergressus solius dei iam pulchritudine scientiaque pascatur. Maria ergo bonam partem elegit, quae non 4 auferetur ab ea. et hoc diligentius intuendum est. nam cum dicit Maria bonam partem elegit, licet taceat de Martha et nequaquam eam uituperare uideatur, illam tamen laudans hanc inferiorem esse pronuntiat. rursum cum dicit quae non auferetur ab ea, ostendit quod ab hac sua

3 Luc. 10, 40 6 l. c. 41—42

6 audiuit *D* 7 plorima D^1 11 possuisse D^1 12 bonasque *om.* *Dv* 17 habundanti DWX^1 19 illam theoriam *Dv* seruabatur *scripsi*: seruatur *DWXv* 20 considerationem *W* ad D^2 contemplationē *D* 21 his D^1 profecto D^1 22 intuitu• (m *eras.*) *W* 23 etiam *om.* *D* 25 eligit W^1 28 uituparare *D* 30 ostendat D^1

portio possit auferri (nec enim ministerium corporale cum homine poterit iugiter permanere), illius uero studium nullo prorsus aeuo docet posse finiri.

VIIII. Ad quod nos ualde permoti: Quid ergo? diximus: labor ieiuniorum, lectionis instantia, opera misericordiae, iustitiae, pietatis et humanitatis auferentur a nobis et non permanebunt cum auctoribus suis, praesertim cum ipse dominus retributionem regni caelorum his operibus repromittat dicens: uenite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. esuriui enim et dedistis mihi manducare, sitiui et dedistis mihi bibere, et cetera? quomodo ergo auferentur haec quae introducunt factores suos in regnum caelorum?

X. MOYSES: Nec ego dixi mercedem boni operis auferendam dicente eodem domino: qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam, sed actionem dico, quam uel necessitas corporalis uel inpugnatio carnis seu mundi huius inaequalitas administrari exigit, auferendam. nam lectionis instantia uel ieiuniorum adflictio ad emundationem cordis et castigationem carnis in praesenti tantummodo utiliter exercentur, donec caro concupiscit aduersus spiritum. quae nonnumquam ab his, qui labore nimio seu aegritudine corporis senioue defessi sunt, etiam in praesenti uidemus auferri nec ab homine posse iugiter
2 exerceri. quanto magis ergo haec in futuro cessabunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem corpusque istud quod nunc animale est surrexerit spiritale et coeperit caro non esse iam talis ut aduersus spiritum concupiscat. de quibus etiam beatus apostolus manifeste pronuntiat corpo-

9 Mt. 25, 34–35 15 Mt. 10, 42 22 Gal. 5, 17
27 I Cor. 15, 53 28 I Cor. 15, 44 30 I Tim. 4, 8

3 finire D^1 4 dicimus *W* 6 iustiae *W* 10 regni D^1
12 auferentur *DXv*: auferenda sunt *W* 14 moses D^1W 19 administrare *W* 20 nam *ex* nec *D* 24 qui] q; D^1 deffessi *W* 29 tales W^1

ralis, inquiens, exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem (quae sine dubio caritas intellegitur) ad omnia utilis est, promissionem habens uitae quae nunc est et futurae. quae ergo dicitur ad modicum esse utilis, manifeste pronuntiatur nec per omne tempus exerceri nec summam perfectionis per se solam laboranti posse conferre. modicum quippe ad utrumque referri potest, id est uel ad 3
breuitatem temporis, quod scilicet homini tam in praesenti quam in futuro exercitatio corporalis coaeterna esse non possit, uel certe ad paruitatem utilitatis quae de carnali exercitatione conquiritur, eo quod adflictio corporalis initia quaedam profectus, non ipsam perfectionem pariat caritatis, quae promissionem habet uitae praesentis et futurae. et idcirco exercitia operum praedictorum necessaria esse censemus, quia sine ipsis ad caritatis fastigia non possit ascendi. haec etiam quae dicitis 4
opera pietatis ac misericordiae necessaria sunt in hoc tempore, dum adhuc inaequalis diuersitas dominatur: quorum ne hic quidem expectaretur operatio, nisi inopum, indigentum infirmorumque pars maxima redundaret, quae iniquitate hominum facta est, eorum scilicet, qui ea quae omnibus a communi creatore concessa sunt in suos tantum occupata usus nec tamen utenda tenuerunt. donec ergo in hoc mundo inaequalitas ista grassa- 5
tur, erit haec actio necessaria et utilis exercenti, restituens quidem bono affectui et piae uoluntati retributionem hereditatis aeternae: ipsa uero in futuro saeculo parilitate regnante cessabit, cum iam non fuerit inaequalitas propter quam haec debeant exerceri, sed cuncti ab hac multiplici, id est actuali operatione ad caritatem dei et diuinarum rerum contemplationem perpetua cordis puritate transibunt. cui se hi, quibus cura est uel scientiae uel emundationi mentis insistere, iam in hoc saeculo constituti elegerunt omni conatu ac uiribus mancipare, illi scilicet semet ipsos officio adhuc in carne

3 utiles W^1 5 manefeste D^1 12 ipsa W^r 17 nec X 21 čconcessa D 22 crassatur W 24 bona D^1 25 seculo D 27 debent D multiplice D^1 30 scientia D emendatione D emendationi W 32 ille D^1

corruptionis positi deputantes, in quo erunt corruptione deposita permansuri, peruenientes ad illam promissionem domini saluatoris qua dicitur: beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

XI. Et quid miramini si illa officia superius conprehensa transibunt, cum sanctus apostolus etiam sublimiora spiritus sancti charismata transitura describat, solam uero caritatem designet sine fine mansuram siue, inquiens, prophetiae, euacuabuntur: siue linguae, cessabunt: siue scientia, destruetur, de hac autem: caritas numquam
2 excidit. omnia namque dona pro usu ac necessitate tribuuntur ad tempus, consummata dispensatione mox procul dubio transitura, caritas uero nullo intercipietur tempore. non solum enim in praesenti mundo utiliter operatur in nobis, sed etiam in futuro sarcina corporeae necessitatis abiecta efficacior multo atque excellentior permanebit, nullo umquam corrumpenda defectu, sed per incorruptionem perpetuam flagrantius deo atque intentius adhaesura.

XII. GERMANVS: Quis ergo potest fragili carne circumdatus ita esse huic theoriae semper adfixus, ut numquam cogitet de fratris aduentu, de uisitatione infirmi, de opere manuum, certe de humanitate peregrinis uel aduenientibus exhibenda? postremo quis non interpelletur corporis ipsius prouisione uel cura? aut quemadmodum mens uel in quo illi inuisibili et inconprehensibili deo ualeat cohaerere, cupimus edoceri.

XIII. MOYSES: Inhaerere quidem deo iugiter et contemplationi eius quemadmodum dicitis inseparabiliter copulari inpossibile est homini ista carnis fragilitate circumdato. uerum oportet

3 Mt. 5, 8 8 I Cor. 13, 8 10 l. c.

1 corruptiones W^1 2 promissnm̄ (sione) D 10 ac D^1 11 excedet D^1 excedit *W* (*alterum* e *in ras. m. 2*) X^1 excidet X^2 15 efficatior *DW* 16 adquae *W* 17 fraglantius *W* adque *W* 19 flagili *D* 21 fratrū D^1 22 uel certe *Xv* 26 moses D^1W contemplatione D^1 27 dicis D^1 inseperabiliter copolari D^1 imposibile *D*

nos scire ubi nostrae mentis intentionem debeamus habere
defixam et ad quam destinationem semper animae nostrae
reuocemus intuitum: quam cum potuerit obtinere mens, gaudeat
et a qua distractam se doleat atque suspiret totiensque se a
summo bono sentiat recidisse, quotiens se ab illo intuitu
deprehenderit separatam, fornicationem iudicans uel momenta-
neum a Christi contemplatione discessum. a quo cum deuia- 2
uerit paululum noster obtutus, rursus ad eum cordis oculos
retorquentes uelut rectissima linea mentis aciem reuocemus.
totum namque in animae consistit recessu, unde expulso dia-
bolo ac nequaquam in ea iam regnantibus uitiis consequenter
regnum dei fundatur in nobis dicente euangelista: regnum
dei non ueniet cum obseruatione, neque dicent:
ecce hic aut ecce illic est: amen enim dico uobis
quia regnum dei intra uos est. intra nos uero nihil
aliud esse potest quam scientia aut ignoratio ueritatis et uel
uitiorum amicitia uel uirtutum, per quae aut diabolo aut
Christo regnum paramus in corde. cuius etiam regni quali- 3
tatem describit apostolus ita dicens: non enim regnum dei
est esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium
in spiritu sancto. itaque si regnum dei intra nos est et
ipsum regnum dei iustitia et pax et gaudium est, ergo qui
in istis commoratur sine dubio in regno dei est, et e contrario
illi qui in iniustitia et discordia et tristitia mortem operante
uersantur, in regno diaboli et in inferno ac morte sunt constituti.
his enim indiciis uel dei uel diaboli discernitur regnum. et re
uera si sublimi mentis intuitu consideremus statum illum, in
quo degunt caelestes supernaeque uirtutes quae uere in regno
dei sunt, qui alius esse credendus est quam perpetua iugisque

12 Luc. 17, 20—21 19 Rom. 14, 17

3 intitum D^1 4 duleat D^1 adque *W* 5 reccidisse W^2: recidisse D^2W^1X recedisse D^1 6 separatum *W* 7 xp̄o D^1 10 in *s. l.* *D* 11 ea iam] eadem D^1 14 enim *D*: amen *WX* 15 inter uos est *D* 17 zabŏlo (z *in ras.*) *D* 19 discribit *D* describet W^1 23 commemoratur W^1 24 iustitia D^1 25 diabuli D^1 zabuli D^2: *ita et infra* 29 quid aliud X^2

4 laetitia? quid enim tam proprium uerae beatitudini tamque
conueniens quam tranquillitas iugis et gaudium sempiternum?
et ut hoc ipsum quod dicimus ita esse non mea coniectura,
sed ipsius domini auctoritate certius instruaris, audi eum qua-
litatem et statum mundi illius apertissime describentem: ecce,
inquit, ego creo caelos nouos, et terram nouam: et
non erunt in memoria priora, neque ascendent super
cor. sed gaudebitis et exultabitis usque in sempi-
ternum in his, quae ego creo. et rursum: gaudium et
laetitia inuenietur in ea, gratiarum actio et uox
laudis. et erit mensis ex mense, et sabbatum ex
sabbato. et iterum: gaudium et laetitiam obtinebunt,
5 fugiet dolor et gemitus. et si adhuc clarius de illa con-
uersatione et ciuitate sanctorum uultis agnoscere, adtendite
quae ad ipsam Hierusalem uoce domini dirigantur: et ponam,
inquit, uisitationem tuam pacem, et praepositos tuos
iustitiam. non audietur ultra iniquitas in terra
tua, uastitas et contritio in terminis tuis, et occu-
pabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio.
non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem,
nec splendor lunae inluminabit te: sed erit tibi
dominus in lucem sempiternam, et deus tuus in
gloriam tuam. non occidet ultra sol tuus, et luna
tua non minuetur: sed erit dominus in lucem sempi-
6 ternam, et conplebuntur dies luctus tui. et idcirco
beatus apostolus non generaliter neque simpliciter omne gaudi-
um regnum dei esse pronuntiat, sed signanter ac specialiter
illud solum quod in spiritu sancto est. nouit enim esse aliud
quoque uituperabile gaudium, de quo dicitur: mundus iste
gaudebit, et: uae uobis qui ridetis, quia plorabitis.

5 Esai. 65, 17—18 9 Esai. 51, 3. 66, 23 12 Esai. 35, 10
15 Esai. 60, 17—20 26 cf. Rom. 14, 17 29 Ioh. 16, 20
30 Luc. 6, 25

1 beatitudine D^1 beatitudinis W^1 4 auctoritate] uoluntate *D*
6 inquid D^1 7 erant D^1 memoriam *DW* ascendet X^1
16 inquid *DW* 18 uastitas] ueritas D^1 occupauit *D* 23 occi-
dit D^1 28 aliut *D* 30 ue *DW*

regnum sane caelorum tripliciter accipiendum est: aut quod regnaturi sint caeli, id est sancti in aliis subditis secundum illud: esto tu super quinque ciuitates, et tu super decem, illudque quod dicitur ad discipulos: sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israhel, aut quod ipsi caeli incipiant a Christo regnari, cum scilicet omnibus ei subiectis coeperit esse omnia in omnibus deus, uel certe quod sancti in caelis sint cum domino regnaturi.

XIIII. Quamobrem in hoc corpore constitutus iam nouerit unusquisque illi se regioni uel ministerio deputandum, cuius in hac uita semet ipsum participem cultoremque praebuerit, illiusque se etiam in illo perenni saeculo consortem futurum esse non ambigat, cui nunc ministrum se sociumque maluerit exhibere, secundum sententiam domini ita dicentis: si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit. nam quemadmodum diaboli regnum per coniuentiam suscipitur uitiorum, ita regnum dei per exercitationem uirtutum puritate cordis ac spiritali scientia possidetur. ubi autem regnum dei est, ibi procul dubio et uita 2
habetur aeterna, et ubi regnum diaboli est, ibi mortem atque infernum esse non dubium est. in quo qui fuerit, nec laudare dominum potest secundum prophetae sententiam dicentis: non mortui laudabunt te, domine: neque omnes, qui descendunt in infernum (sine dubio: peccati). sed nos, inquit, qui uiuimus (non uitiis scilicet nec mundo huic, sed deo), benedicamus dominum, ex hoc nunc et usque in saeculum. non enim est in morte qui memor

3 Luc. 19, 19 et 17 4 Mt. 19, 28 7 I Cor. 15, 28 14 Ioh. 12, 26 22 Ps. 113, 17—18 27 Ps. 6, 6

3 illut *D* 4 illutque *D* 5 sedes duodecem *D*[1] duodecem tribus *W*[1] isrł *DWX* 8 regnaturi cum domino *D* 12 illius qui *D*[1] 15 ego sum *Xr* 16 zaboli *D corr.* 17 conibentiam *D*[1]*X* 18 cordis adquiritur ac *W* possedetur *D*[1] 20 zaboli *ex* zabuli *et hoc ex* diabuli *D* 21 qui] q; *D*[1] 22 dicentes *D*[1] *W*[1] 24 discendunt *W* 25 inquid *DW* 26 benedicamus (*εὐλογήσομεν*) *DW*: benedicimus *Xv*

est dei: in inferno autem (peccati) quis confitebitur
3 domino? id est nemo. nullus enim, tametsi milies semet ipsum
uel Christianum esse profiteatur uel monachum, cum peccat
confitetur deum, nullus admittens ea quae dominus execratur
reminiscitur dei, nec seruum se ueraciter illius profitetur, cuius
praecepta contumaci temeritate contemnit. in qua morte illam
uiduam quae est in deliciis beatus apostolus esse pronuntiat
uidua, inquiens, quae in deliciis est, uiuens mortua
est. sunt ergo multi qui uiuentes in hoc corpore mortui sunt
et in inferno iacentes deum laudare non possunt, et e contrario
sunt qui cum mortui sint corpore, deum spiritu benedicunt
atque conlaudant secundum illud: benedicite spiritus et
animae iustorum dominum, et: omnis spiritus lau-
4 det dominum. et in Apocalypsi animae occisorum non solum
laudare deum, sed etiam interpellare dicuntur. in euangelio
quoque euidentius dominus ad Sadducaeos non legistis,
inquit, quod dictum est a deo dicente uobis: ego sum
deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob? non
est deus mortuorum sed uiuentium. omnes enim ei
uiuunt. de quibus et apostolus propter quod, inquit, non
confunditur deus uocari deus eorum: parauit enim
illis ciuitatem. nam quia nec otiosae sint post separati-
onem huius corporis neque nihil sentiant, etiam euangelii
parabola quae de illo paupere Lazaro et diuite purpurato pro-
fertur ostendit, quorum unus beatissimam sedem, id est sinus
Abrahae requiem promeretur, alius intolerabili ardore aeterni
5 ignis exuritur. si autem et illud quod dicitur ad latronem:

8 I Tim. 5, 6 12 Dan. 3, 86 13 Ps. 150, 6 14 cf. Apoc. 6, 9—10 16 Mt. 22, 31—32 20 Hebr. 11, 16 24 cf. Luc. 16, 19 sqq.

1 est dei *WX*: sit dei *Dv* (*Vulg.*) 2 tam•• et si *W* millies *D*: *om.* *W* 3 profiteatur esse *Wr* 4 deum *DW*: domino *Xv* 5 reminiscetur *W*¹ 6 contempnit *W* 7 in deliciis est *W* 10 infernum *W* 11 sint] sunt *D* 12 adque *D*¹ 13 omnes *W*¹ 16 sadduceos *DX* sadducaeus *W*¹ 17 inquid *DW* 20 inquid *DW* 22 otiosi *ex* otiose *D* 24 parabula *D* 26 aeterne *D*¹

hodie mecum eris in paradiso uoluerimus intendere, quid aliud manifeste significat quam perdurare in animabus non solum pristinos intellectus, sed etiam uicissitudine eas congrua pro meritorum actuumque suorum perfrui qualitate? hoc enim illi nequaquam dominus promisisset, si eius animam nosset post separationem carnis uel priuandam sensu uel in nihilum resoluendam. non enim caro eius in paradiso, sed anima erat ingressura cum Christo. cauenda sane, immo toto 6
horrore est detestanda prauissima haereticorum illa distinctio, qui dum non credunt Christum potuisse eodem die quo in inferna descendit etiam in paradiso repperiri, ita distingunt amen dico tibi hodie, et interposita distinctione inferunt mecum eris in paradiso, ut scilicet haec promissio non statim post transitum uitae huius inpleta, sed post resurrectionis aduentum intellegatur inplenda, non intellegentes illud quod ante resurrectionis suae diem protulit ad Iudaeos, qui eum ut semet ipsos credebant humanis angustiis et carnali infirmitate concludi: nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. quibus manifeste probatur animas defunctorum non solum suis 7
sensibus non priuari, sed ne istis quidem affectibus, id est spe atque tristitia, gaudio ac metu carere, et ex eis quae sibi in illo generali examine reseruantur quiddam eas iam incipere praegustare, nec secundum opinionem quorundam infidelium in nihilum eas resolui post huius commorationis excessum, sed uiuacius subsistere deique laudibus intentius inhaerere. et re uera, ut sequestratis paulisper testimoniis scripturarum 8
de ipsius animae natura secundum mediocritatem sensus nostri paucis aliqua disputemus, nonne ultra omnis ineptiae non dicam fatuitatem, sed insaniam est uel leuiter suspicari illam pretiosiorem hominis portionem, in qua etiam imago dei secun-

1 Luc. 23, 43 18 Ioh. 3, 13

9 hereticorum *DX* 11 paradyso *D* repperire *D*[1] 12 et *om.* *W* inferuntur *D* 15 illut *D* 19 discendit filios *D*[1] 22 adque *W* 23 seruantur *W* 24 ne[c] *D* quorumdam *W*[1] 25 commemorationis *DW*[1] 26 uiuatius *DW* 30 est] esse *in ras.* *D*

dum beatum apostolum ac similitudo consistit, deposita hac qua retunditur in praesenti sarcina corporali insensibilem fieri, quae omnem rationis uim in se continens etiam mutam atque insensibilem materiam carnis participatione sui facit esse sensibilem, cum utique consequens sit et hoc rationis ipsius ordo contineat, ut exuta mens ista carnali qua nunc hebetatur pinguedine intellectuales uirtutes suas in melius reparet et
9 puriores eas ac subtiliores recipiat potius quam amittat. in tantum autem hoc quod dicimus beatus apostolus uerum esse cognoscit, ut etiam optet ab hac carne discedere, ut separatione eius enixius ualeat domino copulari, dicens: desiderium habeo dissolui et cum Christo esse, multo enim melius, quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a domino. et idcirco audemus et bonam uoluntatem habemus magis peregrinari a corpore et praesentes esse ad dominum. propter quod etiam contendimus siue absentes siue praesentes placere illi, commorationem scilicet animae quae in hac carne est peregrinationem a domino atque absentiam a Christo esse pronuntians eiusque ab hac carne separationem atque discessum
10 praesentiam esse ad Christum tota credulitate confidens. et euidentius iterum super hoc ipso uiuacissimo animarum statu idem apostolus sed accessistis, inquit, ad Sion montem et ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem caelestem, et ad multorum milium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in caelis, et spiritus iustorum perfectorum. de quibus spiritibus in alio loco deinde patres, inquit, carnis nostrae habuimus eruditores et reuerebamur:

1 cf. I Cor. 11, 7. Col. 3, 10 11 Phil. 1, 23 13 II Cor. 5, 6 14 l. c. 8—9 23 Hebr. 12, 22—23 28 l. c. 9

3 adque *W* 4 faciat W^1 6 isti D^1 quia D^1 7 pinguidine D^1W^1 intellectualis D^1 repararet W^1 11 copolari D^1 15 a *om.* *D* 18 commemorationem W^1 19 adquae *W* 20 adque *D* 23 inquid *DW* 27 rectorum *ex* fectorum *D* 28 inquid *W*

non multo magis subiciemur patri spirituum et uiuemus?

XV. Contemplatio uero dei multifarie concipitur. nam deus non sola inconprehensibilis illius substantiae suae admiratione cognoscitur, quod tamen adhuc in spe promissionis absconditum est, sed etiam creaturarum suarum magnitudine uel aequitatis suae consideratione uel cotidianae dispensationis auxilio peruidetur: quando scilicet quae cum sanctis suis per singulas generationes egerit mente purissima perlustramus, cum potentiam ipsius qua uniuersa gubernat, moderatur ac regit, cum inmensitatem scientiae eius et oculum quem secreta cordium latere non possunt tremente corde miramur, cum harenam maris undarumque numerum dimensum ei et cognitum cogitamus, cum pluuiarum guttas, cum saeculorum dies et horas, cum praeterita futuraue uniuersa obstupescentes scientiae eius adsistere contemplamur: cum ineffabilem clementiam 2 eius, qua innumera flagitia, quae singulis quibusque momentis sub ipsius committuntur aspectu, indefessa longanimitate sustentat, cum uocationem, qua nos nullis praecedentibus meritis gratia suae miserationis adsciuit, cum denique quot occasiones salutis tribuit adoptandis cum quodam admirationis intuemur excessu: quod ita nos nasci praecepit, ut ab ipsis cunabulis gratia nobis legisque suae notitia traderetur, quod ipse aduersarium uincens in nobis pro solo bonae uoluntatis adsensu aeterna beatitudine ac perpetuis nos praemiis muneratur, cum postremo dispensationem incarnationis suae pro nostra salute suscepit ac mirabilia mysteriorum suorum in cunctis gentibus dilatauit. sunt autem aliae quoque huiusmodi 3 innumerae contemplationes, quae pro qualitate uitae ac puritate

5 cognuscitur D^1 9 purisema D^1 potentia W 10 gubernatur D moderatŏr ac reget W 11 occulum D^1 12 trementi D^2W^2X harena D arenam X 14 seculorum D 15 obstupiscentes W^1 18 commi.tuntur D indeffessa W 20 gratiae W quod DW: *om.* X 21 occasionis W^1 solutis D^1 25 hac W munerator W^1 26 postremŭ D^1 27 misteriorum W 29 qualite W

cordis in nostris sensibus oriuntur, quibus deus uel uidetur mundis obtutibus uel tenetur. quas profecto nullus perpetuo retentabit, in quo adhuc aliquid carnalium uiuit affectuum, quia non poteris, ait dominus, uidere faciem meam: non enim uidebit me homo et uiuet, scilicet mundo huic affectibusque terrenis.

XVI. GERMANVS: Quid ergo est quod etiam nolentibus, immo uero etiam nescientibus nobis ita superfluae cogitationes subtiliter ac latenter inrepunt, ut non solum eas expellere, uerum etiam intellegere ac deprehendere difficultatis inmodicae sit? potest ergo mens aliquando ab istis uacua repperiri et numquam huiuscemodi inlusionibus incursari?

XVII. MOYSES: Mentem quidem non interpellari cogitationibus inpossibile est, suscipere uero eas siue respuere omni studenti possibile est. quemadmodum igitur ortus earum non omnimodis pendet a nobis, ita reprobatio uel electio consistit in nobis. nec tamen ex eo quod diximus inpossibile esse mentem cogitationibus non adiri, totum uel incursui uel illis spiritibus tribuendum est qui eas nobis nituntur ingerere. alioquin nec liberum in homine maneret arbitrium nec in
2 nobis staret nostrae correctionis industria. sed est, inquam, nostrum magna ex parte, ut cogitationum qualitas emendetur et uel sanctae ac spiritales in cordibus nostris uel terrenae carnalesque concrescant. ideo namque frequens lectio et iugis adhibetur meditatio scripturarum, ut exinde nobis spiritalis memoriae praebeatur occasio, idcirco decantatio crebra psalmorum, ut adsidua nobis exinde conpunctio ministretur, idcirco uigiliarum ac ieiuniorum orationumque sedulitas adhibetur, ut extenuata mens non terrena sapiat, sed caelestia contempletur. quibus rursum neglegentia inrepente cessantibus necesse est

4 Ex. 33, 20

2 optutibus *W* 3 affectum *D*[1] 7 quod] quo *D* 9 expelle *D*[1] 10 difficultates *W*[1] 13 moses *WX*[1] 14 inposibile *D* 16 reprobatio *X*: probatio *DWv*: *cf. II, 10, 2 fin.* 18 illius *W*[1] 23 spiritalis *W*[1] 24 carnalisque *D*[1] 25 abhibetur *D* spiritales *D*[1] 27 conpuncio *D*

ut mens uitiorum squalore concreta in carnalem partem mox inclinetur et conruat.

XVIII. Quod exercitium cordis non incongrue molarum
similitudini conparatur, quas meatus aquarum praeceps impetu
rotante prouoluit. quae nullatenus quidem cessare possunt ab
opere suo aquarum inpulsibus circumactae: in eius uero qui
praeest situm est potestate, utrumnam triticum malit an
hordeum loliumue comminui. illud quippe est procul dubio
conmolendum, quod ingestum ab illo fuerit cui operis illius
cura commissa est. ita igitur etiam mens per uitae praesentis 2
incursus undique ingruentibus temptationum torrentibus cir-
cumacta uacua quidem cogitationum aestibus esse non poterit:
quales uero uel amittere uel parare sibi debeat, studii ac
diligentiae suae prouidebit industria. si enim ut diximus ad
sanctarum scripturarum meditationem iugiter recurramus ac
memoriam nostram ad recordationem spiritalium rerum et
desiderium perfectionis spemque futurae beatitudinis erigamus,
necesse est ut ortae cogitationes exinde spiritales in his quae
meditati sumus mentem faciant inmorari. sin uero desidia 3
seu neglegentia superati uitiis et otiosis confabulationibus
occupemur seu curis mundanis et superfluis sollicitudinibus in-
plicemur, consequenter exinde uelut quaedam zizaniorum spe-
cies generata operationem quoque nostro cordi noxiam mini-
strabit, et secundum sententiam domini saluatoris ubi fuerit
thesaurus operum seu intentionis nostrae, ibi et cor nostrum
necessario permanebit.

XVIIII. Illud sane prae omnibus nosse debemus tria cogitationum nostrarum esse principia, id est ex deo, ex diabolo et ex nobis. et ex deo quidem sunt, cum spiritus sancti in-

24 cf. Mt. 6, 21

7 malit *ex* mollit *W* 8 illut *D* 9 conmoliendum *D*[1] 13 amittere *D*[1]: admittere *D*[2]*WXv* 15 sc̄atarū *W* hac *W* 23 corde noxia *D*[1] 25 tensaurus *D* intentiones *D*[1] 27 illut *D* 28 diabolo *D* 29 et ex deo *D*: ex deo *WXv* *cf. III, 4, 1. 9, 1. IIII, 3. V, 4, 4. VIII, 8, 2. 17, 1*

lustratione nos uisitare dignatur, erigens nos ad sublimiorem
profectum, et in quibus uel minus adquisiuimus uel desidiose
agentes superati sumus saluberrima conpunctione castigat,
uel cum reserat nobis caelestia sacramenta et propositum
nostrum ad meliores actus uoluntatemque conuertit. ut ibi
cum rex Asuerus castigatus a domino libros annales instigatur
inquirere, quibus Mardochaei beneficia recordatus summi eum
gradu honoris exaltat ac protinus crudelissimam super nece
2 gentis Iudaeae sententiam reuocat. uel cum propheta comme-
morat: audiam quid loquatur in me dominus deus.
alius quoque et dixit, inquit, angelus, qui loquebatur
in me. uel cum dei filius uenturum se una cum patre et
mansionem apud nos facturum esse promittit. et: non estis
uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui
loquitur in uobis. et uas electionis: experimentum
3 quaeritis eius qui in me loquitur Christi. ex diabolo
uero cogitationum nascitur series, cum subuertere nos tam
uitiorum oblectatione quam etiam occultis conatur insidiis,
subtilissima calliditate mala pro bonis fraudulenter ostentans
et transfigurans se nobis in angelum lucis. uel cum euan-
gelista refert: et cena facta cum diabolus iam misisset
in corde Iudae Simonis Scariotae ut traderet
dominum. et iterum post buccellam, inquit, introiuit
in illum Satanas. Petrus quoque ad Annaniam quare,
ait, temptauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui
sancto. et illud quod in euangelio multo ante per Ecclesi-

6 cf. Esth. 6, 1 sqq. 10 Ps. 84, 9 11 Zach. 1, 14 12 cf. Ioh. 14, 23 13 Mt. 10, 20 15 II Cor. 13, 3 20 cf. II Cor. 11, 14 21 Ioh. 13, 2 23 l. c. 27 24 Act. 5, 3

2 uel *ante* minus *om.* *W* 6 assuerus *Xv* 7 mardochei *DWX* 8 necem D^1 9 gentes *W* iudeae *DWX* . 11 inquid *DW* 13 aput D^1X 16 christus D^2W 21 diabulus D^1 diabolos *W* mississet W^1 misisset se *D* 22 Scariotae *scripsi*: scariothae *WX* scariothis *D cf. VII, 14* 23 bucellam D^1 inquid *W* 25 mentire D^1 26 quid D^1 *uerba* in euangelio *om. r*: *in D punctis deleta sunt, erasa in W*; in euangelio et *c*

asten praedictum legimus: si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas. illud quoque quod dicitur ad deum contra Achab in tertio 4 Regnorum libro ex persona spiritus inmundi: egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. ex nobis autem oriuntur, cum eorum quae gerimus uel gessimus uel audiuimus naturaliter recordamur. de quibus beatus Dauid cogitaui, inquit, dies antiquos, et annos aeternos in mente habui, et meditatus sum, nocte cum corde meo exercitabar, et scobebam spiritum meum. et iterum: dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanae sunt, et: cogitationes iustorum iudicia. in euangelio quoque dominus ad Pharisaeos: quid cogitatis mala in cordibus uestris?

XX. Hanc igitur tripertitam rationem oportet nos iugiter obseruare et uniuersas cogitationes quae emergunt in corde nostro sagaci discretione discutere, origines earum et causas auctoresque primitus indagantes, ut quales nos eis praebere debeamus ex illorum merito qui eas suggerunt considerare possimus, ut efficiamur secundum praeceptum domini probabiles trapezitae. quorum summa peritia est ac disciplina probare quodnam sit aurum purissimum et ut uulgo dicitur obrizum quodue sit minus purgatione ignis excoctum, aereo quoque uilique denario, si pretiosum nomisma sub colore auri fulgentis imitetur, prudentissima discretione non falli, et non solum nomismata tyrannorum uultus exprimentia sapienter agnoscere, sed etiam illa, quae sunt ueri quidem regis imagine, sed non legitime figurata, peritia sagaciore discernere, deinde ne quid

1 Eccles. 10, 4 4 III Reg. 22, 22 8 Ps. 76, 6—7 (LXX) 11 Ps. 93, 11 12 Prov. 12, 5 14 Mt. 9, 4 20 Mt. 25, 27? (cf. Gazaei adnot.)

2 demittas *D*¹ 5 profetarum *D* 8 inquid *W* 10 scorbebam *X* 13 farisaeos *W* 15 *codd. non distinguunt* 18 autoresque *D*¹ 21 trapizitae *D* trapegitae *W* 24 nǒmisma *W* fulgentes *D*¹*W*¹*X*¹ 25 imetetur prudentessima *D*¹ 26 nǒmismata *W* 27 imaginem *W*¹ 28 figorata *D*¹ sagatiore *DW*

illis a legitimo pondere deminutum sit censura trutinae dili-
2 genter inquirere/ quae omnia nos quoque spiritaliter obseruare
debere euangelicus sermo sub huius nominis demonstrat exemplo:
primum ut quidquid cordibus inrepserit nostris uel si quod
nobis dogma fuerit intromissum, utrumne sit diuino illo et
caelesti spiritus sancti igne purgatum an ad Iudaicam super-
stitionem pertinens seu de saecularis philosophiae tumore
descendens in superficie tantum praeferat pietatem, diligentissi-
me perscrutemur. quod ita poterimus implere, si illud apostoli-
cum fecerimus: nolite omni spiritui credere, sed pro-
3 bate spiritus si ex deo sint. quo genere illi quoque
decepti sunt, qui post professionem monachi nitore sermonis
et quibusdam sunt philosophorum dogmatibus inlecti, quae
prima fronte piis quibusdam sensibus ac religioni consonis
audientes uelut auri fulgore fallentia, quos semel superficie
inlexerant, uelut nomismatibus aereis falsisque deceptos per-
petuo nudos ac miseros reddiderunt, uel ad saeculi eos strepi-
tum reuocantes uel ad haereticos errores ac praesumptiones
tumidas pertrahentes. quod etiam Achor in libro Iesu Naue
legimus fuisse perpessum, qui de castris Allophylorum ligulam
auream concupiscens atque furatus anathemate percuti atque
4 aeterna meruit morte damnari. secundo sollicite nos explorare
conueniet, ne auro purissimo scripturarum praua interpretatio
coaptata metalli pretiositate nos fallat. in quo etiam domino
saluatori callidissimus diabolus uelut homini simplici temptauit
inponere, dum ea, quae generaliter sunt super omnium iustorum
intellegenda personis, maliuola interpretatione conrumpens

10 I Ioh. 4, 1 19 cf. Ios. 7

1 diminutum D^2X 4 quicquid *W* 6 caelestis D^1W^1 superstitione *W* 7 phylosofhiae (f *in* p *mutato*) *D* 8 discendens *W* 9 superscrutemur W^1 illut *D* 12 sermones W^1 13 phylosoforum *D* 14 relegioni D^1 16 nōmismatibus *W* 17 reddederunt D^1 18 hereticos *DWX* 19 hiesu *DW* 20 allophilorum *DWX* ligulam (γλῶσσαν *Ios. 7, 21*) D^2: legulam D^1X^1 linguam *W* regulam X^2 *et D a man. 2 in margine* 21 adque D^1 adque (*ante* aeterna) *W* 27 persunis D^1

specialiter huic qui angelorum custodia non egebat conatur aptare dicens: quia angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus uiis tuis: et in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: pretiosa scilicet eloquia scripturarum callida adsumptione conuertens et ad contrarium sensum noxiumque detorquens, ut imaginem tyrannici uultus sub colore nobis auri fallentis obiciat. siue cum paracharaximis nos conatur inludere, quoddam scilicet pietatis opus admonens adfectandum, quod non de legitima seniorum procedens moneta sub praetextu uirtutum ducit ad uitia, uel inmoderatis inconpetentibusque ieiuniis seu uigiliis nimiis uel orationibus inordinatis uel incongrua lectione decipiens ad noxium pertrahit finem. uel cum intercessiones 5
ac uisitationes pias persuadet inpendere, quibus nos a spiritalibus monasterii claustris et secreto amicae quietis excutiat, sollicitudines etiam curasque suscipere religiosarum ac destitutarum suggerit feminarum, ut huiusmodi laqueis monachum inextricabiliter inretitum perniciosarum sollicitudinum occupatione distendat. uel certe cum desiderare sanctum clericatus officium sub praetextu aedificationis multorum et amore lucri spiritalis instigat, per quod nos ab humilitate propositi huius ac districtione diuellat. quae omnia cum sint nostrae saluti 6
professionique contraria, tamen uelamine quodam misericordiae ac religionis obtecta facile inperitos incautosque decipiunt. imitantur enim nomismata ueri regis, quia uidentur ad praesens plena pietatis, sed non sunt a legitimis monetariis, id est probatis et catholicis patribus figurata nec de cardinali ac publica

2 Mt. 4, 6. Ps. 90, 11–12

1 cōstodia *D* 2 mandabit *D*: mandauit *WX* 3 cōstodiant *D* 4 portabunt] tollant** *D* 7 tirannici *W* uultis *D*[1] 8 paracaraxmis (mis *in ras.*) *X* 10 ligitima *W* monita *D*[1] 15 amici *D* 16 sollicitudinis *W*[1] relegiosarum *D* 18 inextrigabiliter *D*[1] pernitios. *DW* 20 praetextatu *D*[1] praetextum *W*[1] 21 ad humilitatē *D*[1] 22 ad destrictione *D*[1] deuellat *W*[1] 24 relegionis *D*[1] 25 nōmismata *W* 27 de *om.* *W*

conlationis eorum prodeunt officina, sed furtim fraude daemonum
fabricata non sine detrimento inperitis quibusque et ignoranti-
bus ingeruntur. quae quamuis utilia ac necessaria uideantur
ad praesens, tamen si soliditati professionis nostrae incipiant
post haec esse contraria et totum quodammodo corpus nostri
labefactare propositi, tamquam necessarium quidem, sed
scandalizans membrum et quod dextrae manus uel pedis agere
uideatur officium proici a nobis atque abscidi salubre est.
7 satius enim est absque unius praecepti membro, id est operati-
one uel fructu in ceteris sanum firmumque durare et tamquam
debilem introire in regnum caelorum, quam cum soliditate
mandati incidere in aliquod scandalum, quod perniciosa consue-
tudine separans nos a districtionis regula atque adrepti propo-
siti disciplina inducat in tale dispendium, quod nequaquam
futura detrimenta conpensans omnes praeteritos fructus totum-
que operationis nostrae corpus gehennae faciat ignibus concre-
8 mari. de his generibus inlusionum etiam in Prouerbiis eleganter
exprimitur: sunt uiae quae uidentur rectae esse uiro,
nouissima autem earum uenient in profundum in-
feri, et iterum malignus nocet cum se commiscuerit
iusto, id est diabolus decipit cum fuerit colore sanctitatis
obtectus. odit autem sonum tutelae, id est discretionis
uim quae de seniorum uerbis ac monitione procedit.

XXI. In quo etiam abbatem Iohannem, qui Lyci commoratur, nouimus nuper inlusum. nam cum exhausto corpore atque defecto perceptionem cibi biduano ieiunio distulisset, accedenti ei ad refectionem die postero ueniens diabolus in figura Aethiopis

16 cf. Mt. 18, 8 18 Prov. 16, 25 (LXX) 20 Prov. 11, 15 (LXX) 22 l. c.

1 demonum *DX* 4 professiones D^1 5 totam D^1 quodammodum W^1 7 dexterae D^1 8 uidetur *D* adquae *W* 12 incedere D^1W 13 districtiones W^1 15 fructos D^1 17 prouerbis *D* eliganter *W* 19 autem] enim *X* inferi D^1W: *cf. Roensch, It. u. Vulg. p. 272* inferni D^2Xv 21 diabulus D^1 23 munitione W^1 24 lyco *X* 25 nouissimus D^1 exausto D^1 26 cybi *D* accidenti D^1 27 zabulus *D corr.* ęthyopis *D*

taetri atque ad eius genua prouolutus, indulge, inquit, mihi, quia ego tibi hunc laborem indixi. itaque ille uir tantus et in discretionis ratione perfectus sub colore continentiae incongruenter exercitae intellexit se ob hoc calliditate diaboli circumuentum talique distentum ieiunio, ut lassitudinem non necessariam, immo etiam spiritui nocituram fatigato corpori superponeret, paracharaximo scilicet inlusus nomismate, dum in illo ueri regis imaginem ueneratus parum discutit an esset legitime figuratum. ultima uero obseruatio huius probabilis 2
trapezitae, quam de inquisitione ponderis esse praediximus, taliter inplebitur, si quidquid gerendum cogitatio nostra suggesserit omni scrupulo retractantes atque in nostri pectoris trutina conlocantes aequilibratione iustissima perpendamus, an plenum sit honestate communi, an timore dei sit graue, an integrum sensu, an humana ostentatione aut aliqua nouitatis praesumptione sit leue, an meriti eius pondus inanis cenodoxiae non inminuerit uel adroserit gloria. et sic ea protinus ad examen publicum trutinantes, id est ad prophetarum et apostolorum actus ac testimonia conferentes uel tamquam integra atque perfecta et illis conpensantia teneamus, uel tamquam inperfecta atque damnosa nec illorum ponderi consonantia omni cautione ac diligentia refutemus.

XXII. Erit ergo hoc quadripertito quo diximus modo necessaria nobis ista discretio, id est ut primum materia nos auri ueri fucatiue non lateat, secundo ut has easdem cogitationes quae mentiuntur opera pietatis tamquam adulterina nomismata et paracharaxima reprobemus, utpote quae falsam imaginem regis non legitime signata contineant, uel illa, quae in auro

1 tetri *DX* adque *W* inquid *DW* 2 illi D^1 3 discretiones W^1 4 exercitatae *c* diabuli D^1 7 paracaraxmo (mo *in ras.*) *X* nǒmismate *W* 8 ueneratur *W corr.* discutet W^1 9 probabiles W^1 10 trapazetę *D* 11 quicquid *DWX* 13 aequa liberatione *D* 18 profetarum *D* 21 adque *D* pondere D^1 22 refutemur *D* 23 *W non distinguit* quod *D* 25 fugatiue D^1 26 nǒmismata *W* 27 paracaraxma (ma *in ras.*) *X* 28 conteneant W^1

pretiosissimo scripturarum uitioso et haeretico sensu non ueri regis, sed tyranni praeferunt uultum, similiter discernentes refutare possimus, siue illa, quorum pondus ac pretium aerugo uanitatis adrodens exagio seniorum non sinit adaequari, ut nomismata leuia atque damnosa minusque pensantia recusemus, ne in illud incidentes, quod obseruare tota uirtute praecepto domini commonemur, cunctis laborum nostrorum meritis stipendiisque fraudemur: n o l i t e t h e s a u r i z a r e u o b i s t h e s a u r o s i n t e r r a, u b i a e r u g o e t t i n e a d e m o l i t u r, e t

2 u b i f u r e s e f f o d i u n t e t f u r a n t u r. quidquid enim contemplatione humanae gloriae fecerimus, in terra nos thesaurizare secundum domini sententiam nouerimus, et consequenter illud tamquam humi reconditum in terramque defossum uel diuersis daemoniis depopulandum uel edaci cenodoxiae aerugine consumendum uel ita superbiae tineis deuorandum, ut ad nullam recondentis utilitatem emolumentumque respiciat. omnes igitur cordis nostri recessus iugiter perscrutandi sunt et ascendentium in eos uestigia indagatione sagacissima retractanda, ne qua forte intellectualis ibidem bestia, uel leo uel draco, pertransiens perniciosa uestigia latenter inpresserit, quibus accessus etiam ceteris in adyta pectoris nostri per cogitationum neglegentiam praebeatur. et ita per singulas horas atque momenta terram cordis nostri euangelico aratro, hoc est iugi dominicae crucis recordatione sulcantes uel noxiarum ex nobis ferarum cubilia uel uirulentorum serpentium exterminare latibula poterimus.

8 Mt. 6, 19

1 p̄ciosissemo *D* heretico *DWX* 3 ^{bi}·rugo (e *eras.*) *D* 5 nõmismata *W* 6 incedentes W^1 8 uob̄ *eras. in D* 10 quicquid *DWX* contemplantione D^1 contemplationem W^1 11 in terra] intra *D* 12 sententia *D* illut *D* 13 recunditum D^1 in terramque *W*: terraque *D* atque in terram *X* 14 dęmoni. (*una litt. evanuit*) *D* populandum *Dr fort. recte* edace D^1 ^{bi}·rugine (e *eras.*) *D* 16 recondantes D^1 recondentes W^1 respiciat *DW*: proficiat *Xv* 21 adyta *W*: adita *D* abdita *Xv* 25 nirolentorum D^1 uerolent. W^1

XXIII. Ad haec obstupefactos nos intuens senex et ad uerba narrationis suae inexplebili ardore succensos, pro admiratione desiderii nostri paulisper sermone suspenso rursus adiecit: quoniam nos, o filii, ad disputationem tam longam uestra sedulitas prouocauit et ignis quidam conlationi nostrae feruentiores sensus pro uestro desiderio subministrat, ut ex hoc etiam ipso manifeste contempler in ueritate uos perfectionis sitire doctrinam, uolo uobis adhuc super discretionis eximietate uel gratia, quae inter cunctas uirtutes arcem ac primatum tenet, pauca disserere excellentiamque eius et utilitatem non solum cotidianis exemplis, sed etiam antiquis patrum consultationibus ac sententiis adprobare. frequenter namque memini 2
nonnullis huiusmodi sermonem cum gemitu lacrimisque poscentibus me quoque aliquid eis doctrinae conferre cupientem nullatenus potuisse et ita in me non solum sensus, uerum etiam ipsum eloquium defecisse, ut non inuenirem quemadmodum eos uel cum leui consolatione dimitterem. quibus indiciis euidenter agnoscitur domini gratiam pro merito ac desiderio audientium disputantibus adspirare sermonem. quem quia breuissimum istud quod superest noctis spatium non occurrit explere, indulgentes illud potius quieti corporeae, cui necesse est totum persolui, si id quod modicum est fuerit denegatum, plenum narrationis ordinem integro futuri diei seu noctis examini reseruemus. decet namque discretionis 3
optimos consultores in hoc primum patefacere suae mentis industriam et utrum sint uel esse possint eius capaces hoc indicio ac patientia conprobare, ut de illa quae moderationis generatrix est uirtute tractantes nequaquam uitium quod ipsi contrarium est nimietatis incurrant, uim rationis ac naturae eius quam uerbis excolunt effectu atque opere uiolantes. in hoc ergo nobis discretionis bonum, de qua, quantum dominus

1 *nulla distinctio in W* stupefactos *W* 5 quidem conlatione *D*' 10 excellentiaque *D*' eius *om. W* 11 cottid. *X* conlationibus *X* (*c*) 23 futuro *D*' 24 examine *D* discriciones *W*' 25 consultatores *D* 27 inditio *W* 29 nimietates *W*' rationes *W*' 30 excolent *D*' affectu *D* 31 quantum] quod *in ras. longioris uocis D*

dederit, adhuc indagare disponimus, primitus prosit, ut nos de ipsius excellentia et moderatione, quae prima eidem uirtus inesse cognoscitur, disserentes disputationis quoque uel temporis modum non permittat excedere.

4 His itaque beatus Moyses conlationi nostrae dans finem adhuc
nos auidos ac de suo ore pendentes degustare somnum paulisper
hortatus est, isdem ipsis quibus insidebamus psiathiis admonens
incubare, embrimiis pariter capiti nostro ceruicalium uice sub-
positis, quae crassioribus papyris in longos gracilesque fasci-
culos coactis sesquipedali interuallo pariter conligata nunc
quidem humillimum sedile ad scabilli uicem fratribus in synaxi
considentibus praestant, nunc uero subiecta ceruicibus dormienti-
um praebent capiti non nimie durum, sed tractabile aptumque
5 fulmentum. ad quos monachorum usus haec idcirco uel maxime
oportuna habentur et congrua, quod non solum sint aliquatenus
mollia paruoque et opere praeparentur et pretio, utpote passim
papyro per ripas Nili fluminis emergente, sed etiam quod ad
remouendum seu cum necesse fuerit admouendum habilis
materiae leuisque naturae sint. atque ita praecepto senis
tandem sumus ad degustationem somni onerosa quiete conpositi,
tam digestae conlationis inflammati gaudio quam repromissae
disputationis expectatione suspensi.

1 dederet W^1 indicare D^2 3 disputationes W^1 5 moses D^1W conlatione D^1W^1 7 isdem *X*: hisdem *DW* 8 embrimi•s (i *eras.*) *D* capitae *D* suppositus D^1 9 quae *om.* *D* grossioribus *X* 10 co^{c}•atis *D* sexquipedali *W* bipedali (bi *in ras. m. 2*) *X* 11 scabelli D^2Xv 12 consedentibus D^1X 13 praebens *W* 16 reparentur *WX* praemio *W* 17 *post* emergente *addunt* *Xv*: quam cuique uolenti in usum adsumere nemo prohibeat desecare 21 inflamati *W* 22 suspensi. Explicit conlatio prima (pr. conl. *W*) abbatis (abbate D^1) mosi (moysi D^2) de monachi destinatione (dist. *D*) uel fine. Incipit eiusdem senis conlatio (conl. *om.* *W*) secunda de discretione *DW* Incipiunt capĩ de secunda conlatione eiusdem senis *D*: *om.* *W* Explicit conlatio moysi de monachi institucione uel fine. Incipiunt capitula sequentis libri de secunda conlatione eiusdem senis *X*

II.

CONLATIO ABBATIS MOYSI SECVNDA.

DE DISCRETIONE.

CAPITVLA.

5 Proemium *DX* mosi *D*[1] super] de *X* 6 discretioni *X*[1] 7 beati *Dr*: abbatis *X* 12 Heronis] heremis (remis *in ras. m. 2*) *D* 16 lapso *D* 19 sarapio$\overset{n}{\underset{\cdot}{r}}$is (*prius* a *mutat. in* e) *D* serapionis *X* 21 confundimur *D*[1]

I. Degustato itaque matutino sopore cum ortum lucis tandem nobis claruisse gaudentes repromissam narrationem reposcere coepissemus, beatus Moyses ita exorsus est: cum uideam uos tanto desiderii ardore flammatos, ut ne ipsum quidem paruissimum quietis momentum, quod spiritali conlationi subtrahens

1 de *ante* periculo *om.* *Xv* 2 condolentes *X* 3 sa^{h}muelis *D* samuelis *X* 6 inmodicis *D*² 7 contenentiae *D*¹ continentia *D*²*Xr* 8 cybi cottidiani *DX* 9 paxmatiis *X* 10 sustinetur *Xv*: *at cf. tit. cap. XII* 11 ex parte *D* 13 habundantia *D* habundantiae *X*(c) humorum *X* genet. *D* castigentur *Xc* 15 equaelitatis *D* *in ras.* fectionis *D*¹ 17 possit *om.* *Xv* 18 seruetur *Xv* Finiunt capitula *D* Excip̃ (*sic!*) capitula. Incipit secunda c̃latio de discretione eiusdem senis *X* 22 moses *W* 23 tanti *Xc* desideri. *W* 24 conlationis *W*

refectioni carnis malueram deputare, ad requiem credam uestri corporis profecisse, mihi quoque hunc uestrum consideranti feruorem sollicitudo maior incumbit. necesse est enim etiam me in persoluendo debito tanto maiorem deuotionis curam gerere, quanto uos id adtentius uideo postulare, secundum illam sententiam: si sederis cenare ad mensam potentis, sapienter intellege quae adponuntur tibi, et inmitte manum tuam, sciens quia talia te oportet praeparare. quamobrem de bono discretionis eiusque uirtute 2
dicturi, in quam sermo nocturnae conlationis ingressus finem nostrae disputationi dedit, congruum credimus excellentiam eius patrum primo consignare sententiis, ut cum patuerit quid de illa senserint uel pronuntiauerint maiores nostri, tum prolatis tam antiquis quam recentibus ruinis et casibus diuersorum, qui pro eo quod minus eam fuerant adsecuti pernicioso deiecti sunt lapsu, in quantum possumus utilitates eius et commoda retractemus: quibus discussis quemadmodum expetere eam atque excolere debeamus efficacius instruamur, considerantes meriti eius et gratiae dignitatem. est enim non mediocris 3
quaedam uirtus nec quae humana passim ualeat industria conprehendi, nisi diuina fuerit largitate conlata, siquidem inter nobilissima spiritus sancti dona hanc quoque ita legamus ab apostolo numerari: alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, et post pauca: alii discretio spirituum. deinde conpleto omni catalogo spiritalium charismatum subdit: omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus, diuidens unicuique prout uult.

6 Prov. 23, 1—2 (LXX) 23 I Cor. 12, 8—9 26 l. c. 10 28 l. c. 11

1 mallueram *D*[1] 2 proficisse *DX* 6 cęnare *W* 11 disputatione *D*[1] 12 pa.rum (t *eras.*) *D* 15 perniciosa *D* 16 utilitatis *W* 18 adque *W* efficatius *DW* instruamus *W* 22 legamus *W*: legimus *DXv* 27 cataligo *D*[1] catalago *D*[2]*X* carism. *X* 28 subdidit omia (dit omia *in ras.*) *D*

4 uidetis ergo non terrenum nec paruum esse discretionis munus, sed diuinae gratiae maximum praemium. quam nisi monachus omni intentione fuerit adsecutus et ascendentium in sese spirituum discretionem certa ratione possederit, necesse est eum uelut in nocte caeca taetrisque tenebris oberrantem non solum perniciosis foueis ac praeruptis incidere, sed etiam in planis ac directis frequenter offendere.

II. Memini igitur quondam in annis adhuc pueritiae constitutus in partibus Thebaidos, ubi beatus Antonius morabatur, seniores ad eum perfectionis inquirendae gratia conuenisse. cumque a uespertinis horis usque ad lucem fuisset protracta conlatio, quaestionem hanc maximum noctis spatium consumpsisse. nam diutissime quaerebatur quaenam uirtus uel obseruantia monachum possit a diaboli laqueis ac deceptionibus custodire semper inlaesum uel certe recto tramite firmoque
2 gressu ad perfectionis culmen euehere. cumque pro captu mentis suae proferret unusquisque sententiam et alii quidem hoc in ieiuniorum uigiliarumque studio conlocarent, quod his uidelicet extenuata mens ac puritatem cordis et corporis adsecuta deo facilius uniretur, alii in contemptu uniuersarum rerum, quibus mens si penitus nudaretur, tamquam nullis deinceps retinentibus laqueis ad deum expeditior perueniret, alii anachoresin necessariam, id est remotionem et heremi secreta censerent, in qua commanens quis familiarius interpellare deum eique possit peculiarius inhaerere, nonnulli sectanda caritatis, id est humanitatis officia definirent, quod his regna caelorum daturum se dominus in euangelio uelut specialius repromittat dicens: u e n i t e b e n e d i c t i p a t r i s m e i, p o s s i d e t e p a r a t u m u o b i s r e g n u m a c o n s t i t u t i o n e

28 Mt. 25, 34–35

4 possiderit *WX* 5 tetrisque *DX* obseruantem *D* 6 pernit. *WX* incedere D^1W concidere *Xr* 9 thebaidis (dis *in ras.*) *D* 10 puectionis (u *in ras.*) *D* perfectiones W^1 14 posset W^2 zabǒli (z *in ras.*) *D* 16 perfectiones culmin W^1 20 ouiretur D^1 23 herimi *D* 26 caritate *W* 27 euuangelio W^1 28 patres D^1

mundi. esuriui enim et dedistis mihi manducare,
sitiui et dedistis mihi bibere et cetera, cumque in
hunc modum diuersis uirtutibus aditum certiorem ad deum
parari posse decernerent essetque noctis maximum tempus
hac inquisitione consumptum, intulit demum beatus Antonius:
omnia quidem haec quae dixistis necessaria sunt et utilia 3
sitientibus deum atque ad eum cupientibus peruenire. sed his
principalem tribuere gratiam nequaquam nos innumeri multo-
rum casus et experimenta permittunt. nam saepenumero
acerrime ieiuniis seu uigiliis incubantes ac mirifice in solitudine
secedentes, priuationem quoque omnium facultatum ita sec-
tantes, ut ex ipsis ne unius quidem diei uictum sibimet unumue
denarium superesse paterentur, humanitatis etiam studia tota
deuotione conplentes ita uidimus repente deceptos, ut arreptum
opus non potuerint congruo exitu terminare summumque fer-
uorem et conuersationem laudabilem detestabili fine concluserint.
quamobrem quid principaliter ducat ad deum manifeste poteri-
mus agnoscere, si ruinae ac deceptionis illorum causa diligentius
a nobis fuerit indagata. in illis namque cum exuberarent 4
praedictarum opera uirtutum, discretio sola deficiens usque ad
finem ea durare non siuit. nec enim alia lapsus eorum causa
deprehenditur, nisi quod minus a senioribus instituti nequaquam
potuerunt rationem discretionis adipisci, quae praetermittens
utramque nimietatem uia regia monachum docet semper in-
cedere et nec dextra uirtutum permittit extolli, id est feruoris
excessu iustae continentiae modum inepta praesumptione trans-
cendere, nec oblectatum remissione deflectere ad uitia sinistra
concedit, hoc est sub praetextu gubernandi corporis contrario
spiritus tepore lentescere. haec namque est discretio, quae 5
oculus et lucerna corporis in euangelio nuncupatur secundum
illam sententiam saluatoris: lucerna corporis tui est

31 Mt. 6, 22—23

3 mudum D^1 mundum W^1 7 adqu*e (a *eras.*) W 12 unus D^1 15 potuerunt D^1 25 dextera Xv 28 suppretextu D 29 spiritui (ui *in ras.*) D tempore W^1 lentiscere D^1 30 euuangelio W 31 saluatores D^1

oculus tuus: quodsi oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, eo quod ipsa cogitationes hominis uniuersas actusque discernens cuncta quae gerenda sunt peruideat atque perlustret:
6 quae si in homine nequam fuerit, id est non uero iudicio et scientia communita seu quolibet errore ac praesumptione decepta, totum corpus nostrum faciat tenebrosum, hoc est omnem aciem mentis actusque nostros reddat obscuros, caecitate scilicet uitiorum et perturbationum tenebris inuolutos. si enim inquit lumen quod in te est tenebrae sunt, tenebrae ipsae quantae erunt! nulli namque dubium est errante iudicio cordis nostri et ignorationis nocte possesso cogitationes quoque et opera nostra, quae ex discretionis deliberatione descendunt, maioribus peccatorum tenebris inplicari.

III. Denique ille, qui primus iudicio dei regnum populi Israhelis emeruit, quia hunc discretionis oculum nequaquam habuit, uelut toto corpore tenebrosus etiam ipso deiectus est regno, dum lucernae huius tenebris atque errore deceptus acceptabiliora deo sacrificia sua quam praecepti Samuhelis oboedientiam iudicauit atque ex illa magis parte causam offensionis incurrit, ex qua repropitiandam sibi diuinam
2 sperauerat maiestatem. huius, inquam, discretionis ignoratio Achab regem Israhel post illum sublimissimae uictoriae triumphum, qui ei fuerat dei fauore concessus, conpulit credere meliorem esse misericordiam suam quam diuini seuerissimam exsecutionem praecepti et quemadmodum ipsi uidebatur crudelis

10 l. c. 23 21 cf. I Reg. 15 24 cf. III Reg. 20

1 tuus *ante* quodsi *om.* *W* fuerit simplex *D et Vulg.* 3 nequaquam *D* 4 ipsas *D* homines *W*[1] uniuersosque actus *W* 5 generanda *D* adque *W* illustret *D* 6 fuerat *D*[1] 7 scientientia *W* 10 perturbationem *W* trenebris *D* 11 inquid *DW* 13 cogitationis *W*[1] 17 isrl *X* nequam *D*[1]*W* 20 praecepit (it *in ras. m. 2*) *D* samuelis *X* 21 adque *D* 22 offensiones *D*[1] quam *W*[1] 23 magestatem *D* 24 isrl *DWX* sublimissimū *D*

imperii. qua consideratione mollitus dum mauult cruentam uictoriam clementia temperare, ob indiscretam misericordiam uelut toto corpore redditus tenebrosus inreuocabili morte damnatur.

IIII. Haec est discretio, quae non solum lucerna corporis, sed etiam sol ab apostolo nuncupatur secundum illud: sol non occidat super iracundiam uestram. haec etiam uitae nostrae dicitur gubernatio secundum illud: quibus non est gubernatio, cadunt ut folia. haec consilium rectissime nominatur, sine quo nihil agere omnino scripturae auctoritate permittimur, ita ut ne ipsum quidem spiritale uinum, quod laetificat cor hominis, sine ipsius sinamur moderatione percipere secundum illud: cum consilio omnia fac, cum consilio uinum bibe, et iterum: sicut ciuitas muris diruta et non circumdata, sic est uir qui non cum consilio aliquid agit. cuius priuatio quam perniciosa sit 2 monacho, testimonii huius exemplum ac figura declarat, dirutae eum ac sine muris comparans ciuitati. in hac sapientia, in hac intellectus sensusque consistit, sine quibus nec interior nostra aedificari domus nec spiritales poterunt diuitiae congregari secundum illud: cum sapientia aedificatur domus, et cum intellectu iterum erigitur: cum sensu inplentur cellaria omnibus diuitiis pretiosis et bonis. haec, inquam, est solidus cibus, qui nisi a perfectis tantum 3 ac robustis non potest sumi secundum illud: perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali. quae in tantum utilis nobis ac necessaria conprobatur, ut etiam uerbo dei eiusque uirtutibus coaptetur secundum illud: uiuus est enim sermo dei et efficax

6 Eph. 4, 26 8 Prov. 11, 14 (LXX) 11 Ps. 103, 15 13 Prov. 31, 3 (LXX) 14 Prov. 25, 28 (LXX) 21 Prov. 24, 3–4 (LXX) 25 Hebr. 5, 14 30 Hebr. 4, 12

1 ma•uult *D* 10 omnini *D*[1] 16 aliquit *D* 20 spiritalis *W*[1] 24 cybus *D* cibős *W* 26 cybus *D* 27 sensos *D*[1] 28 et mali *D*: ac mali *WX et Vulg.* 29 quoaptetur *D* 30 uiuus *D* dei sermo *WXv*: *cf. VII, 13, 3. XII, 8*

et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus, conpagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum
4 et intentionum cordis. quibus manifestissime declaratur nullam sine discretionis gratia perfecte posse uel perfici uel stare uirtutem. et ita tam beati Antoni quam uniuersorum sententia definitum est discretionem esse, quae fixo gradu intrepidum monachum perducat ad deum praedictasque uirtutes iugiter conseruet inlaesas, cum qua ad consummationis excelsa fastigia minore possit fatigatione conscendi et sine qua multi etiam propensius laborantes perfectionis nequiuerint culmen adtingere. omnium namque uirtutum generatrix, custos moderatrixque discretio est.

V. Et ut hanc eandem definitionem antiquitus a sancto Antonio et ceteris patribus promulgatam recens quoque sicut promisimus confirmet exemplum, recolite id quod nuper gestum oculorum uestrorum uidistis obtutibus, senem uidelicet Heronem ante paucos admodum dies inlusione diaboli a summis ad ima deiectum, quem quinquaginta annis in hac heremo conmoratum singulari districtione rigorem continentiae tenuisse meminimus et solitudinis secreta ultra omnes hic commorantes miro fer-
2 uore sectatum. hic igitur quo pacto quaue ratione post tantos labores ab insidiatore delusus grauissimo conruens lapsu cunctos in hac heremo constitutos luctuoso dolore percussit? nonne quia minus discretionis uirtute possessa suis definitionibus regi quam consiliis uel conlationibus fratrum atque institutis maiorum maluit oboedire? siquidem tanto rigore inmutabilem ieiunii continentiam semper exercuit et solitudinis cellaeque ita iugiter secreta sectatus est, ut ab eo participationem ineundi cum fraternitate conuiuii ne ueneratio quidem diei
3 paschalis aliquando potuerit obtinere. in qua fratribus cunctis

3 ac] et *Xv* 6 antonii *DX* 7 difinitum *D* fixu *D*[1] 9 consumationis *D* 12 gene^{re}trix *D* 16 explū (*sic*) *D* 21 sollicitudinis *W*[1] 22 pecto *D*[1] 24 ac *W*[1] perculsit *D* perculit *c* 25 discretiones *D*[1]*W*[1] 26 adque *W* 27 malluit *W*[1] 30 ueratio *W* 31 pascalis *X*

pro anniuersaria sollemnitate in ecclesia retentatis solus non
poterat adgregari, ne quantulumcumque perceptione leguminis
parui a suo uideretur proposito relaxasse. qua praesumptione
deceptus angelum Satanae uelut angelum lucis cum summa
ueneratione suscipiens eiusque praeceptis prono oboediens
famulatu semet ipsum in puteum, cuius profunditatem oculorum non adtingit intuitus, praecipitem dedit, de angeli uidelicet sui sponsione non dubitans, qui eum pro merito uirtutum
ac laborum suorum nequaquam posse firmauerat ulli iam
discrimini subiacere. cuius rei fidem ut experimento suae 4
sospitatis euidentissime conprobaret, supra dicto se puteo nocte
intempesta inlusus iniecit, magnum scilicet uirtutis suae meritum probaturus, cum inde exisset inlaesus. de quo cum paene
iam exsanguis ingenti fratrum labore fuisset extractus, uitam
die tertia finiturus, quod his deterius est, ita in deceptionis
suae obstinatione permansit, ut ei ne experimento quidem
mortis suae potuerit persuaderi, quod fuisset daemonum calliditate delusus. quamobrem pro meritis laborum tantorum et 5
annorum numerositate qua in heremo perdurauit hoc miseratione et humanitate summa ab his qui eius conpatiebantur
exitio uix a presbytero abbate Pafnutio potuit obtineri, ut non
inter biothanatos reputatus etiam memoria et oblatione pausantium iudicaretur indignus.

VI. Quid dicam de illis duobus fratribus, qui cum ultra
illam heremum Thebaidos, ubi quondam fuerat beatus Antonius,
habitarent, minus cauta discretione permoti euntes per extentam solitudinis uastitatem nullam escam penitus sumere decreuerunt, nisi quam per semet ipsum illis dominus praestitisset.
cumque errantes eos per deserta et deficientes iam fame a 2
longe Mazices conspexissent (quae gens cunctis paene nationibus
feris inmanior atque crudelior est: non enim eos ad effusionem

4 cf. II Cor. 11, 14

1 sollempnitate *W* 2 quantulumque D^1 15 die] dei D^1 17 poterit *D* demonum *DX* 18 quanobrem D^1 19 quā D^1 herimo *D* 20 humanitate *WXr*: humilitate *Dc* compatiebantur *ex* qui cum patiebantur *W* 21 presbit. *DX* praesbit. *W* 30 pene *WX* 31 adque *W*

sanguinis, ut nonnullas gentes, desiderium praedae, sed sola ferocitas mentis instigat) eisque contra naturam feritatis suae cum panibus occurrissent, unus ex eis subueniente discretione uelut a domino sibi porrectos cum gaudio et gratiarum actione suscepit, reputans escam sibi diuinitus ministrari nec sine deo factum, ut hi qui semper hominum cruore gauderent deficientibus iam ac tabescentibus uitae substantiam largirentur, alius uero recusans cibum uelut ab homine sibi oblatum
3 inediae defectione consumptus est. quorum licet initia ex reprehensibili persuasione descenderint, unus tamen subueniente discretione id quod temere incanteque conceperat emendauit, alius autem in stulta praesumptione perdurans ac penitus discretionis ignarus mortem quam dominus auertere uoluit sibi ipse consciuit, nequaquam credens instinctu factum diuino, quod inmites barbari propriae feritatis obliti panes eis pro gladiis obtulissent.

VII. Quid etiam de illo commemorem, cuius nominis quia adhuc superest nolumus facere mentionem, qui dum longo tempore daemonem in angeli suscipit claritate, reuelationibus eius innumeris saepe deceptus credidit nuntium esse iustitiae? nam exceptis his etiam per omnes noctes in cella eius lumen absque ullius lucernae praebebat officio. ad extremum iubetur a daemone, ut deo filium suum qui cum eo pariter in monasterio commanebat offerret, ut scilicet hoc sacrificio Abrahae patri-
2 archae meritis aequaretur. cuius in tantum est persuasione seductus, ut parricidium opere perfecisset, nisi eum uidens puer cultrum extra consuetudinem acuendo praeparare et uincula quibus eum uelut oblaturus ad immolandum constringere disponebat inquirere, praesagio sceleris futuri perterritus aufugisset.

2 ferocitatis *D* 4 a *s. l. m. 2 D* 5 ministrare *D*[1] 8 cybum *D* [in] cibum *W* 11 timere *W*[1] 12 in *om. W* 13 auertere] aufferre (ffer *in ras. m. 2*) *D* 15 panis *W*[1] 19 demonem *DX* suscipit *Wr*: suscepit *DXc* 20 internuntium *Xc* 24 offeret *D*[1] habrahae *W* 26 perficisset *DW* 29 inquireret *W*

VIII. Longum est deceptionem illius quoque monachi Mesopotameni narrando percurrere, qui in illa prouincia perpaucis imitabilem continentiam tenens, quam per annos multos singulariter in cella retrusus exegerat, ita est ad extremum diabolicis reuelationibus somniisque delusus, ut post tantos labores atque uirtutes, quibus excesserat omnes monachos ibidem residentes, ad Iudaismum et circumcisionem carnis lapsu miserabili uolueretur. nam cum uolens eum consuetudine 2 uisionum ad credulitatem futurae deceptionis inlicere uerissima quaeque multo tempore diabolus uelut ueritatis nuntius reuelasset, ad extremum ostendit Christianum populum una cum principibus religionis ac fidei nostrae, apostolis scilicet atque martyribus, tenebrosum ac taetrum omnique macie tabidum atque deformem et e contra Iudaeorum plebem cum Moysi, patriarchis, prophetis summa tripudiantem laetitia et splendidissimo lumine coruscantem, suadens ut, si mallet meriti ac beatitudinis illorum particeps fieri, circumcisionem quoque suscipere festinaret. horum itaque profecto nullus tam lugubriter fuisset inlusus, si rationem discretionis huius adsequi laborassent. quamobrem in quantis perniciosum sit discretionis gratiam non habere, multorum casus et experimenta declarant.

VIIII. Ad haec GERMANVS: Et nouellis exemplis et definitionibus antiquorum satis abundeque perpatuit discretionem fontem quodammodo radicemque cunctarum esse uirtutum. quomodo ergo adquiri debeat cupimus edoceri, aut quemadmodum utrum uera et ex deo, an falsa et diabolica sit possit

1 deceptione *W* quoque illius *D* 2 prouintia *WX* 7 circumcisionem *W et '6 ms.' apud Cuyckium*: concisionem *DXv* (*sed* con *in ras. m. 2 D*) labsu *W* 11 christianos *D*¹ 12 relegionis *D*¹ 13 martirybus *D* tetrum *DX* malicie *D*¹ 14 mosi *W* moysæ *X* 15 et proph. *D*² atque prophetis *Xv* 18 profectu *D* 20 laborassent *D*¹*W*: laborasset *D*²*Xv* quantis *DWX* (*sed D in ras. m. 2*) quantum *v* discritionis *W*¹ 21 haberi *W* casos *D*¹ et *eras. in D* 23 abundeque *W*: abundandeque (dan *del. m. 1*) *X* abunde *Dv* discritionem *W*¹

agnosci, ut secundum illam euangelicam quam superiore tractatu disseruisti parabolam, qua iubemur fieri probabiles trapezitae, nomismati inpressam ueri regis imaginem peruidentes deprehendere ualeamus quod non sit in moneta legitima figuratum, atque illud, sicut uulgari usus uerbo hesterna conlatione dixisti, tamquam paracharaximum reprobemus, illa instructi peritia, quam satis copiose et integre prosecutus spiritali atque euangelico trapezitae inesse debere signasti. quid enim proderit uirtutis eius et gratiae merita cognouisse, si quemadmodum expetenda uel adquirenda sit nesciamus?

X. Tum MOYSES: Vera, inquit, discretio non nisi uera humilitate conquiritur. cuius humilitatis haec erit prima probatio, si uniuersa non solum quae agenda sunt, sed etiam quae cogitantur, seniorum reseruentur examini, ut nihil suo quis iudicio credens illorum per omnia definitionibus adquiescat et quid bonum uel malum debeat iudicare eorum traditi-
2 one cognoscat. quae institutio non solum per ueram discretionis uiam iuuenem recto tramite docebit incedere, uerum etiam a cunctis fraudibus et insidiis inimici seruabit inlaesum. nullatenus enim decipi poterit, quisque non suo iudicio, sed maiorum uiuit exemplo, nec ualebit ignorationi eius callidus hostis inludere, qui uniuersas cogitationes in corde nascentes perniciosa uerecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seni-
3 orum uel reprobat uel admittit. ilico namque ut patefacta fuerit cogitatio maligna marcescit, et antequam discretionis iudicium proferatur, serpens taeterrimus uelut e tenebroso ac

1 Conl. I, 20

1 agnusci D^1 *post* agnosci *W addit*: desideramus audire 2 desseruisti D^1W^1 quia D^1 trapezetae *ex* trapizitae *D* 3 nomi*smatis (m *eras. et* s *in fine addit. m. 2*) *D* numismati *W* mati inpressam] *hic incipit O* 5 adque *DW* esterna W^1 6 parachariximum *O* paracarax*mum (i *eras.*) *X* 7 prosequutus *O* 8 trapezetae *ex* trapizetae *D* trapizite W^1 10 adquerenda D^1 11 moses D^1WO^1 inquid *DW* 12 humilitates D^1 14 examine D^1 15 iuditio *DW* 16 malum uel bonum *O* 18 a *DOr*: *om. WXc* 19 nullatinus W^1 20 decepi D^1 quisqui D^1 quisque qui D^2 quisquis qui *O* 24 ammittit D^1 illico *D* illico *O* 25 marcescit (cit *in ras. m. 2*) *D* 26 inditium (n *in ras. m. 2*) *D* teterrimus *OX*

subterraneo specu uirtute confessionis protractus ad lucem et traductus quodammodo ac dehonestatus abscedit. tamdiu enim suggestiones eius noxiae dominantur in nobis, quamdiu celantur in corde. et ut uirtutem sententiae huius efficacius colligatis, referam uobis abbatis Sarapionis factum, quod ille iuuenioribus frequentissime instructionis gratia proponebat.

XI. Cum adhuc, inquit, essem puerulus et cum abbate Theone conmanerem, haec mihi inimici inpugnatione ingesta fuerat consuetudo, ut postquam refecissem hora nona cum sene, unum paxamatium cotidie in sinu meo latenter absconderem, quod sero ignorante illo occulte edebam. quod furtum licet coniuentia uoluntatis et inoliti semel desiderii incontinentia sine cessatione conmitterem, expleta tamen concupiscentia fraudulenta ad memet ipsum reuertens grauius super admisso furti crimine cruciabar quam super esu eius fueram iucundatus.
cumque istud molestissimum opus uelut ab exactoribus mihi 2
Pharaonis indictum uice laterum singulis diebus explere non sine cordis mei dolore conpellerer nec tamen eruere me possem ab hac eorum saeuissima tyrannide et clandestinum furtum seni manifestare confunderer, contigit dei nutu de hoc me captiuitatis iugo uolentis eripere, ut quidam fratres cellam senis obtentu aedificationis expeterent. cumque refectione 3
transacta conlatio spiritalis coepisset agitari respondensque senex propositis interrogationibus eorum de gastrimargiae uitio et occultarum cogitationum dominatione dissereret earumque naturam et atrocissimam uim, quam haberent donec celarentur, exponeret, ego conlationis huius uirtute conpunctus et consci-

17 cf. Ex. 5

1 subteraneo *D* 2 hac *W*(*O*) abscedat D^1 *fort.* marcescet .... abscedet tandiu *D* 3 suggessiones D^1O quandiu *O* 4 efficatius *DW* 5 serapionis D^1W^1Xv iubenioribus *O*: iunioribus *DWXv* 7 inquid *DW* puerulus essem *D* theona (a *in ras. m. 2*) *Dr* 10 paximatium DW^1 paxima..... *O* paxmatium *X* cottidie *DX* 12 coni.uentia *D* conibentia *OX* 15 iocundatus *DWX* 16 quumque stud *O* exauctoribus *O* 17 faraonis *DWOX* 18 possim D^1 21 captiuitates W^1 kaptiuitatis *O* uolentes W^1 fratris W^1 23 respondque *D* 24 senes *O* castrimargiae *WX* 25 disserere et *W*

entia redarguente perterritus, uelut qui crederem ob hoc ea
fuisse prolata, quod seni dominus secreta mei pectoris reuelasset,
in occultos primum gemitus excitatus, dein cordis mei con-
punctione crescente in apertos singultus lacrimasque prorumpens
paxamatium, quod consuetudine uitiosa subtraxeram clancule
comedendum, de sinu furti mei conscio ac susceptore produxi,
eumque in medium proferens, quemadmodum cotidie latenter
ederem, prostratus in terram cum ueniae postulatione confessus
sum, et ubertim profusis lacrimis ut absolutionem dirissimae
4 captiuitatis a domino poscerent inploraui. tum senex: confide,
ait, o puer. absoluit te ab hac captiuitate etiam me tacente
confessio tua. uictorem namque aduersarium tuum hodie
triumphasti, ualidius eum tua confessione prosternens quam
ipse fueras ab eo tua taciturnitate deiectus. quem utique
nequaquam uel tua uel alterius responsione confutans in te
nunc usque permiseras dominari secundum illam Salomonis
sententiam: quia non fit contradictio ab his qui faci-
unt malum cito, ideo repletum est cor filiorum
hominis in ipsis ut faciant mala. et idcirco iam te
post hanc publicationem suam iste nequissimus spiritus inquie-
tare non poterit nec in te latibulum sibi taeterrimus serpens
deinceps usurpabit, de tenebris cordis tui salutari confessione
5 protractus ad lucem. necdum senex haec uerba conpleuerat
et ecce lampas accensa de meo sinu procedens ita cellam
repleuit odore sulpureo, ut uehementia faetoris ipsius uix in
ea nos residere permitteret. resumensque admonitionem senex,
ecce, inquit, dominus tibi ueritatem sermonum meorum uisi-
biliter adprobauit, ut passionis illius incentorem de corde tuo

17 Eccles. 8, 11 (LXX)

2 pectores W^1 4 apertis *W* singultos *O* 5 paxi-
matium D^2W^2O paxmacium *X* clangulae D^1 clamcule *O*
7 eumque *DWOXr*: ipsumque *c*: *cf. cap. 26, 2* cottidie *DX*
8 terra *O* 9 dirisimae *W* durissime *O* 11 captiuitatem
W^1 13 triumfasti *W* 20 tuam (tu *in ras. m. 2*) *D* 21 te-
terrimus *OX* 24 medio *O* 25 sulpureo *W*: sulphureo (phureo
in ras. m. 2) *D et O* sulphoreo *X* fetoris *codd.* 27 inquid
D^1W 28 passiones W^1

salubri confessione depulsum oculis peruideres, patefactumque
hostem nequaquam locum in te ulterius habiturum aperta
eius expulsione cognosceres. itaque secundum sententiam senis
ita est, inquit, in me confessionis huius uirtute dominatio
diabolicae illius tyrannidis extincta atque in perpetuum con-
sopita, ut numquam mihi ne memoriam quidem concupiscentiae
huius ulterius temptauerit inimicus ingerere nec me post haec
aliquando pulsatum furtiui illius desiderii instigatione persense-
rim. quem sensum in Ecclesiaste quoque pulcherrime legimus 6
figuratum. si momorderit, inquit, serpens non in sibilo,
non est abundantia incantatori, taciti serpentis morsum
perniciosum esse designans, id est: si per confessionem suggestio
seu cogitatio diabolica incantatori cuiquam, spiritali scilicet
uiro, qui carminibus scripturarum mederi protinus uulneri et
extrahere de corde consueuit noxia uenena serpentis, patefacta
non fuerit, succurrere periclitanti perituroue non poterit. hoc
igitur modo ad scientiam discretionis uerae peruenire facillime
poterimus, ut seniorum uestigia subsequentes neque agere
quicquam noui neque discernere nostro iudicio praesumamus,
sed quemadmodum nos uel illorum traditio uel uitae probitas
informarit, in omnibus gradiamur. qua institutione firmatus 7
non modo ad perfectam discretionis rationem quisque perueniet,
uerum etiam a cunctis insidiis inimici tutissimus permanebit.
nullo namque alio uitio tam praecipitem diabolus monachum
pertrahit ac perducit ad mortem, quam cum eum neglectis
consiliis seniorum suo iudicio persuaserit definitionique confidere.
etenim cum omnes artes ac disciplinae humano ingenio repertae

10 Eccles. 10, 11 (LXX)

1 peruideris W^1 2 in te locum *D* 3 cognosceris W^1 senix *O* 4 inquid *DWO* 5 tirann. *DO* 6 memoria D^1 9 ecclesiasten *D* pulcerrime *DO* 10 inquid *DW* 11 habund. *DO* 12 perniciosissimum (sissimum *in ras. m. 2*) *D* confusionem W^1X^1 suggessio *O* 16 fuerit *DO*: fuerint *WXv* 17 discritionis W^1 22 discritionis W^1 24 diabulus D^1 25 neclectis *O* 26 iuditio *DW* 27 repertae *W* repperte *O*

et quae nihil amplius quam uitae huius temporariae conmodis prosunt, licet manu palpari queant et oculis peruideri, recte tamen a quoquam sine instituentis doctrina nequeant conprehendi, quam ineptum est credere hanc solam non egere doctore, quae et inuisibilis et occulta est et quae non nisi corde purissimo peruidetur, cuius error non temporale damnum nec quod facile reparetur, sed animae perditionem parit mortemque
8 perpetuam. habet enim non aduersus uisibiles, sed inuisibiles atque inmites hostes diurnum nocturnumque conflictum nec contra unum seu duos, sed contra innumerabiles cateruas spiritale certamen, cuius casus tanto perniciosior cunctis, quanto et infestior inimicus et congressus occultior. et ideo semper seniorum summa cautione sunt sectanda uestigia atque ad eos cuncta quae in nostris cordibus oriuntur sublato confusionis uelamine deferenda.

XII. GERMANVS: Occasionem nobis perniciosae uerecundiae, qua cogitationes malas studeamus obtegere, illa praecipue creat causa, qua nouimus quendam in Syriae partibus, ut credebatur, praecipuum seniorum cuidam fratri cogitationes suas simplici confessione prodenti postmodum quadam indignatione commotum easdem grauiter exprobrasse. unde fit, ut dum eas in nobis premimus ac senioribus erubescimus publicare, curationum remedia consequi nequeamus.

XIII. MOYSES: Sicut non sunt omnes iuuenes pari modo uel feruentes spiritu uel disciplinis ac moribus optimis instituti, ita nec senes quidem cuncti uno modo uel perfecti possunt uel probatissimi repperiri. diuitiae enim senum non sunt canitie capitis, sed industria iuuentatis ac praeteritorum

1 conmodis *O*: commodis *rell.* 2 puidere D^1 4 doctorē *W* 5 *ante* nisi *addunt* *WX*: solum oculis sed ne animo quidem 7 paret W^1 8 uisibilis W^1 inuisibilis W^1 9 adque D^1 10 seu] uel *D* innumerabilis W^1 12 inferior *O* 14 confusiones W^1 17 cogitiones *W* stude·mus (a *eras.*) *D* 18 sirie *O* *post* partibus *add.* *O*: constituto 20 prudenti W^1 21 exprobasse *W* 22 erubiscimus D^1 cumrationum *O* 24 moses D^1WO 25 obtimis *D* 26 nec *O* *et* (c *in ras.*) *W*: ne *DX* 28 iuuentatis *W*: iuuentutes D^1 iuuentutis D^2X iubentutis *O*

laborum stipendiis metiendae. quae enim non congregasti
inquit in iuuentute, quomodo inuenies in senecta
tua? senectus namque honorabilis non diuturna,
nec numero annorum conputata: cani enim sunt
sensus hominis, et aetas senectutis uita inmacu-
lata. et idcirco non omnium seniorum, quorum capita canities 2
tegit quosque uitae longaeuitas sola commendat, nobis sunt
sectanda uestigia seu traditiones ac monita suscipienda, sed
eorum, quos laudabiliter uitam suam ac probatissime conperi-
mus in iuuentute signasse nec praesumptionibus propriis, sed
maiorum traditionibus institutos. sunt enim nonnulli, quorum
etiam, quod est lugubrius, maior est multitudo, qui in tepore
suo quem ab adulescentia conceperunt atque ignauia senescentes
auctoritatem sibi non maturitate morum, sed annorum numerosi-
tate conquirunt. de quibus exprobratio illa domini proprie 3
satis dirigitur per prophetam: et comederunt alieni robur
eius, et ipse nesciuit: sed et cani effusi sunt in
eo, et ipse ignorauit. hos, inquam, in exemplum iunioribus
non uitae probitas nec ulla propositi huius laudabilis atque
imitanda districtio, sed annositas sola prouexit. quorum canitiem
callidissimus inimicus ad deceptionem iuniorum in praeiudicata
auctoritate proponens etiam illos, qui ad uiam perfectionis
uel suis uel aliorum potuerunt monitis incitari, subuertere ac
decipere exemplis eorum fraudulenta subtilitate festinat, uel
in teporem eos scilicet noxium uel in letalem desperationem
doctrinis eorum institutisque perducens. cuius rei uolens nobis 4
exempla proferre, auctoris nomine praetermisso, ne nos quoque

1 Sir. 25, 5 3 Sap. 4, 8—9 16 Osee 7, 9

1 mentiendae O^1 2 inquid *DW* senectute (nectute *in ras. m. 2*) *D et O* 3 honorabiles D^1 4 enim sunt *DOXc*: sunt autem *W et cod. Amiat.* autem sunt *r Vulg.* 6 caput *O* 7 teget D^1 commendet D^1 9 compererimus *Wr* 10 in *om. O* 12 tempore D^1 13 aduliscentia D^1W 14 auttoritatem D^1 16 satis propriae D^1: *transpos. m. 2* proprietatis *O* robor D^1X^1 19 adque D^1 20 destrictio *O* corum *O* 22 auttoritate D^1 24 p̨ exemplis *O* 25 tepore *ex* tẽporẽ *W* disperat. *D* 27 auttoris D^1

illius, qui patefacta sibi fratris uitia publicauit, simile aliquid admittamus, rem tantum gestam, quae instructionem necessariam uobis conferre possit, exponam. cum igitur ad senem quendam nobis optime cognitum quidam non ignauissimorum iuuenum profectus sui et curationis gratia perrexisset et carnalibus incentiuis ac fornicationis spiritu semet ipsum inquietari simpliciter prodidisset, consolationem credens laboribus suis oratione senis et remedia inflictis uulneribus reperturum, ille amarissimis eum increpans uerbis miserabilemque et indignum nec monachi nomine censendum esse pronuntians, qui potuerit huiusmodi uitio et concupiscentia titillari, ita suis e contrario correptionibus uulnerauit, ut eum summa desperatione deiectum ac letali tristitia consternatum e sua dimitteret
5 cella. cumque ei tali maerore depresso nec iam de remedio passionis, sed de expletione conceptae concupiscentiae profunda cogitatione tractanti abbas Apollo seniorum probatissimus occurrisset laboremque et obpugnationis uehementiam, quae in corde eius tacite uoluebantur, de contemplatione uultus et deiectione coniectans causam tantae perturbationis inquireret, atque ille molliter se conpellanti seni ne responsum quidem ullum posset referre, magis ac magis eum sentiens senex non inaniter causam tantae tristitiae silentio uelle contegere, quam ne uultu quidem dissimulare praeualeret, intentius ab eo causas
6 occulti doloris coepit inquirere. quibus ille constrictus pergere se confitetur ad uicum, ut quia secundum sententiam illius senis monachus esse non posset nec refrenare stimulos carnis et inpugnationis remedia consequi iam ualeret, uxorem duceret ac relicto monasterio reuerteretur ad saeculum. quem senex

1 aliquit *O* 4 obtime *D* 8 orationē *W*[1] repperturum *WO* 9 *post* uerbis *addunt WX*: ita suis e contrario correptionibus asperauit, *quam dittographiam e lectionis uarietate* asperauit uulnerauit *ortam esse manifestum est* 10 esse *om. O* pronontians *D*[1] 12 disperatione *D* 13 letari *D*[1] 14 me·rore (r *eras.*) *D* 18 uoluebatur *Xv* 19 tentae *D*[1] perturbationes *W*[1] 20 adque *D*[1] 21 possit *D* 23 causa *D* 26 possit *D*[1] 28 relicto iam *O* seculum *D* sclm *WOX*

blanda consolatione demulcens seseque adserens isdem cotidie incentiuorum stimulis atque aestibus agitari, et idcirco non debere eum prorsus desperatione concidere nec mirari super inpugnationis ardore, qui non tam laboris studio quam misericordia domini et gratia uinceretur, unius tantum diei ab eodem poposcit indutias, et ut reuerteretur ad suam cellulam deprecatus ad monasterium praedicti senis tota festinatione perrexit.
cumque eidem proximasset, expansis manibus orationem cum 7
lacrimis fundens, conuerte, ait, domine, qui occultarum uirium et infirmitatis humanae solus arbiter pius ac secretus es medicus, inpugnationem iuuenis illius in senem istum, ut condescendere infirmitatibus laborantum et conpati fragilitati iuniorum uel in senectute doceatur. cumque ille hanc precem cum gemitu conclusisset, cernit Aethiopem taetrum contra illius cellulam stantem atque ignita aduersus eum iacula dirigentem. quibus cum fuisset ille protinus sauciatus et progressus e cella huc illucque uelut amens et ebrius cursitaret, atque egrediens et ingrediens iam se in ea continere non posset, eadem uia pergere concitus
coepit, qua iuuenis ille discesserat. quem abbas Apollo uelut 8
amentem factum quibusdam furiis conspiciens agitari intellexit ignitum diaboli quod uiderat telum in corde eius fuisse defixum illamque in eo confusionem mentis ac perturbationem sensuum intolerandis aestibus operari, accedensque ad eum, quo, inquit, properas aut quaenam te causae senilis illius grauitatis oblitum ita pueriliter inquietant ac mobiliter cursi-
tare conpellunt? cumque ille pro conscientiae suae reatu ac 9
turpi exagitatione confusus crederet ardorem sui pectoris de-

1 isdem X^2: hisdem $DWOX^1$ cottidie DX 3 disp. concedere D^1 5 tamtum O 6 inducias DX cellolam D^1X^1 depraecantur (n *ante* t *eras.*) W 7 praedicta D^1: *om.* O 8 idem W 9 ocultorum O uirum D 11 stum O^1 12 fragilitate D^1 13 genitu conclusitset D^1 14 tetrum OX celulam D cellula W cellolam X^1 17 adque D et ingrediens *om.* O 18 ea] cella (c *in ras. m. 2*) D possit D^1W 19 quia D apollo (s *eras.*) W 21 diabuli D^1 22 perturbatione W 23 intollerandis D 24 inquid DW 25 ac] et *in ras. m. 2* D 27 crederit D^1

prehensum ac retectis seni sui cordis arcanis nullam responsionem percontanti reddere prorsus auderet, reuertere, inquit, ad cellam tandemque te intellege uel ignoratum hactenus a diabolo uel despectum nec in eorum numero reputatum, quibus ille cotidie confligere et conluctari profectibus eorum ac studiis instigatur, qui unum eius in te directum iaculum post tantam annorum seriem, quam in hac professione triuisti, non dicam respuere, sed ne uno quidem die differre potuisti. quo te idcirco dominus passus est sauciari, ut saltim in senecta disceres conpati infirmitatibus alienis et fragilitati condescendere iuniorum tuis exemplis atque experientia docereris, qui suscipiens iuuenem infestatione diabolica laborantem non modo nulla consolatione fouisti, sed etiam perniciosa desperatione deiectum inimici manibus tradidisti, quantum in te est ab eodem lugu-
10 briter deuorandum. quem sine dubio nequaquam tam uehementi conflictu fuisset adgressus, quo te nunc usque est adpetere dedignatus, nisi futuro profectui eius inuidens inimicus illam uirtutem, quam animis eius inesse cernebat, anticipare ac praeuertere suis ignitis iaculis festinasset, procul dubio intellegens fortiorem, cui tanta uehementia confligere operae pretium iudicauit. disce itaque tuis exemplis laborantibus conpati et periclitantes nequaquam perniciosa desperatione terrere nec durissimis sermonibus asperare, sed potius leni blandaque consolatione reficere, et secundum praeceptum sapientissimi Salomonis eruere eos qui ducuntur ad mortem et redimere eos qui interficiuntur ne parcas, nostrique saluatoris exemplo harundinem quassatam non conterere et

25 Prov. 24, 11 (LXX) 27 cf. Mt. 12, 20

1 retentis sui (*om.* seni) *in ras.* *D* senis *W*[1] archanis *O* nollam *D*[1] 2 percuntanti *W*[1] percunctanti *X* inquid *DWO* 3 a zabulo actenus *in ras. m. 2* *D* 4 dispectum *D* numerum *W* deputatum *O* 5 cottidie *X* ac] *ras. 1—2 litt. in* *D* 8 diferre *D* 9 saltem *O* 11 adque *D*[1] 13 disper. *D* 14 tradedisti *D*[1] 19 peruertere *OXv* iacolis *W*[1] 22 pereclitantes *D*[1]*W* pernitiosa *DW* disper. *D* 25 solomonis *W*[1] salamonis *X* 27 exemplum *W*[1] arundinem *WO* confringere (fringere *in ras. m. 2*) *D*

linum fumigans non extinguere atque illam a domino gratiam poscere, qua ipse quoque fiducialiter ualeas opere ac uirtute cantare: dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est uerbo. nullus 11
etenim sufferre inimici posset insidias seu carnales aestus naturali quodammodo igne flagrantes uel extinguere uel reprimere, nisi dei gratia uel iuuaret fragilitatem nostram uel protegeret ac muniret. et idcirco salutaris huius dispensationis ratione finita, qua uel illum iuuenem perniciosis aestibus dominus liberare uel de inpugnationis uehementia et conpatiendi affectu te uoluit erudire, communibus eum precibus inploremus, quo flagellum istud, quod utilitatis gratia tibi dominus inferre dignatus est, iubeat amoueri (ipse enim dolere facit et rursum medetur: percutit et manus eius sanauerunt. ipse humiliat et exaltat, ipse occidit et uiuificat, deducit ad inferum et reducit) et ignita diaboli iacula, quae me arbitro tibi permisit infligi, redundante spiritus sui rore restinguat. quam temptationem licet eadem 12
celeritate qua inferri dominus passus est ad unam senis orationem rursus abstulerit, euidenti tamen experimento docuit non modo non exprobrari patefacta cuiusque uitia, sed ne leuiter quidem laborantis dolorem debere contemni. et idcirco nequaquam nos unius senis siue paucorum uel inperitia uel leuitas ab illa salutari qua praediximus uia et traditione maiorum deterreat et excludat, quorum canitie ad deceptionem iuniorum callidissimus abutitur inimicus: sed absque ullo confusionis operimento omnia debent senioribus reuelari atque ab eis uel

3 Esai. 50, 4   13 Iob 5, 18 (LXX)   15 I Reg. 2, 6—7

1 adque *D* 2 quia O^1 uirtute *O*: ueritate *DWXv* *cf. III, 6, 4* 4 lapsus (p *in ras. m. 2*) *Wc* 5 inimici *eras. in D* possit D^1W^1 6 repremere D^1X 8 ac] ut *O* 10 de *om. O* inpugnationes W^1 12 stut *O* 13 iobeat D^1 dolore D^1W^1 dolorem *X* 14 sanant D^1 16 inferum D^1: infernum D^2WOXc inferos *r* 18 extinguat *O* quem D^1 19 inferre *D* 22 laborantes D^1 contempni *D* et *om. O* 24 qua W^1: quam DW^2OXv 25 detterreat D^1 caniti*ē (a *eras.*) *W* 26 abutetur D^1 27 adque D^1W

remedia uulnerum uel exempla conuersationis ac uitae fiducialiter sumi. in quibus parem opem et similem experiemur effectum, si nihil penitus affectare nostro iudicio ac praesumptione temptemus.

XIIII. Denique in tantum placita deo haec sententia conprobatur, ut etiam scripturis sanctis hanc eandem institutionem non otiose repperiamus insertam, ita ut puerum Samuhelem iudicio praelectum suo nollet per semet ipsum diuini conloquii disciplina dominus erudire, sed recurrere semel et iterum pateretur ad senem, eumque ad suum quem uocabat adloquium etiam illius qui offenderat deum, dummodo senioris, doctrina uellet institui, et quem sua uocatione dignissimum iudicarat, senioris mallet institutione formari, ut scilicet et illius qui ad diuinum ministerium uocabatur probaretur humilitas et iunioribus forma subiectionis huius proponeretur exemplo.

XV. Paulum quoque per semet ipsum uocans et adloquens Christus, cum posset ei perfectionis uiam reserare confestim, dirigere ad Annaniam mauult et ab eo iubet uiam ueritatis agnoscere dicens: s u r g e e t i n g r e d e r e c i u i t a t e m , e t i b i t i b i d i c e t u r q u i d t e o p o r t e a t f a c e r e. mittit itaque et hunc ad seniorem eumque illius potius doctrina quam sua censet institui, ne scilicet, quod recte gestum fuisset in Paulo, posteris malum praesumptionis praeberet exemplum, dum unusquisque sibimet persuaderet simili modo se quoque debere dei solius magisterio atque doctrina potius quam seniorum insti-
2 tutione formari. quam praesumptionem etiam ipse apostolus non solum litteris, sed etiam opere atque exemplo docet omnimodis detestandam, ob hoc solummodo se adserens Hierosolymam

10 cf. I Reg. 3 19 Act. 9, 6

1 conuersionis *W* 2 summi *O* 3 affectum *O* 6 etiam in *Dc* eadem D^1 7 samuelem *WX* 8 nolit *ex* nollit *W* 10 quem *D*: quod *WO* quem ad suum (*in ras. m. 2*) *Xv* 11 docrina uellit *W* 12 iudicaret *D* 13 mallit *W* 17 possit D^1W 18 ad] ut *O* ananiam *OX* uult *D* magis uult W^1 20 itaque *ex* aquae *W* 28 hierosolimam *DX* hierusolimam *W* iherosolimam *O*

conscendisse, ut euangelium, quod comitante gratia spiritus sancti cum potestate signorum et prodigiorum gentibus praedicabat, cum suis coapostolis et antecessoribus priuata quodammodo ac domestica examinatione conferret; et contuli, inquiens, cum illis euangelium quod praedico inter gentes, ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem. quis ergo tam praesumptor et caecus sit, qui se audeat 3
suo iudicio discretionique conmittere, cum uas electionis indiguisse se coapostolorum suorum conlatione testetur? unde manifestissime conprobatur nulli a domino uiam perfectionis ostendi, qui habens unde ualeat erudiri doctrinam seniorum uel instituta contempserit, parui pendens illud eloquium quod oportet diligentissime custodiri: interroga patrem tuum, et adnuntiabit tibi: seniores tuos, et dicent tibi.

XVI. Omni igitur conatu debet discretionis bonum uirtute humilitatis adquiri, quae nos inlaesos ab utraque potest nimietate seruare. uetus namque sententia est: ἀκρότητες ἰσότητες, id est nimietates aequales sunt. ad unum enim finem nimietas ieiunii ac uoracitas peruenit, eodemque dispendio uigiliarum inmoderata continuatio monachum quo somni grauissimi torpor inuoluit. nam per excessum continentiae debilitatum quemque ad illum statum reuocari necesse est, in quo neglegens quisque per incuriam detinetur, ita ut frequenter quos per gastrimargiam decipi non potuisse conspeximus, per inmoderationem ieiuniorum uiderimus fuisse deiectos atque ad eandem quam uicerant passionem infirmitatis occasione conlapsos. uigiliae quoque et 2
pernoctationes inrationabiles deiecerunt quos somnus superare non potuit. quapropter secundum apostolum per arma iu-

4 Gal. 2, 2 13 Deut. 32, 7 17 ? 28 II Cor. 6, 7

1 ascendisse (a *in ras. m. 2*) *D* 4 ac] a *W*[1] 5 cum illis inquiens *D* 10 nullo *D*[1] 13 diligentessime *D*[1] custodire *D*[1]*X*[1] 14 maiores (ma *in ras. m. 2*) *D et Vulg.* 17 est sententia *D* akpo[e]. (τ *eras.*) N·ΤΑΙCΙΟΤΝΤΑΙC *D* akpoτHτaιτιτoττιτaιτ *W* AKPOTHTAIC ICOTHTAIC *X* (*corruptissime O*) 20 monacum *O* 21 debelitatum *D* quemque . . . statum *om. O* 22 neclegens *O* 23 detenetur *W*[1] 25 adque *D*[1] qua *D* uiderant *W*[1]

stitiae quae a dextris sunt et a sinistris recto moderamine transeundum est et ita inter utrasque nimietates discretione moderante gradiendum, ut nec a tradito continentiae tramite nos adquiescamus abduci nec rursum remissione noxia in gulae uentrisque desideria concidamus.

XVII. Etenim memini me frequenter ita adpetitum cibi penitus respuisse, ut duobus diebus ac tribus refectione dilata ne memoria quidem ullius edulii meam interpellauerit mentem, et rursum ab oculis meis ita somnum diaboli inpugnatione subtractum, ut plures noctes ac dies paululum quid somni meis oculis a domino precarer infundi, grauiusque me periclitatum somni cibique fastidio quam soporis et gastrimargiae
2 conluctatione persensi. itaque sicut festinandum nobis est, ne adpetitu corporeae uoluptatis in dissolutionem noxiam delabamur et ante praestitutum tempus uel cibo indulgere uel modum eius excedere praesumamus, ita et escae somnique refectio hora legitima, etiam si horreat, ingerenda. utrumque enim bellum aduersarii factione consurgit et perniciosius continentia inmoderata quam saturitas remissa subplantat. ab hac namque ad mensuram districtionis intercedente salutari conpunctione conscendi potest, ab illa non potest.

XVIII. GERMANVS: Quis igitur est continentiae modus, quem aequo moderamine retinentes inter utramque nimietatem inlaesi transire possimus?

XVIIII. MOYSES: Super hac re inter maiores nostros frequenter nouimus habitum fuisse tractatum. nam discutientes continentias diuersorum, qui uel solis leguminibus uel holeribus tantum

1 ad dextris D^1 dextrix *et* sinistrix *O* 2 discretionem *D* 3 a *s. l. D* 4 remisione *D* guile *O* ad gulae *in ras. m. 2 D* 5 concedamus *D*W^1 6 eteni *D* 8 illius *O* 9 rursus *Xc* 10 somnum *W* 12 cybique *D* 13 perpendi *ex* perpensi *O* 14 delabimur D^1 dilabamur X^2c 15 praestitum *D* cybo *D* 16 praesumanus *D* 17 orreat *O* 19 ac *W* 20 destrictionis *W* intercidente D^1 25 mo^{y}ses *DX* moses *WO* hanc *D* ac W^1O inter *om. W* 27 legumenibus *W* oleribus *OX*

uel pomis uitam iugiter exigebant, praeposuere cunctis illis refectionem solius panis, cuius aequissimum modum in duobus paxamatiis statuerunt, quos paruulos panes uix librae unius pondus habere certissimum est.

XX. Quod nos gratanter amplexi respondimus hunc modum nos minime pro continentia reputare, quippe qui integrum eum nequaquam possemus insumere.

XXI. MOYSES: Si uultis experiri uim statuti huius, modum istum iugiter retinete, nullum extrinsecus coctionis pulmentum die dominico uel sabbati neque sub aliqua aduenientium fratrum occasione sumentes. nam his refecta caro non solum minore quantitate diebus residuis poterit sustentari, uerum etiam totam refectionem sine labore differre, illorum scilicet ciborum quos extrinsecus sumpserit adiectione suffulta. quod nullo modo 2 facere nec refectionem panis differre in diem posterum praeualebit, quisque fuerit semper praedictae mensurae quantitate contentus. etenim memini seniores nostros, quod nos quoque retineo frequenter fuisse perpessos, cum tanto labore ac difficultate hanc parsimoniam sustentasse tantaque ui atque inedia praedictam custodisse mensuram, ut inuiti quodammodo nec sine gemitu atque tristitia hunc finem sibi refectionis inponerent.

XXII. Generalis tamen hic continentiae modus est, ut secundum capacitatem uirium uel corporis uel aetatis tantum sibimet cibi unusquisque concedat, quantum sustentatio carnis, non quantum desiderium saturitatis exposcit. in utraque enim parte sustinebit maximum detrimentum, quisquis inaequalitatem tenens nunc uentrem ieiuniorum ariditate constringit, nunc escarum nimietate distendit. ut enim mens cibi inanitate 2 lassata perdit orationum uigorem, dum carnis lassitudine nimia

1 exegebant *W* 2 aequissimus D^1 3 paxamatiis D^1: paximatiis D^2WO paxmatiis *X* 4 certissimus D^1 5 *ante* Quod *add.* *OXv*: Germanus 8 moses D^1WOX^1 9 stum *O* retenete W^1 13 cyborum *D* 18 reteneo W^1: nec *in ras. 6—7 litt.* *D* 19 adquae W^1 20 praedicta D^1 quodamodo *WO* 21 refectiones D^1 23 uel aetatis] qualitatẽ *in ras. m. 2* *D* 24 cibum *O* 26 sustenebit *W* 28 cybi *D* 29 orationis *O*

praegrauata condormitare conpellitur, ita rursum nimietate uoracitatis oppressa emittere ad deum preces puras leuesque non poterit. sed nec castimoniae quidem ipsius puritatem indisrupta ualebit iugitate seruare, dum ei etiam diebus illis, quibus carnem acriore uidetur continentia castigare, praeterita cibi materia ignem carnalis concupiscentiae subministrat.

XXIII. Nam quod semel per escarum abundantiam concretum fuerit in medullis, necesse est egeri atque ab ipsa naturae lege propelli, quae exuberantiam cuiuslibet umoris superflui uelut noxiam sibi atque contrariam in semet ipsa residere non patitur. ideoque rationabili semper et aequali est corpus nostrum parsimonia castigandum, ut si naturali hac necessitate conmorantes in carne omnimodis carere non possumus, saltim rarius nos et non amplius quam trina uice ista conluuione respersos totius anni cursus inueniat. quod tamen sine ullo pruritu quietus egerat sopor, non fallax imago index occultae uoluptatis eliciat.
2 quamobrem haec est temperata quam diximus continentiae aequalitas atque mensura, quae patrum quoque iudicio conprobatur, ut cotidianam panis refectionem cotidiana comitetur esuries, in uno eodemque statu animam pariter corpusque conseruans, nec ieiunii fatigatione concidere nec grauari mentem saturitate permittens. tanta namque frugalitate finitur, ut interdum se post uesperam nec sentiat aut meminerit refecisse.

XXIIII. Et in tantum hoc non sine labore perficitur, ut malint hi qui perfectionem discretionis ignorant etiam biduo protelare ieiunia idque quod hodie sumpturi fuerant in crastinum reseruare, dummodo ad refectionem peruenientes desiderata

2 emitere *D* 3 ne *D* 4 dum] dm̄ D^1 5 acriorem W^1 6 cybi *D* 7 habund. *D* 8 adque D^1 9 exruberantia *D corr.* humoris *O* 10 adque *DW* ipsam *D* ressedere W^1 12 comorantes *D* 13 saltem OX^2 14 conluuiore D^1 sta conlubione *O* 15 pritu D^1 16 elicoat *DW* 17 cōtinentia equalitasque *O* continentia et qualitas *Wc* 18 adque *W* 19 cottidianam *DX* coctidiana *D* cottid. *X* 20 in *eras. in D* 23 inter dm̄ D^1 reficisse D^1 25 mallent *D* hii *O* etiam ignorant *O* 26 sumturi *D*

satietate potiantur. quod nuper Beniamin ciuem uestrum pertinaciter tenuisse cognoscitis, qui ne cotidie paxamatia duo percipiens aequali castigatione continuam parcitatem iugiter retentaret, maluit biduana semper continuare ieiunia, dummodo ad refectionem ueniens duplicata mensura repleret uentris ingluuiem, id est ut quattuor paxamatia comedens desiderata saturitate frueretur et expletionem uentris sui biduano ieiunio quodammodo conpararet. qui obstinatione et pertinacia mentis 2
suae definitionibus potius propriis quam seniorum traditionibus adquiescens quali fine suum propositum terminarit, procul dubio meministis, siquidem relicta heremo rursus ad inanem philosophiam mundi huius ac uanitatem saeculi deuolutus praedictam sententiam seniorum sui casus signet exemplo ruinaque sua cunctos doceat neminem definitionibus suis uel proprio iudicio confidentem perfectionis culmen aliquando posse conscendere, sed ne diaboli quidem perniciosa inlusione non decipi.

XXV. GERMANVS: Quomodo igitur a nobis hic modus indisrupte poterit custodiri? nam nonnumquam hora nona soluta iam statione ieiunii superuenientibus fratribus necesse est eorum obtentu aut adici aliquid ad statutam solitamque mensuram aut certe humanitatem, quam iubemur omnibus exhibere, penitus euitari.

XXVI. MOYSES: Vtraque uno modo ac sollicitudine pari conuenit obseruari. nam et mensuram cibi causa continentiae

1 saturitate (turi *in ras. m. 2*) *D* beniamen D^1 2 cottidie *X* paxamatia D^1: paximatia D^2WO paxmatia *X*, *item infra* 4 malluit *W* semper] rem p̄ D^1 6 quatuor *D* 7 saturitate frueretur et *eras. in D* gauderet et *Xv* explecione D^1 8 quodamodo *W* obstinatia *O ut uid.* pertinatia *W OX* 10 quale W^1 terminarit W^2O: terminaret DW^1X 11 herimo D^1 12 seculi *DX* scli *WO* 13 casus *O* signaū (aū *in ras. 2 litt. m. 2*) *D* 14 docuit (uit *in ras. m. 2*) *D* docet *O* 16 nec *X* zabōli (z *in ras.*) *D* quidem...inlusione *om. O* 17 decepi D^1 19 custodire D^1 nam *om. O* 20 istatione *O* 21 est *om. O* obtectu W^1 24 moses D^1 WOX^1 hac *D*(*O*) 25 cybi *D*

ac puritatis cum omni scrupulo custodire debemus et humani-
tatem atque adhortationem aduenientibus fratribus caritatis
obtentu similiter exhibere, quia satis absurdum est, ut fratri,
immo Christo mensam offerens non cum eo cibum pariter
2 sumas aut ab eius refectione te facias alienum. itaque in
neutra parte reprehensibiles inueniemur, si haec a nobis con-
suetudo teneatur, ut hora nona de duobus paxamatiis, quae
nobis canonica mensura iure debentur, uno paxamatio
praelibato aliud huius expectationis gratia in uesperam reser-
uemus, quem si superuenerit quispiam fratrum cum ipso pariter
insumamus, nihil consuetudini solitae amplius adiungentes.
et hac dispensatione nequaquam nos fratris contristabit aduentus,
qui nobis debet esse gratissimus. siquidem ita ei exhibebimus
humanitatis obsequia, ut nihil a rigore continentiae relaxemus.
si uero nullus aduenerit, hunc quoque uelut de canonico modo
3 debitum nobis libere praesumemus. qua parcitate nec stoma-
chus uespere poterit adgrauari, quippe hora nona uno paxamatio
iam praemisso: quod plerumque his, qui districtiorem absti-
nentiam se tenere credentes totam refectionem ad uesperam
differunt, euenire consueuit. nam recens escae perceptio tam
in uespertinis quam in nocturnis orationibus tenuem leuemque
sensum non sinit inueniri. ideoque commodum satis et utile
hora nona refectionis tempus indultum est, in quo reficiens
monachus non solum in nocturnis uigiliis leuis ac uacuus,
uerum etiam in ipsis uespertinis sollemnitatibus digesto iam
cibo inuenietur aptissimus.

1 scrupalo D^1 scripulo *O* 2 adque D^1 adhortationem *D*: adhorationem *W* orationem *O* ..hortationem *X conf. Instit. V, 25* 4 cybum *D* 7 de *om. O* paxamat^{i}is D^1: paximatiis D^2WO paxmat^{i}is *X* 8 debetur *O* paximatio D^2WO paxmatio *X* 9 aliut *O* alium *X* 10 quem] *sic DWOXv* 12 numquam *D corr.* 14 humanitates D^1 16 sthomacus *O* 17 una D^1 paximatio D^2WO paxmatio *X* 18 destrict. *W* 19 refeccionem *D* 20 diferunt *ex* deferunt *WX* 22 inuenire D^1 23 refeccionis *D* 24 in *post* solum *om. W* 25 sollempnitatibus *W* 26 cybo *D* abtissimus *O*

Talibus nos sanctus Moyses geminae institutionis epulis saginauit, non solum discretionis gratiam atque uirtutem praesenti eruditione uerborum, sed etiam abrenuntiandi rationem et destinationem finemque propositi ante acta disputatione demonstrans, ut quod ante feruore tantum spiritus ac zelo dei clusis quodammodo oculis sectabamur, luce clarius aperiret faceretque sentire quantum a puritate cordis et directionis linea fuissemus id temporis euagati, quippe cum etiam omnium uisibilium in hoc saeculo artium disciplina absque destinationis ratione subsistere ac sine contemplatione certi finis adtingi omnino non possit. 4

1 mo^y^ses *D* moses *WO* 2 adque *D*[1] 4 distinat. *W* 5 feruorē *D* 6 clusis *W*[1]: clausis *DW*[2]*O* quodamodo *W* sectebamur *D*[1] 7 a *om. W* directionis *D*[1]*WOr*: discretionis *D*[2]*c* 9 secalo *D* distinationis *DW*[1] 11 possit. Expliciunt conlationes abbatis moysi prima et secunda de discretione. Incip̄ conlato (sic) abbatis pafnitii III de tribus abrenuntiationibus. Incipt cap̄ de eiusd̄ conl. *D* Explicit abbatis mosi conlatio secunda de discretione *W* Explicit conlatio abbis mosi sc̄a de discretione. Incipit conlatio abbis pafnuntii de tribus abrenuntiationis (sic) monacorum. Capitula eius *O* Explic secunda conlat abbatis moysi de discretione. Incipiunt capitula de abbatis pafnutii clāt. *X*

III.

CONLATIO ABBATIS PAFNVTII.

DE TRIBVS ABRENVNTIATIONIBVS.

CAPITVLA.

I. De conuersatione ac uita abbatis Pafnutii.
II. De sermone eiusdem senis ac responsione nostra.
III. Propositio abbatis Pafnutii de tribus uocationum generibus et de tribus renuntiationibus.
IIII. Expositio trium uocationum.
V. Quod et desidioso uocatio prima non prosit et strenuo postrema non obsit.
VI. Expositio trium renuntiationum.
VII. Quemadmodum singularum renuntiationum sit adprehendenda perfectio.
VIII. De propriis diuitiis, in quibus consistit animae pulchritudo uel foeditas.
VIIII. De tripertito genere diuitiarum.
X. Non posse quemquam primo tantum renuntiationis gradu esse perfectum.
XI. Interrogatio de libero arbitrio hominis et gratia dei.
XII. Responsio de dispensatione diuinae gratiae manente arbitrii libertate.
XIII. Quod directio uiae nostrae ex deo sit.
XIIII. Quod scientia legis magisterio et inluminatione domini conferatur.

10 et strenuo ... obsit *om.* *X* 14 prestitio *X* 15 constat *X* pulcritudo *OX* 23 sit tenenda *X* 24 inlumenatione *D*[1]

XV. Quod intellectus, quo mandata dei possimus agnóscere, et bonae uoluntatis effectus a domino condonetur.
XVI. Quod ipsa fides a domino concedatur.
XVII. Quod moderatio et tolerantia temptationum nobis a domino tribuatur.
XVIII. Quod perpetuitas timoris dei nobis a domino conferatur.
XVIIII. Quod initium uoluntatis bonae et consummatio eius a domino sit.
XX. Quod nihil in hoc mundo sine deo geratur.
XXI. Obiectio super liberi arbitrii potestate.
XXII. Responsio, quod liberum arbitrium nostrum adiutorio domini semper indigeat.

I. In illo sanctorum choro, qui uelut astra purissima in nocte mundi istius refulgebant, uidimus sanctum Pafnutium uice luminaris magni claritate scientiae coruscantem. hic namque presbyter congregationis nostrae, id est illius quae in heremo Scitii morabatur fuit, in qua ita ad extremam durauit aetatem, ut numquam e cella quam iunior coeperat habitare quaeque ab ecclesia milibus quinque distabat, saltim ad uiciniora migrauerit, ne fessus annis die sabbati uel dominico uenturus ad ecclesiam tanti itineris spatio uexaretur. sed ne uacuus quidem reuerti exinde contentus uas aquae, quam per totam erat ebdomadam sumpturus, suis ceruicibus superponens

2 affectus *D*[1]*O* 5 tribuantur *Xr* 6 perpetuetas *D*[1] domini *Xc* 8 uoluntatis bonae *OX*: bonae uolunt. *D* 12 adiutoriū *D* 13 domini *OX*: dei *D* indigeat. Finiunt capitula *D* Explicit capitulatio *O* Expł cāp sequentis conlāt *X* Incipit conlatio (collat. *P*) abbatis pafnutii (paphnuti *P*) de tribus abrenuntiationibus *DWPX*: *om.* *O* 14 coro *O* 15 refulgebat *P* paphnutium *P* 16 claritatis scientia *O* 17 presbiter *DWPX* prſbr *O* 18 sitii *O* scyti *P* schitii *X* extrema *D*[1] 19 qua *D*[1] in qua *D*[2] 20 saltem *WOP*[2] 21 ni *coni. Hartel* nec *Xv* dominica *P* 22 sed *eras. in D*: *om.* *P* nec *X* 24 superponens *D*[1]*WO*: supponens *D*[2] subponens *P* onerans *X* (*cf. Instit. IIII, 29*)

reportabat ad cellam, cumque nonagenariam excessisset aetatem,
2 numquam passus est eam iuniorum sibi labore deferri. hic itaque ab adulescentia sua scolis coenobiorum tanto ardore se tradidit, ut in eis paruo tempore conmoratus tam subiectionis bono quam uniuersarum uirtutum scientia pariter ditaretur. humilitatis namque et oboedientiae disciplina omnes suas mortificans uoluntates et per hanc extinctis uniuersis uitiis cunctisque uirtutibus consummatis, quas monasteriorum instituta uel antiquissimorum patrum doctrina fundauit, sublimioris profectus ardore succensus heremi festinauit penetrare secreta, ut domino, cui inter fratrum turbas positus sitiebat inseparabiliter inhaerere, nullo deinceps humano consortio retrahente
3 facilius uniretur. ubi rursum tanto feruore etiam ipsorum anachoretarum uirtutes superans desiderio et intentione iugis ac diuinae illius theoriae cunctorum deuitabat aspectus, uastiora et inaccessibilia solitudinis penetrans loca multoque in eis tempore delitescens, ut ab ipsis quoque anachoretis difficulter ac rarissime deprehensus angelorum cotidiano consortio delectari ac perfrui crederetur, atque ei merito uirtutis huius ab ipsis inditum fuerit Bubali cognomentum.

II. Huius igitur magisterio institui cupientes, cogitationum etiam stimulis agitati ad cellam eius iam die aduesperante peruenimus. qui habito aliquantisper silentio cum propositum nostrum praedicare coepisset, quod scilicet patriam relinquentes tot prouinciis pro amore domini perlustratis egestatem ac uastitatem heremi tolerare et imitari rigorem conuersationis illorum tanto opere niteremur, quem uix ipsi qui in eadem

1 quumque *O* nonagin. W^1 2 deferre D^1X^1 3 adulicentia D^1 scholis *O* 4 tradedit D^1 5 scientiae *D* 8 cunctis *D* institutio *W* 10 penitrare W^1 11 dominum *W* turbas fratrum *D* 14 anachorit. W^1P anacoret. *O* iugi* (s *eras.*) *W* 16 penitrans W^1 laca D^1 17 delitescens *W*: delitiscens *rell.* anachoritis PX^1 18 cottidiano *DP* 19 adque D^1 20 bobali *P* 21 *DWO non distinguunt* magesterio W^1 24 quo *O* 25 prouintiis *W* 26 conuersationis rigorem *D* 27 tanto opere *O*: tanto*pere *D* tantopere *rell.*

necessitate atque inopia nati educatique sunt sustinerent,
respondimus nos ob id ad eius doctrinam ac magisterium 2
tetendisse, ut inbui aliquatenus tanti uiri institutionibus ac perfectione possemus, quam innumeris documentis inesse eidem senseramus, non ut ullis quae tamen in nobis non essent laudibus grauaremur aut elatione animi, qua in nostris quoque cellulis nonnumquam suggestione titillabamur inimici, ipsius quoque sermonibus inflaremur. quamobrem illa nobis potius precabamur infundi, quibus conpungi uel humiliari, non quibus nobismet ipsis blandiri extollique possemus.

III. Tum beatus PAFNVTIVS: Tres, inquit, uocationum sunt ordines, tres quoque renuntiationes monacho in quocumque uocationis ordine constituto necessarias nouerimus. et primam quidem causam qua tres esse uocationum ordines diximus oportet nos diligenter inquirere, ut cum agnouerimus nos ad dei cultum primo gradu uocationis adscitos, secundum eius sublimitatem conuersationis quoque nostrae congruentiam temperemus. nihil enim proderit sublimiter inchoasse, si
similem principiis non exhibuerimus et finem. quodsi etiam 2
ultimo ordine nos a conuersatione saeculi extractos fuisse cognoscimus, quanto minus probabili ad religionem principio uidemur inniti, tanto acrius nosmet ipsos ad meliorem finem spiritali feruore incitare curemus. secundam quoque causam trinae abrenuntiationis omnimodis nosse nos conuenit, quia nullo modo perfectionem poterimus adtingere, si eam uel ignorauerimus uel scientes non contenderimus opere consummare.

IIII. Vt igitur tres hi uocationum modi speciali distinctione pandantur, primus ex deo est, secundus per hominem, tertius

1 adque D^1O edocatique D^1WO *post* sustinerent *in* DO *cap. 2 incipit* 3 institutionebus D^1 4 possimus D^1W^1PX eidem inesse D 5 ullis DW^1OP: allius X illius *v* 8 quoque *om.* W 10 blandire D^1 possimus D^1WPX 11 paphnutius P inquid WP uocationis O 13 uocationes D^1 16 cultu W 18 incoasse DO 21 relegionem PX 26 consumare DWP 28 hi *om.* O

ex necessitate. et ex deo quidem est, quotiens inspiratio quae-
dam inmissa in cor nostrum nonnumquam etiam dormientes
nos ad desiderium aeternae uitae ac salutis exsuscitat deumque
sequi et eius inhaerere praeceptis conpunctione saluberrima
cohortatur: ut in scripturis sanctis Abraham uoce dominica
de genitali solo et totius cognationis affectibus patrisque domo
legimus euocatum dicente domino: exi de terra tua, et
2 de cognatione tua, et de domo patris tui. quo etiam
modo beatum Antonium accitum esse cognouimus, qui occa-
sionem suae conuersionis a sola diuinitate percepit. ingressus
namque ecclesiam ibique audiens in euangelio dominum prae-
dicantem: qui non odit patrem et matrem et filios
et uxorem et agros, insuper et animam suam, non
potest meus esse discipulus, et: si uis perfectus
esse, uade, uende omnia quae habes et da pauperi-
bus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni, se-
quere me, praeceptum hoc domini uelut specialiter ad se
directum cum summa cordis conpunctione suscepit confestim-
que renuntians cunctis secutus est Christum, nulla exhortatione
3 neque doctrina hominum prouocatus. secundus uocationis
modus est quem fieri per hominem diximus, cum uel exem-
plis quorundam sanctorum uel monitis instigati ad desiderium
salutis accendimur. quo nos quoque per gratiam domini reti-
nemus adscitos, qui praedicti uiri monitis ac uirtutibus incitati
huic nos studio professionique tradidimus. quo ordine etiam in
scripturis sanctis per Moysen filios Israhel de adflictione
4 Aegypti legimus liberatos. tertius uero uocationis modus est

7 Gen. 12, 1 12 Luc. 14, 26 14 Mt. 19, 21 26 cf. Exod. 14

3 eteter[ae] *D* 5 cohortamur *D²P* coortatur *O* 6 genetali *D¹W¹* 10 conuersationis *O¹PX¹* praecepit *W¹* 12 filius *D¹* 15 uinde *D¹* habis *D¹* 16 caelum *W* 17 ad se specialiter *O* 19 renunctians *O¹* sequutus *O* exortatio *D¹* exordinatione *O* exortatione *D²WX¹* 22 ad] et *O* 23 retenemus adscitus *W¹* 25 professioneque *D¹O¹* tradedimus *D¹* 26 scripturiis *O* moysen *D²OPX²*: moisen *D¹* mosen *WX¹* ısrł *DWPX* frhl *O* 27 egipti *D* uacationis modis *D¹*

qui ex necessitate descendit, cum diuitiis mundi huius uel uoluptatibus obligati ingruentibus repente temptationibus, quae uel mortis pericula conminantur uel amissione bonorum ac proscriptione percutiunt uel carorum morte conpungunt, ad deum, quem sequi in rerum prosperitate contempsimus, saltim inuiti properare conpellimur. cuius uocationis necessitatem in 5
scripturis quoque saepissime repperimus, cum filios Israhel ob merita peccatorum legimus a domino traditos hostibus suis, ob quorum dominationem crudelitatemque saeuissimam rursum conuersos ad dominum proclamasse. et misit eis, inquit, dominus saluatorem Aoth, filium Gera, filium Iemini, qui utraque manu utebatur pro dextera. et rursum clamauerunt, inquit, ad dominum: qui suscitauit eis saluatorem, et liberauit eos, Othonihel filium Cenez, fratrem Caleb iuniorem. et de talibus in psalmo 6
dicitur: cum occideret eos, tunc quaerebant eum: et reuertebantur, et diluculo ueniebant ad deum. et recordati sunt quia deus adiutor eorum est: et deus excelsus redemptor eorum est. rursumque: et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.

V. Ex his itaque tribus modis licet priores duo melioribus inniti principiis uideantur, nonnumquam tamen inuenimus etiam de tertio gradu, qui infimus uidetur ac tepidus, perfectos uiros ac spiritu feruentissimos extitisse illisque consimiles, qui optimo principio adgressi domini famulatum

10 Iud. 3, 15 13 l. c. 9 16 Ps. 77, 34—35 19 Ps. 106, 19

1 huius] istius *in ras. m. 2* *D* 3 uel *ante* mortis *om.* *D*¹ 5 dominum *PX* contemsimus *D*¹*WOP* saltem *W*²*O* 6 prosperare *D*¹ 7 isrł *W* ſrhl̄ *O* 8 traditus *D*¹ 9 rursus *OX* 10 proclamasset *W*¹ inquid *DWP* inquit eis *O* dominus *eras. in* *D* 11 gerari *O* filium (*post* Gera) *D*¹*WOX*: filii *D*²*P* gemini *DO* 13 clamauerint *W*¹ inquid *D*: *om.* *WP* 14 liberabit *WO* othoniel *O* 15 fraт' (*i. e.* frater) *D* calebh *O* 17 deluculo *W*¹: ante lucem *O* 21 de cessitatibus *D* 22 licet et *W* 24 infirmus *OP*¹ 26 obtimo *OPX*

reliquam quoque uitam laudabili feruore spiritus exegerunt,
et iterum de illo superiore gradu plurimos tepefactos ad
uituperabilem finem saepissime recidisse. ac perinde sicut
illis nihil obfuit quod non sue uidentur arbitrio, sed necessi-
tatis conpulsione conuersi, quippe quibus hanc ipsam occasionem
qua conpungerentur domini benignitas procurauit, ita etiam
istis omnino nil profuit sublimiora conuersionis habuisse prin-
cipia, quia non studuerunt reliquam uitam fine congruo ter-
2 minare. nec enim abbati Moysi, qui habitauit in loco istius
heremi qui Calamus nuncupatur, quicquam defuit ad perfectae
beatitudinis meritum, quod metu mortis quae ei propter
homicidii crimen intentabatur inpulsus ad monasterium decu-
currit. qui ita necessitatem conuersionis adripuit, ut eam in
uoluntatem prompta animi uirtute conuertens ad perfectionis
fastigia summa peruenerit. sicut etiam e contrario plurimis,
quos nominatim memorare non debeo, nihil profuit domini
seruitutem meliore adripuisse principio, qui deinceps cordis
ignauia ac duritia subsequente in teporem noxium ac profun-
3 dum mortis barathrum conciderunt. quam rem in apostolorum
quoque uocatione uidemus euidenter expressam. quid enim
profuit Iudae apostolatus sublimissimum gradum eodem ordine
quo Petrus ceterique apostoli adsciti sunt uoluntarie suscepisse,
qui uocationis suae praeclara principia cupiditatis ac filargyriae
pestifero fine consummans usque ad traditionem domini crude-
4 lissimus parricida prorupit? aut quid obfuit Paulo quod repente
caecatus ad uiam salutis uelut inuitus uidetur adtractus, qui
postea dominum toto animi feruore sectatus initium necessi-
tatis uoluntaria deuotione consummans gloriosam tantis uirtuti-
bus uitam inconparabili fine conclusit? totum ergo in fine

1 spiritus feruore *D*[1] 2 superiori *W*[1]*X* 3 reccidisse *W*[1]: recidisse *DW*[2]*PX* recedisse *O* 4 uiderentur *Xv* 5 occansionem *D*[1] 7 stis *O* nihil *P* conuersationis *O* 9 moysi *D*[2]*OPX*[2]: mosi *D*[1]*WX*[1] 10 calamos *O* 11 quae] qui *O* 12 monasterium *D*[1] 13 qui ita *ex* quanta *W* conuersationis *O* 14 prupta *D*[1] promta *WO* 18 tepore *D*[1] temporem *W*[1]*P*[1] 19 baratrum *O* baratrum mortis *D* 23 filargiriae *DOPX* 25 parracida *O*

consistit, in quo potest quis et optimae conuersionis initiis
dedicatus inferior per neglegentiam repperiri et necessitate
adtractus ad nomen monachi profitendum effici per timorem
dei diligentiamque perfectus.

VI. Nunc de abrenuntiationibus disserendum est, quas tres
esse patrum traditio et scripturarum sanctarum demonstrat
auctoritas, quasque unumquemque nostrum omni studio oportet
inplere. prima est qua corporaliter uniuersas diuitias mundi
facultatesque contemnimus, secunda qua mores ac uitia affectus-
que pristinos animi carnisque respuimus, tertia qua mentem
nostram de praesentibus uniuersis ac uisibilibus euocantes
futura tantummodo contemplamur et ea quae sunt inuisibilia
concupiscimus. quae tria ut simul perficiantur etiam Abrahae 2
legimus dominum praecepisse, cum dicit ad eum: exi de terra
tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui.
primum dixit de terra tua, id est de facultatibus mundi
huius opibusque terrenis: secundo de cognatione tua, id
est de conuersatione et moribus uitiisque prioribus, quae nobis
a nostra natiuitate cohaerentia uelut adfinitate quadam et
consanguinitate cognata sunt: tertio de domo patris tui,
id est omni memoria mundi huius quae oculorum occurrit
obtutibus. de duobus enim patribus, id est siue de illo qui 3
deserendus siue de eo qui expetendus est, ita per Dauid ex
persona dei canitur: audi, filia, et uide, et inclina
aurem tuam: et obliuiscere populum tuum, et
domum patris tui. nam qui dicit audi, filia, pater
utique est, et illum, cuius domum uel populum obliuioni tradi
debere persuadet, patrem nihilominus suae filiae fuisse testatur.
quod ita fit, cum mortificati cum Christo ab elementis huius

14 Gen. 12, 1 24 Ps. 44, 11

1 et *om.* *O* optime *DWPX* obtime *O* conuersationis *O* 2 repperire *D*¹ reperiri *X* 3 timore *D* 10 carnis *D*¹ 11 reuocantes *P* 12 ea *om.* *WP* 13 concupiscimur *W* habrahae *WP* abraham *X* 14 ad eum *om.* *WO* 20 cognata sunt] iunguntur *W* coniuncta sunt *O* 21 occulorum *D*¹ 23 qui *post* ex *eras.* *in D* 27 obliuione *D*¹ 29 sit *DP* cum] si *s. l. m. 1 W*

mundi contemplamur secundum apostolum iam non ea quae
uidentur sed quae non uidentur: quae enim uiden-
tur, temporalia sunt, quae autem non uidentur,
aeterna, et exeuntes corde de hac temporali ac uisibili
domo in illam in qua sumus iugiter permansuri nostros
4 oculos mentemque dirigimus. quod tunc inplebimus, cum in
carne ambulantes non secundum carnem militare domino coe-
perimus, illam beati apostoli sententiam opere ac uirtute
clamantes: noster autem municipatus in caelis est.
his tribus abrenuntiationibus proprie tres libri Salomonis
aptantur. nam Prouerbia primae abrenuntiationi conueniunt,
quibus concupiscentia carnalium rerum ac terrena uitia rese-
cantur, secundae abrenuntiationi Ecclesiastes, ubi uniuersa
quae aguntur sub sole uanitas pronuntiantur, tertiae Canticum
Canticorum, in quo mens uisibilia cuncta transcendens uerbo
iam dei caelestium rerum contemplatione coniungitur.

VII. Quapropter non multum proderit primam nos abrenunti-
ationem cum summa deuotione fidei suscepisse, si secundam
non eodem studio atque eodem impleuerimus ardore. et ita
cum etiam hanc fuerimus indepti, ad illam quoque tertiam
peruenire poterimus, qua de domo prioris nostri parentis egressi,
quem ab exordio natiuitatis nostrae secundum ueterem homi-
nem, quando eramus natura filii irae sicut et ceteri,
patrem nobis fuisse meminimus, omnem mentis intuitum ad
2 caelestia deflectemus. de quo etiam patre ad Hierusalem quae
uerum patrem deum contempserat dicitur: pater tuus
Amorraeus, et mater tua Chettaea, et in euangelio:
uos ex patre diabolo estis, et desideria patris

1 II Cor. 4, 18 9 Phil. 3, 20 23 Ephes. 2, 3
26 Ezech. 16, 3 28 Ioh. 8, 44

2 sed quae non uidentur *om.* *D* 5 illa *WO* in *ante* qua *om.* *O* 6 dirigamus *OP* 8 beati pauli apostoli *O* 9 conmunicipatus *O* 10 his] his igitur *O* solomonis *W*[1] salamonis *P* 11 abrenuntiationis *D*[1] 12 ac *om.* *D*[1]*W* 14 pronuntiatur *D*[1] 17 prode erit *O* 22 quem] quę *D*[1] ab] in *s. l. m. 2* *W* 23 fili *D* 25 Ihrlm *O* 27 amorreus *DWPX* chet(h)ea *D* cetthea *W* cethea *OX* cet(h)ea *P* 28 diabulo *OP*

uestri uultis facere. quem cum dimiserimus, de uisibilibus ad inuisibilia transmigrantes cum apostolo dicere poterimus: scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod habitationem habeamus ex deo, domum non manu factam aeternam in caelo, et illud quod paulo ante commemorauimus: noster autem municipatus in caelis est, unde et saluatorem expectamus dominum Iesum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae conforme corpori claritatis suae, et illud beati Dauid: quia incola ego sum in terra, et peregrinus sicut omnes patres mei, ut secundum domini uocem tales efficiamur quales illi de quibus haec dominus ad patrem in euangelio loquebatur: de mundo hoc non sunt, sicut et ego non sum de hoc mundo, et rursum ad ipsos apostolos: si de hoc mundo essetis, mundus quod suum est utique diligeret: sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi uos de hoc mundo, propterea odit uos mundus. huius ergo renuntiationis tertiae ueram perfectionem 3
tunc merebimur obtinere, quando mens nostra nullo carneae pinguedinis hebetata contagio, sed peritissimis elimationibus expolita ab omni affectu et qualitate terrena per indesinentem diuinarum rerum meditationem spiritalesque theorias ad illa quae inuisibilia sunt eo usque transierit, ut circumdatam se fragilitate carnis ac situ corporis supernis et incorporeis intenta non sentiat atque in huiusmodi rapiatur excessus, ut non solum nullas uoces auditu recipiat corporali nec in intuendis praetereuntium imaginibus occupetur, sed ne adiacentes quidem moles et ingentes materias obiectas oculis carnis aspiciat. cuius rei 4

3 II Cor. 5, 1 7 Phil. 3, 20—21 10 Ps. 118, 19. 38, 13 14 Ioh. 17, 16 15 Ioh. 15, 19

1 demiserimus D^1W^1P 3 terrestres W^1 4 dissoluantur D^1 abitationem *W* 5 habemus D^2OP 6 celis *X* 8 reformauit *DX* 9 conformem *W* 12 ille D^1 20 merebitur *W* 21 pinguedinis D^2W^2O: pinguidinis $D^1W^1P^2X$ pinguitudinis P^1 contangio D^1 24 transierint W^1 26 excessus D^1OX: excessu D^2WP 27 in *s. l. m. 2 D*: *om. O*

fidem atque uirtutem nemo nisi is capiet, qui haec quae dicuntur experientia magistraante perceperit: cuius uidelicet ita dominus oculos cordis de uniuersis praesentibus auocarit, ut ea non tamquam transitura, sed quasi transacta iam reputet et uelut inanem fumum in nihilum resoluta conspiciat, ambulansque ut Enoch cum deo ac de humana conuersatione moribusque translatus non inueniatur in praesentis saeculi uanitate. quod in illo etiam corporaliter factum lectio Geneseos ita commemorat: ambulauitque Enoch cum deo, et non inueniebatur: quia transtulit illum deus. apostolus quoque: fide Enoch translatus est, ut non uideret mortem. de qua morte dominus in euangelio qui uiuit, inquit, et
5 credit in me, non morietur in aeternum. quapropter festinare debemus, si perfectionem ueram desideramus adtingere, ut quemadmodum corpore parentes, patriam, diuitias mundi uoluptatesque despeximus, ita etiam corde haec omnia relinquentes nulla rursus ad haec quae dimisimus concupiscentia reuertamur, sicut illi qui educti per Moysen, cum utique corpore non redissent, corde tamen reuersi dicuntur in Aegyptum, relicto scilicet deo qui eos eduxerat cum tanta uirtute signorum idola Aegypti quae contempserant uenerantes, sicut scriptura commemorat: et reuersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron: fac nobis deos qui praecedant nos: cum illis etiam pariter condemnemur, qui in heremo conmorantes post escam mannae caelestis desiderauerunt uitiorum faetidos ac sordidae uilitatis cibos, nosque cum eis similiter murmurare uideamur: bene

9 Gen. 5, 24 (LXX) 11 Hebr. 11, 5 12 Ioh. 11, 26
22 Act. 7, 39—40 27 Num. 11, 18. Ex. 16, 3. Num. 11, 5

1 his O^1 is *eras. et* capiet nisi *transpos.* D^1 capiet nisi is O^2 2 perciperit *WP* 3 auocaret D^1W^1 euocarit D^2P 6 Enoc P^1 *X* 7 seculi *D* 9 enoc *X*, *item infra* 11 uiderit W^1 12 inquid *DWP* 13 credidit *O* 15 patriam *om. O* 16 dispeximus *DWP* 17 ad haec D^1WOX: ad ea D^2P concupiscientia O^1 18 ille D^1 mosen *W* 20 aegypto *W* 25 herimo *P* 26 fetidos *DOX* foetidos *WP* 27 cybos *D* murmorare D^1W

nobis erat in Aegypto, ubi sedebamus super ollas
carnium, et comedebamus caepas et alia et cucu-
meres et pepones. quae figura licet in illo praecesserit 6
populo, tamen nunc quoque eam cotidie in nostro ordine ac
professione uidemus impleri. omnis enim quicumque post
renuntiationem mundi huius ad antiqua reuertitur studia et
ad pristina desideria reuocatur, haec eadem cum illis opere
ac mente proclamat dicens: bene mihi erat in Aegypto.
quorum uereor ne tanta inuenienda sit multitudo, quantas
tunc sub Moyse praeuaricantium turbas legimus extitisse.
nam cum sexcenta tria milia armatorum de Aegypto dinu-
merentur egressa, ex his non sunt amplius quam duo tantum
terram repromissionis ingressi. unde festinandum nobis est 7
ut a paucis ac rarissimis sumamus exempla uirtutum, quia
secundum illam quam diximus figuram in euangelio quoque
multi uocati, pauci autem dicuntur electi. nihil ergo nobis
proderit abrenuntiatio corporalis et localis quodammodo ex
Aegypto transmigratio, si renuntiationem cordis quae sublimior
et utilior est non ualuerimus similiter obtinere. de illa enim
qua diximus abrenuntiatione corporali ita pronuntiauit apostolus:
si distribuero omnes facultates meas in cibos pau-
perum, et tradidero corpus meum ut ardeam, cari-
tatem autem non habuero, nihil mihi prodest. quod 8
beatus apostolus numquam dixisset, nisi quia futurum spiritu
praeuidebat, ut aliqui facultatibus uniuersis in pauperum ali-
menta dispersis ad perfectionem euangelicam et caritatis arduum

11 cf. Ex. 38, 25 12 cf. Num. 14, 38 15 cf. Mt. 22, 14
21 I Cor. 13, 3

1 sedebamur *W* 2 cōmedebamus *WP* cepas *O* alea *O*[1] allia *O*[2]*X* cucumeris *W*[1] 5 implere *W* omnes *D*[1] *W*[1] post renunt.] prenuntiatione *D*[1] 10 mosi *W* moysen *P* mose *X*[1] 11 sexcenta tria *W*: sexcentaria *D*[1]*P*[1] sexcenta *D*[2]*X* sescenta *OP*[2] dinumerarentur *O* 12 his] ipsis *O* 13 terram ... ingressi] uiri *O* (*sic!*) 14 hac *W*(*O*) 16 ergo *eras. in D*: *om. P* 17 prode erit *O* 18 egyto *D* 20 qua *WOX*: quam *DP* apostolos *D*[1] 21 cybos *DP* 22 tradedero *D*[1] 23 habeam *OX* mihi *om. O* prodeest *O* proderit *W*

culmen peruenire non possent, quia scilicet pristina uitia morumque incontinentiam uel superbia uel inpatientia dominante in suis cordibus retinentes nequaquam se ab illis expurgare curarent et ob id ad caritatem dei quae numquam cadit mini-
9 me peruenirent. qui utique inferiores effecti hoc secundo renuntiationis gradu multo minus illum tertium qui procul dubio est sublimior adprehendunt. diligentius tamen etiam hoc mente perpendite, quod non simpliciter dixerit 'si distribuero facultates meas'. uideretur enim de illo forte dixisse, qui necdum euangelicum implens mandatum adhuc sibi ex eis, sicut nonnulli tepidorum faciunt, aliquid reseruasset. sed si distribuero, inquit, omnes facultates meas in cibos pauperum, id est etiamsi perfecte abrenuntiauero diuitiis
10 istis terrenis. huic quoque renuntiationi aliud maius adiunxit: et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem uero non habuero, nihil sum, ac si aliis uerbis dixisset: si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas secundum euangelicum illud mandatum quo dicitur: si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, ita scilicet abrenuntians, ut ex his nihil penitus mihi reseruem, et huic erogationi martyrium exustione meae carnis adiunxero, ita ut corpus meum tradam pro Christo, et tamen uel inpatiens uel iracundus uel inuidus uel superbus sim uel aliorum inflammer iniuriis uel quaeram quae mea sunt uel ea quae mala sunt cogitem uel uniuersa quae mihi possunt inferri
11 non patienter libenterque sustineam, nihil mihi proderit exterioris hominis abrenuntiatio atque conbustio interiore adhuc

18 Mt. 19, 21

1 possint D^1PX 3 cordibus suis *O* 5 uenirent *O* 9 uidetur D^1O 10 sibi *eras. in D* 11 aliquit *O* reseruasse D^1 set *D*(*O*) 12 inquid *DWP* cybos *DP* 17 cybos *D* 18 euangecum *D* quod *WOP* 19 unde *D* 21 scilicet et *D* ex his] *ras. 2 litt.* (et *uel* ex) *in D* 22 martyrium exustione D^1Or: m. exustionem *W* m. exustionis D^2P 27 prodeerit *O* 28 interiori *ex* interioris *O*

uitiis pristinis inuoluto, eo quod simplicem substantiam mundi huius primae conuersionis feruore contemnens, quae nec bona esse nec mala, sed media definitur, uitiosi cordis noxias facultates similiter abicere non curarim nec adtingi dominicam caritatem, quae patiens, quae benigna est, quae non aemulatur, non inflatur, non inritatur, nôn agit perperam, non quaerit quae sua sunt, non cogitat malum, quae omnia suffert, omnia sustinet, postremo quae sectatorem suum numquam cadere sinit subplantatione peccati.

VIII. Festinare igitur omni debemus instantia, ut interior quoque noster homo uitiorum suorum diuitias quas in anteriore conuersatione contraxit uniuersas abiciat atque dispergat. quae corpori atque animae iugiter cohaerentes propriae nostrae sunt, ac nisi adhuc in hoc corpore constitutis nobis abiectae fuerint et abscisae, post excessum nos non desinent comitari. ut enim uirtutes uel ipsa caritas, quae earum fons est, in hoc saeculo conquisita post finem quoque huius uitae pulchrum ac splendidum amatorem suum reddit, ita uitia ad illam perennem commorationem obfuscatam mentem quodammodo coloribus taetris infectamque transmittunt. pulchritudo enim uel de- 2
formitas animae uirtutum seu uitiorum gignitur qualitate, ex quibus quidam adtractus color aut ita eam splendidam reddit, ut a propheta mereatur audire: et concupiscet rex decorem tuum, aut certe atram, faetidam atque deformem, ita ut faetorem propriae turpitudinis ipsa confiteatur et dicat:

5 I Cor. 13, 4—7 24 Ps. 44, 12

1 huius mundi *D* 2 primae primae *W* conuersationis *O* 3 difinitur *D*[1] 4 curarem *D*[1]*P* adtingere *D*[2](*v*) 11 omni *om.* *W*[1] istantia *O* 12 quas *om.* *W*[1] 14 corpore *D*[1] quoherentes *O* proprie *Oc*: *sed cf. §. 3* 15 ac] hac *D* 16 abscisse *O* 18 pulcrum *O* hac *WO* 21 tetris *DOPX* pulcritudo *WO* 22 ex *om.* *O* 23 reddit *D*[1]*c*: reddet *D*[2]*WO*[1] *Pr* reddat *O*[2]*X* 24 a *om.* *O* profete *D*[1] profeta *D*[2]*WX* concupiscit *D*[1] concupisset *O* 25 adtā *D* tetram *P* et fetidam *O* foetidam *P* fetidam *X* 26 fetorem *D*[1]*OX* foetorem *P*

conputruerunt et corruptae sunt cicatrices meae,
a facie insipientiae meae, et ipse dominus ad eam quare,
inquit, non est obducta cicatrix filiae populi mei?
3 et ideirco hae sunt propriae nostrae diuitiae, quae cum anima
iugiter conmorantur, quas nobis nullus regum, nullus hostium
nec conferre poterit nec auferre. hae sunt propriae diuitiae
nostrae, quas ne ipsa quidem mors ualebit ab anima separare,
quibus uel renuntiantes ad perfectionem possumus peruenire
uel inligati aeterna morte multari.

VIIII. Tripertito enim modo in scripturis sanctis intelleguntur diuitiae, id est malae, bonae, mediae. et malae quidem sunt de quibus dicitur: diuites eguerunt et esurierunt, et: uae uobis, diuites, quia recepistis consolationem uestram. quas etiam diuitias abiecisse summa perfectio est. ad quarum distinctionem pauperes illi sunt qui in euangelio domini uoce laudantur: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, et in psalmo: iste pauper clamauit, et dominus exaudiuit eum, et iterum: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
2 sunt etiam bonae, quas adquisisse magnae uirtutis ac meriti
est, quas uir iustus possidens conlaudatur dicente Dauid:
generatio rectorum benedicetur. gloria et diuitiae
in domo eius: et iustitia eius manet in saeculum
saeculi, et iterum: redemptio animae uiri propriae
diuitiae. de quibus diuitiis in Apocalypsi dicitur ad illum
qui eas non habens uituperabiliter pauper et nudus est: incipiam te, inquit, euomere ex ore meo. quia dicis quod diues sum et locuples et nullius egeo, et ne-

1 Ps. 37, 6 2 Hierem. 8, 22 12 Ps. 33, 11 13 Luc. 6, 24 16 Mt. 5, 3 18 Ps. 33, 7 19 Ps. 73, 21 22 Ps. 111, 2—3 24 Prov. 13, 8 (LXX) 26 Apoc. 3, 16—18

1 conpatriuerunt *D*[1] 3 inquid *DWP* 4 he• (e *eras.*) *D* haec *WO* proprie *O* 6 haec *WO* proprie *OPX* 7 nec *P* 9 inplicati *D*[2]*OX* 13 ue *DO* nobis *D*[1] recipistis *D*[1] *O* 14 abieccisse *W* 15 ille *D*[1] sunt *om.* *W* 19 laudabunt (αἰνέσουσι) *DOr*: laudabit *WPXc* 24 uiri *eras. in D* 26 es *W*[2]*P* 27 inquid *DWP* dices *O*

scis quia tu es miser et miserabilis et pauper et caecus et nudus, suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum ut locuples fias, et uestimentis albis induaris et non appareat confusio nuditatis tuae. sunt quoque mediae, id est quae possunt uel bonae esse 3
uel malae. ad utramque enim partem pro arbitrio uel qualitate utentium transferuntur. de quibus beatus apostolus diuitibus, ait, mundi huius praecipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in deo qui praestat nobis abunde omnia ad fruendum, bene facere, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam. quas iterum diues ille in euangelio retinens ac nequaquam indigentibus subministrans, de cuius micis satiari pauper Lazarus ante fores eius expositus cupiebat, intolerandis gehennae ignibus et aeterno deputatur ardori.

X. Has igitur uisibiles mundi diuitias relinquentes non nostras, sed alienas abicimus facultates, quamuis eas gloriemur uel nostro labore quaesitas uel parentum ad nos hereditate transmissas. nihil enim ut dixi nostrum est nisi hoc tantum, quod corde possessum atque animae nostrae cohaerens a nemine potest prorsus auferri. de illis autem uisibilibus diuitiis ad eos, qui illas tamquam proprias retentantes communicare indigentibus nolunt, increpans loquitur Christus: si in alienis fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? euidenter igitur has diuitias alienas esse non solum cotidiana experientia docet, uerum etiam sententia domini ipsa appellatione signauit. de inuisibilibus uero pessimisque diuitiis loquitur 2

8 I Tim. 6, 17—19 16 cf. Luc. 16, 19 sqq. 25 Luc. 16, 12

8 huius mundi *Dr* 10 omnia habunde *D* 13 adpraehendat W^1 15 saciare D^1 saturari *OXv* eleaz*arus *O* 16 geenne *O* et *om.* *DOP* 17 ardore D^1 18 *X non distinguit* 19 abiciamus *O* 22 adque *DP* quoherens *O* 23 ad *eras. in D*: *om. P* 24 propriis D^1 retinentes *O* 25 alieno *O* fidelis W^1 29 inuisibilibus D^2WO^2: uisibilibus D^1O^1Pv (*corrupte X corr.*)

Petrus ad dominum: ecce nos reliquimus omnia et
secuti sumus te: quid ergo erit nobis? quos utique
nihil amplius quam uilissima conscissaque retia certum est
dimisisse. quae omnia nisi in hac abrenuntiatione uitiorum
quae uere magna et summa est fuerint intellecta, nec pretio-
sum aliquid inueniemus apostolos reliquisse, nec dominum
habuisse propter quod illis tantam beatitudinis gloriam largi-
retur, ut ab eodem mererentur audire: in regeneratione,
cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae,
sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes
3 duodecim tribus Israhel. si igitur hi, qui perfecte terrenas
istas uisibilesque abdicant facultates, certis ex causis ad illam
apostolicam caritatem peruenire non possunt nec illum sub-
limiorem paucorumque admodum renuntiationis tertium gradum
expedito queunt uigore conscendere, quid illi de semet ipsis
iudicare debebunt, qui nec primam quidem quae perfacilis est
perfecte adripientes atque antiquas pecuniarum suarum sordes
cum infidelitate pristina retentantes nudo tantum sibimet
4 autumant monachorum uocabulo gloriandum? ergo prima quam
diximus abrenuntiatio rerum alienarum est ideoque per se
solam perfectionem renuntianti conferre non sufficit, nisi per-
uenerit ad secundam, quae uere abrenuntiatio rerum nostrarum
est. quam adepti expulsione omnium uitiorum tertiae quoque
abrenuntiationis fastigia conscendemus, per quam non solum
omnia quae in hoc mundo geruntur uel particulatim ab homini-
bus possidentur, uerum etiam ipsam cunctorum elementorum
plenitudinem, quae putatur esse magnifica, tamquam uanitati
subiectam et mox transituram transcendentes animo ac mente

1 Mt. 19, 27   8 l. c. 28

1 relinquimus D^1P^1 reliquemus W^1 2 sequuti *O*   4 demisisse D^1P dimississe WO^1 6 inuenimus D^1OPX apostolus D^1 8 mereantur *O*   11 ısrł *DW* ıſrħl *O*   hii OPX^1 15 concendere D^1 16 indicare] dicere *O*   debeant D^2P nec *D*: ne *WOPX cf. IIII, 19, 1*   perfaciles D^1P^1 17 pęniarum D^1 19 uocabolo D^1W *post* gloriandum *in X cap. 10 incipit*   24 conscendimus D^2WP 26 possedentur D^1P ipsorum *W*

despicimus, intuentes dumtaxat secundum apostolum non ea quae uidentur sed quae non uidentur: quae enim uidentur, temporalia sunt, quae autem non uidentur, aeterna, ut ita demum illud supremum mereamur audire quod dicitur ad Abraham: et ueni in terram, quam tibi monstrauero. per quod euidenter ostenditur, quod 5
nisi quis tres superiores illas abrenuntiationes omni inpleuerit mentis ardore, ad quartum hoc peruenire non possit, quod remunerationis ac praemii uice perfecte renuntianti tribuitur, ut terram repromissionis mereatur intrare nequaquam sibi iam uitiorum spinas ac tribulos germinantem: quae post expulsionem passionum cunctarum puritate cordis in hoc corpore possidetur, quam non uirtus uel industria laborantis, sed ipse dominus ostensurum se esse promittit et ueni, inquiens, in terram, quam tibi monstrauero. per quod manifeste probatur 6
et initium salutis nostrae domini uocatione fieri dicentis: exi de terra tua, et consummationem perfectionis ac puritatis ab eodem similiter tribui, cum dicit: et ueni in terram, quam tibi monstrauero, id est non quam tu ex temet ipso nosse uel industria tua ualeas repperire, sed quam ego tibi non solum ignoranti, sed etiam non inquirenti monstrauero. ex quo manifeste colligitur, quod quemadmodum inspiratione domini prouocati ad uiam salutis adcurrimus, ita etiam magisterio ipsius et inluminatione deducti ad perfectionem summae beatitudinis peruenimus.

XI. GERMANVS: In quo ergo liberum consistit arbitrium nostraeque quod laudabiles sumus reputatur industriae, si deus in nobis omnia quae ad nostram perfectionem pertinent et incipit et consummat?

1 II Cor. 4, 18 5 Gen. 12, 1 16 l. c.

1 dispic. *P* despiciemus *v* 4 aeterna sunt *D*¹*OP* 5 habraham *WP* *post* terram *eras. in* *W*: maiestatis sue 6 demonstrauero *O* 8 posit *D* 9 hac *D* renuntiante *D*¹ 10 ut *D*¹*WO*: id est ut *D*²*PXv* 11 tribulus *W*¹ 16 dicentes *W*¹*P*¹ 17 consumat. *D* hac *D*¹ 20 re^p^perire *D* repperere *W*¹ 22 collegitur *D*¹ 25 perueniemus *D*¹*O*

XII. PAFNVTIVS: Hoc uos recte mouisset, si in omni opere uel disciplina principium tantum esset ac finis et non etiam quaedam medietas interesset. itaque sicut occasiones salutis diuersis modis deum cognoscimus operari, ita nostrum est occasionibus a diuinitate concessis uel enixius uel remissius famulari. nam [sicut dei fuit uocantis oblatio exi de terra tua, ita Abrahae fuit exeuntis oboedientia, et quemadmodum illud quod dicitur et ueni in terram ut fiat obtemperantis est opus, ita illud quod additur quam tibi monstrauero
2 iubentis dei uel promittentis est gratia. certos tamen esse nos conuenit, quod omnem uirtutem indefessis conatibus exercentes nequaquam diligentia uel studio nostro perfectionem possimus adtingere nec sufficiat humana sedulitas laborum merito ad tam sublimia beatitudinis praemia peruenire, nisi ea domino nobis cooperante et cor nostrum ad id quod expedit dirigente fuerimus indepti. ideoque debemus cum Dauid orantes momentis singulis dicere: perfice gressus meos in semitis tuis: ut non moueantur uestigia mea, et: statuit super petram pedes meos: et direxit gressus meos, ut nostrum arbitrium, quod procliuius uel ignoratione boni uel oblectatione passionum fertur ad uitia, ille inuisibilis rector mentis humanae ad uirtutum potius studia retorquere dignetur.
3 quod uno uersiculo per prophetam manifestissime legimus decantari: inpulsus uersatus sum ut caderem: in quo liberi arbitrii infirmitas designatur. et dominus suscepit me: rursum adiutorium domini iunctum eidem semper ostenditur, quo, ne penitus libero conlabamur arbitrio, cum titubasse nos uiderit, porrectione quodammodo manuum suarum sustentat atque confirmat. et iterum: si dicebam: motus est pes

17 Ps. 16, 5 18 Ps. 39, 3 24 Ps. 117, 13 25 l. c. 29 Ps. 93, 18

1 omni *eras. in D*: *om. P* 3 occasione DO^2 occassiones *WP* 4 deum *eras. in D* 5 occansionibus D^1 7 habrahae *W* exeuntes W^1P^1 9 quem *D* 13 sufficiet W^2O 15 eā *D* 19 supra *OPv* 23 profetam D^1O 26 rursus *O* 27 quo] quo iam D^2Pc 28 manum D^1 29 adque *DP* pe**s *D*

meus, lubrica scilicet arbitrii facultate, misericordia tua
domine adiuuabat me. iterum mobilitati suae dei con-
iungit auxilium, quia, ne moueretur pes fidei suae, non in-
dustriae propriae fuisse, sed misericordiae domini confitetur.
et iterum: secundum multitudinem dolorum meo- 4
rum in corde meo, qui libero utique mihi nascebantur
arbitrio, consolationes tuae laetificauerunt animam
meam: per tuam scilicet inspirationem uenientes in cor meum
et reserantes contemplationem futurorum bonorum, quae pro
tuo nomine laborantibus praeparasti, non solum abstulerunt
omnem anxietatem cordis mei, uerum etiam summam laetitiam
contulerunt. et rursum: nisi quia dominus adiuuit me:
paulo minus habitauerat in inferno anima mea.
liberi utique arbitrii prauitate in inferno se habitaturum fuisse
testatur, nisi domini fuisset adiutorio ac protectione saluatus.
a domino enim, non a libero arbitrio gressus hominis 5
diriguntur, et cum ceciderit iustus, libero dumtaxat
arbitrio, non conlidetur. quapropter? quia dominus
subponit manum suam. hoc est apertissime dicere: nullus
iustorum sibi sufficit ad obtinendam iustitiam, nisi per mo-
menta singula titubanti ei et conruenti fulmenta manus suae
subposuerit diuina clementia, ne prostratus intereat penitus,
cum fuerit liberi arbitrii infirmitate conlapsus.

XIII. Nec sane umquam uiri sancti directionem uiae qua gradiebantur ad profectum uirtutum consummationemque tendentes industria se propria obtinuisse testati sunt, sed eam potius a domino precabantur dicentes: dirige me in ueritate tua, et: dirige in conspectu tuo uiam meam.

5 l. c. 19 12 l. c. 17 16 Ps. 36, 23 17 l. c. 24 18 l. c. 27 Ps. 24, 5 28 Ps. 5, 9

1 meos *W*¹*P*¹ 2 mobilitatis *DOP* 3 ausilium *O* 6 nascebantur (n *eras.*) *D et O* 7 consolationis *D*¹ 8 nostrum *O* 10 abstulerint *W*¹ 13 habitauit *D*² habitabit *P* 17 dirigentur *D*¹*P* dumtaxit *W*¹ 19 subponet *D*¹*O*(*P*) manuum *D*¹ 21 fulcimenta *D*²*Ov* 26 industriā *D*¹ propriā *D*¹ 27 dicentis *W*

alius autem non solum fide, sed etiam experimento et quodammodo in ipsa rerum natura hoc ipsum se deprehendisse proclamat: cognoui domine quia non est in homine uia eius: nec uiri est ut ambulet, et dirigat gressus suos. et ipse dominus ad Israhelem et dirigam eum ego, inquit, ut abietem uirentem: ex me tuus fructus inuentus est.

XIIII. Legis quoque ipsius scientiam non lectionis industria, sed magisterio et inluminatione dei cotidie desiderant adipisci dicentes ad eum: uias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me, et: reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua, et: doce me facere uoluntatem tuam, quia tu es deus meus, et iterum: qui doces hominem scientiam.

XV. Ipsum etiam intellectum beatus Dauid, quo mandata dei possit agnoscere, quae utique in libro legis nouerat esse perscripta, a domino postulat promereri dicens: seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut discam mandata tua. utique et intellectum semel sibi per naturam praestitum possidebat, notitiam quoque mandatorum dei, quae descripta tenebantur in lege, utique habebat in promptu. et tamen ut hanc plenius adprehenderet dominum precabatur, sciens nequaquam sufficere sibimet posse id quod per naturam conditionis insertum est, nisi cotidiana domini inluminatione ad intellegendam spiritaliter legem ac mandata eius apertius agnoscenda sensus ipsius ab eodem fuerit inlustratus, ipso etiam uase

3 Hierem. 10, 23 5 Osee 14, 9 10 Ps. 24, 4 11 Ps. 118, 18 12 Ps. 142, 10 14 Ps. 93, 10 17 Ps. 118, 125

2 in *om.* *Ov* 3 quia] quoniam *O* 5 isrł *W* ihrlm *O* 6 inquid *DWP* habitem *W* uerentem *D*¹ tuus] eius *O* 10 demonstra] notas fac *O* 11 doce *D*¹*X* 13 tu es deus meus *DWOP*²: deus meus es *P*¹ deus meus es tu *Xv* 14 quo *D*¹ docet *P* 18 ut] et *W* 21 proptu *D*¹ promtu *W* 23 sufficere sibimet *WOPX*: sibimet sufficere *Dv* condicionis *W* condictionis *P* 25 hac *W* 26 uasa lectionis *D*¹ uas elationis *W*

electionis hoc quod dicimus clarius praedicante: *deus est enim qui operatur in uobis et uelle et perficere, pro bona uoluntate*. quid potuit apertius dici quam ut 2
et bonam uoluntatem nostram et operis consummationem a domino in nobis pronuntiaret impleri? et iterum: *quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini*. hic quoque et initium conuersionis ac fidei nostrae et passionum toleratiam donari nobis a domino declarauit. quod intellegens Dauid quoque similiter orat sibi hoc ipsum domini miseratione concedi dicens: *confirma deus hoc, quod operatus es in nobis*, ostendens non sufficere sibi salutis principia dono dei gratiaque conlata, nisi fuerint eadem miseratione ipsius et cotidiana opitulatione perfecta. non enim liberum arbitrium, 3
sed *dominus soluit conpeditos*: non nostra uirtus, sed *dominus erigit elisos*: non lectionis industria, sed *dominus inluminat caecos*, quod Graece dicitur κύριος σοφοῖ τυφλούς, id est dominus sapientes facit caecos: non nostra cautio, sed *dominus custodit aduenas*: non nostra fortitudo, sed *dominus adleuat* (siue *suffulcit*) *omnes, qui conruunt*. haec autem dicimus, non ut studium nostrum uel laborem atque industriam quasi inaniter et superfluo inpendenda uacuemus, sed ut nouerimus nos sine auxilio dei nec adniti posse nec efficaces nostros esse conatus ad capessendum tam inmane praemium puritatis, nisi nobis adiutorio domini ac misericordia fuerit contributum. *equus enim paratur in diem belli: a domino autem est adiutorium*,

1 Phil. 2, 13 5 Phil. 1, 29 11 Ps. 67, 29 15 Ps. 145, 7 16 l. c. 8 19 l. c. 9 20 Ps. 144, 14 26 Prov. 21, 31 (LXX)

1 quod *om. W* 2 nobis *Xv* et *post* uelle *om. O* 4 et *ante* bonam *om. D*[1] 8 conuersationis *OX*[1] 15 uirtutis *D*[1] 17 grece *DWOPX* κύριος] k̄ *DW* k̄c *X* 18 τγφaoyc *W* τγφλmc *X* *graeca om. P* *plane corrupta sunt in O* 21 currunt *D*[1] *P*[1] 22 inpendendo *W*(*c*) 23 ausilio *O* 24 conatos *WOP*[1] capescendum *D*[1]*OX*[1] capisc. *P* 25 adiutoria *D*[1] aiutorio *O* 27 die *DOP* est autem *O*

4 quia non est in fortitudine potens uir. oportet ergo nos semper cum beato Dauid canere: fortitudo mea, et laudatio mea non liberum arbitrium, sed dominus: et factus est mihi in salutem. quod doctor quoque gentium non ignorans idoneum se factum ministerio noui testamenti non suo merito nec sudore, sed dei miseratione, proclamat: non quod simus, inquit, idonei cogitare aliquid ex nobis quasi a nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. quod minus Latine, sed expressius dici potest: idonitas nostra ex deo est. denique sequitur: qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti.

XVI. In tantum autem uniuersa quae ad salutem pertinent apostoli sibimet a domino largita senserunt, ut ipsam quoque fidem praestari sibi a domino postularent dicentes: adde nobis fidem, plenitudinem eius non libero arbitrio praesumentes, sed dei sibi credentes munere conferendam. denique docet nos idem auctor salutis humanae, quam ipsa fides nostra lubrica sit et infirma et nequaquam sibi sufficiens, nisi fuerit auxilio domini roborata, dicens ad Petrum: Simon Simon, ecce Satanas expetiuit uos ut cribraret uos tamquam triticum: sed ego rogaui patrem meum, ne
2 deficeret fides tua. quod alius in semet ipso sentiens fieri et quodammodo fidem suam infidelitatis fluctibus ad perniciosi naufragii uidens scopulos perurgueri ad eundem dominum auxilium fidei suae postulans dicit: domine, adiuua in-

1 I Reg. 2, 9 (LXX) 2 Ps. 117, 14 7 II Cor. 3, 5 10 l. c. 6 14 Luc. 17, 5 19 Luc. 22, 31—32 25 Marc. 9, 23

1 fortitudinem *W* 3 et *ante* factus *om. W* 4 in salute *O* 7 quo *D*[1] inquid *DWPX*[1] 9 quod minus ..... ex deo est *erasa in D* pote est *O* idonitas *WOPX*: idoneitas *v* 14 prestare *D*[1] dñe adde (dñe ad *in ras. m. 2*) *D* domine auge *v* 16 conferentes (i *s. s.*) *W* conferenda *O* 17 auctor idem *D* 19 symon symon *WP* 20 uos *ante* ut *eras. in D* crebraret *W* cribaret *O* uos *om. O* 22 dificeret *W* alios *W*[1]*OP* 24 scopolos *WO* perurguere *D* perurgeri *PX*

fidelitatem meam. in tantum itaque senserunt euangelici
et apostolici uiri uniuersa quae bona sunt auxilio domini con-
summari, et ne ipsam quidem fidem suam confisi sunt inlaesam
se posse suis uiribus uel arbitrii libertate seruare, ut hanc
uel adiuuari in se uel donari sibi a domino postularent. quae 3
si in Petro ne deficeret domini egebat auxilio, quis erit tam
praesumptor et caecus, qui se erga huius custodiam cotidiano
domini credat adiutorio non egere? praesertim cum ipse domi-
nus in euangelio hoc ipsum euidenter expresserit dicens: sicut
palmes non potest fructum facere a semet ipso nisi
in uite manserit, ita et uos nisi in me manseritis,
et iterum: quia sine me nihil potestis facere. quam 4
sit igitur ineptum ac sacrilegum quicquam de bonis actibus
nostrae industriae et non dei gratiae uel adiutorio deputare,
manifeste probatur dominica protestante sententia sine sua
inspiratione uel cooperatione spiritales fructus exhibere nemi-
nem posse. omne enim datum bonum et omne donum
perfectum de sursum est descendens a patre lumi-
num. Zacharias quoque: quia si quid bonum, ipsius
est, et si quid optimum, ab ipso. et ideo constanter
beatus apostolus quid, inquit, habes quod non acce-
pisti? quodsi accepisti, quid gloriaris quasi non
acceperis?

XVII. Summam quoque tolerantiae qua temptationes inlatas sustinere possimus non tam in nostra uirtute quam in dei misericordia et moderatione consistere beatus apostolus ita pronuntiat: temptatio uos non adprehendit nisi

9 Ioh. 15, 4 12 l. c. 5 17 Iac. 1, 17 19 Zach. 9, 17 (LXX) 21 I Cor. 4, 7 27 I Cor. 10, 13

2 ausilio *O* 4 lebertate W^1 libertatem *O* 5 donare D^1 7 huiusmodi D^1P 9 expreserit D^1 16 aspiratione (a *in ras. m. 2*) *D* quooperatione *O* uel cooperatione *om.* *W* opitulatione uel inspiratione *X* cooperatione uel insp. *r* spiritalis W^1 19 zaccharias *D* zaccarias *O* bonum D^1W: boni D^2OPX 20 obtimum *WO* 21 inquit *Or* inquid *DP*: *om.* *W* quid enim habes *Xc* 24 quam temt. *O* 27 adprehendit W^1X: adprehendat *DOP* adprehendet W^2

humana. fidelis autem deus, qui non permittet uos temptari super id quod potestis, sed faciet cum temptatione et exitum, ut sustinere possitis. deum quoque aptare siue confirmare animos nostros ad omne opus bonum et operari in nobis ea quae sibi sunt placita idem apostolus docet: deus autem pacis, qui eduxit de tenebris pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni, Iesum Christum, aptet nos in omni bono, faciens in nobis quod placeat coram se. quod etiam Thessalonicensibus ut eueniat ita precatur dicens: ipse autem dominus Iesus Christus et deus pater noster, qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra et confirmet in omni opere et sermone bono.

XVIII. Ipsum denique timorem dei, quo firmiter eum tenere possimus, a domino nobis Hieremias propheta ex persona dei manifeste testatur infundi ita dicens: et dabo eis cor unum, et uiam unam, ut timeant me uniuersis diebus: et bene sit eis, et filiis eorum post eos. et feriam eis pactum sempiternum, et non desinam eis bene facere: et timorem meum dabo in corde eorum ut non recedant a me. Ezechiel quoque: et dabo eis cor unum, et spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum: et auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum: ut in praeceptis meis ambulent, et iudicia mea custodiant, faciant-

6 Hebr. 13, 20—21 10 II Thess. 2, 15—16 17 Hierem. 32,. 39—40 22 Ezech. 11, 19—20

1 permittet D^2: permittit D^1W^2X permittat W^1OP *et* D^2 *ex altera correctione* 2 it D faciat X^1 contemptatione D 3 et exitum WO: etiam ex. PX etiam prouentum *in ras. m. 2* D 9 bono *om.* O placet *v* 10 thesalonic. DWX tesal. O ueniat W 11 dominus noster P 13 bonorum O exortetur $DWOP$ 16 iherem. O 17 dñi manifestatur O 18 unum] nouum D^1P unam (un *in ras.*) D nouam P 21 in corde (εἰς τὴν καρδίαν) DWX^2: in corda OPX^1 22 hiezechihel (hiez *in ras. m. 2*) D hiiezechihel O ezechihel P 23 unum D^1WO: nouum D^2PX

que ea: et sint mihi in populum, et ego sim eis in deum.

XVIIII. Quibus manifestissime perdocemur et initium uoluntatis bonae nobis domino inspirante concedi, cum aut per se aut per exhortationem cuiuslibet hominis aut per necessitatem nos ad salutis adtrahit uiam, et perfectionem uirtutum ab eodem similiter condonari, nostrum uero hoc esse, ut adhortationem auxiliumque dei uel remissius uel enixius exsequamur, et pro hoc nos uel remunerationem uel supplicia dignissime promereri, quod eius dispensationi ac prouidentiae erga nos benignissima dignatione conlatae uel neglеximus uel studuimus nostrae oboedientiae deuotione congruere. quod 2
euidenter in Deuteronomio aperteque describitur: cum, inquit, introduxerit te dominus deus tuus in terram, quam possessurus ingrederis, et deleuerit gentes multas coram te, Chettaeum et Gergesaeum et Amorraeum, Chananaeum, et Ferezaeum, Euaeum et Iebusaeum, septem gentes multo maioris numeri et robustiores te: tradideritque eas dominus tibi, percuties eas usque ad internicionem. non inibis cum eis foedus, neque sociabis cum eis coniugia. quod igitur introducuntur in terram repromissionis, quod delentur gentes multae coram eis, quod traduntur in manus eorum nationes maioris numeri et robustiores quam populus Israhel, dei esse gratiam scriptura pronuntiat. utrum autem percutiat eas Israhel usque 3

18 Deut. 7, 1—3

3 et *eras. in D* 4 insperante *D*[1] 8 enexius *W* exequamur *O* 10 dignissima *Xc* dispensatione *D*[1] 11 necleximus *WO* 13 discribitur *D*[1]*P* discribetur *W* inquid *DWP* 15 ingrederis *D*[1]*WO*: ingredieris *D*[2]*PX* 16 ethaeum *D* cheteum *WP* cetheum *O* hettheum *X* gergesseum *OX* 17 channaneum *D*[1] chananeum *D*[2]*P*[2]*X* cananeum *WO* chanaaneum *P*[1] ferezeum *DOPX* et euaeum *OP* gebusseum *D* hiebusseum *O* hiebuseum *P* 19 tradederitque *D*[1] dominus *om. WOX* 20 internitionem *DWPX* 23 nationis *D*[1] maiores *O* 24 isrł *DW* frĥl *O* (*passim*) 25 isrł *W*

ad internicionem, an reseruet eas et parcat, et utrum ineat necne cum eis foedus et utrum societ cum eis coniugia an non societ, ipsorum esse testatur. quo testimonio manifeste discernitur, quid libero arbitrio quidue dispensationi uel cotidiano adiutorio domini debeamus adscribere, et quod diuinae sit gratiae praestare nobis occasiones salutis et prouentus secundos atque uictoriam, nostrum uero ut concessa dei beneficia uel intentius uel segnius exsequamur. quam rationem etiam in illorum caecorum curatione satis euidenter uidemus expressam. quod enim transit ante eos Iesus, diuinae prouidentiae et dignationis est gratia: quod uociferantur et dicunt: miserere nostri, domine, fili Dauid, fidei ipsorum et
4 credulitatis est opus. quod uisum recipiunt oculorum, diuinae miserationis est munus. quod autem etiam post perceptionem cuiuslibet muneris tam gratia dei quam ratio liberi perseueret arbitrii, leprosorum quoque decem qui pariter curati sunt declarat exemplum. e quibus dum unus per arbitrii sui bonum gratiarum restituit actionem, dominus nouem requirens unumque conlaudans sollicitudinem adiutorii sui etiam circa inmemores beneficiorum suorum iugem se retinere demonstrat. hoc ipsum enim uisitationis suae donum est, quod uel suscipit et adprobat gratum uel requirit ac reprehendit ingratos.

XX. Credere tamen inconcussa fide nos conuenit nihil sine deo prorsus in hoc mundo geri. aut enim uoluntate eius aut permissu agi uniuersa fatendum est, ut scilicet haec quae bona sunt uoluntate dei perfici auxilioque credantur, quae autem contraria sunt permissu, cum pro nequitiis ac duritia cordis nostri deserens nos diuina protectio diabolum nobis uel igno-

12 Mt. 20, 31 16 cf. Luc. 17, 11 sqq.

1 internecionem (ec *in ras. m. 2*) D internit. X 2 necne WO^{1}: ne $O^{2}P$ *om.* X *ras. 4—5 litt. in* D 3 manifestissime O 4 quid uero dispensatione O 7 adque OP 8 exequamur O 9 in *om.* O 10 transiit OXv 12 miserire D 14 post perceptionem $D^{2}OPXv$: p̄ceptionem D^{1} post receptionem W 16 lebros. O 17 exemplo O 18 inquirens PXc unum quoque O 21 suscepit W^{1} 22 requiret D^{1} hac D 25 p̄missa D^{1}

miniosas corporis passiones patitur dominari. quod etiam 2 apostoli uocibus euidentissime perdocemur dicentis: propter quod tradidit illos deus in passiones ignominiae, et iterum: quia non crediderunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conuenit, et ipse dominus per prophetam: et non audiuit populus meus uocem meam: et Israhel non intendit mihi. propter quod dimisi eos, inquit, secundum adinuentiones cordium eorum, ambulabunt in adinuentionibus suis.

XXI. GERMANVS: Hoc testimonium apertissime liberum demonstrat arbitrium quod dicitur: si populus meus audisset me, et alibi: et non audiuit populus meus uocem meam. cum enim dicit si audisset, ostendit in potestate illius fuisse uel adquiescendi uel non adquiescendi iudicium. quomodo igitur non in nobis nostra salus est conlocanda, cum uel audiendi uel non audiendi ipse nobis concesserit facultatem?

XXII. PAFNVTIVS: Acute quidem considerastis hoc quod dicitur si audisset me, sed nequaquam qui sit qui ad audientem uel non audientem loquatur adtendistis nec illud quod sequitur: pro nihilo utique inimicos eius humili-

2 Rom. 1, 26 4 l. c. 28 7 Ps. 80, 12—13 12 l. c. 14 13 l. c. 12 22 l. c. 15

1 corporum *O* 2 dicentes *W*¹*P*¹*X*¹ 3 passionis *D*¹ 4 credederunt *D*¹ habere *om. O* 5 notitiā *WOP* 6 connenit *WP*: conueniunt (niunt *in ras. m. 2*) *D et OXv* et *om. O* per proph.] perphetam *D* 7 meus *om. W* 8 isrł *DW* 9 inquid *DP* adinuentiones] desideria *in ras. longioris uocis m. 2 D* cordis *D*²*Xc* 11 testimonio *O* 12 quo dicitur *D*²*Xv* quod igitur *W*: *cf. cap. 22, 2* quod dicet *O* 13 et (*ante* non) *s. l. m. 2 D* meus *om. D*¹ 15 uel *post* fuisse *om. W* adquiescenda (*priore loco*) *D*¹ 16 constituenda (stituenda *in ras. m. 2*) *D* 17 concessit *O* 19 Pafn̄s *X* acute quidem *om. W* 20 qui *DWOP*: quis *v* ad *om. O* 21 adtendistis *W*: adtenditis (*prius* i *in ras.*) *D et OPv* nec] et *W*

assem: et super tribulantes eum inmisissem manum meam. nemo igitur haec quae protulimus, ut nihil geri sine domino probaremus, praua interpretatione detorquens ad defensionem liberi arbitrii ita conetur adsumere, ut ab homine gratiam dei prouisionemque cotidianam temptet auferre per hoc quod dicitur: et non audiuit populus meus uocem meam, et iterum: si populus meus audisset me, Israhel si in uiis meis ambulasset et cetera, sed respiciat, quod sicut liberi arbitrii facultas populi inoboedientia demonstratur, ita cotidiana circa eum prouisio dei clamantis
2 quodammodo et monentis ostenditur. cum enim dicit: si populus meus audisset me, priorem utique se locutum eis euidenter ostendit. quod fieri a domino non solum per legem scriptam litteris, uerum etiam cotidianis monitis solet secundum illud quod per Esaiam dicitur: tota die expandi manus meas ad populum non credentem mihi et contradicentem. utrumque ergo potest hoc testimonio conprobari quod dicitur: si populus meus audisset me, Israhel si in uiis meis ambulasset, pro nihilo utique inimicos eius humiliassem: et super tribulan-
3 tes eum inmisissem manum meam. nam sicut liberum arbitrium per inoboedientiam populi demonstratur, ita dispensatio dei et auxilium eius uersiculi ipsius initio declaratur ac fine, cum se et priorem locutum fuisse commemorat et postea inimicos eius humiliaturum, si ab eodem fuisset auditus. nos enim per haec quae protulimus non liberum arbitrium hominis uolumus submouere, sed huic adiutorium et gratiam dei per singulos dies ac momenta necessariam conprobare.

15 Esai. 65, 2 (LXX)

1 eum *W*: eos (os *in ras. m. 2*) *D et OPXv* inmisissem *WX*: inmissisem D^1 misissem (miss-) D^2OPv 3 deo *O* 4 adsūmere *D* 6 per *om.* D^1 8 isrł *DWP* 9 arbitri *O* 10 cottid. *X* 11 momentis D^1 12 meus *om. X* loqutum *D* loquutum *O* 13 quod] quodsi *D* 18 quo *W* 19 isrł *W* 21 eos D^2P misissem *OP* 24 loquutum *O* 27 summouere *D* summoueri *W* 28 necessaria *OP*

4 His nos sermonibus eruditos abba Pafnutius e sua cella non tam alacres quam conpunctos corde ante medium noctis emisit, hoc nobis praecipuum suae conlationis conferens munere, ut cum per abrenuntiationis primae consummationem, quam tota uirtute studebamus inplere, adtingenda nobis perfectionis culmina crederemus, inciperemus agnoscere necdum nos coepisse monachorum fastigia somniare, quippe qui de secunda abrenuntiatione parum quid in coenobiis eruditi tertiam, in qua omnis perfectio continetur quaeque illas inferiores duas multis praecedit modis, ne auditu quidem nos antea percepisse nossemus.

1 abba *W*: abbas *DOPv* 2 conpunctus *W*[1] 4 per *om.* *W* 7 manach. *D*[1] 8 coenob*i*s *D* 9 contenetur *D*[1] 10 auditum *O* recipisse *O* 11 nossemus. Explicit conlatio (collā *P*) abbatis pafnutii (pafnuti *O*) de tribus abrenuntiationibus *DWOPX* Incipiunt (item *X*) capitula de abbatis (abt̄s *D*) danihelis (dani[h]elis *X*) conlatione *DX*: *om.* *WP* Incipit conlatio abbatis danielis de concupiscentia carnis et spiritum. Incipit capitulatio eiusdem *O*

IIII.

CONLATIO ABBATIS DANIHELIS.

DE CONCVPISCENTIA CARNIS AC SPIRITVS.

CAPITVLA.

I. De uita abbatis Danihelis.
II. Inquisitio unde oriatur repentina conmutatio mentium ab ineffabili laetitia in maestissimam animi deiectionem.
III. Responsio super proposita quaestione.
IIII. Quod dispensationis ac probationis dei duplex causa sit.
V. Quod studium et industria nostra nihil sine adiutorio dei praeualeat.
VI. Quod utile nobis sit interdum a domino derelinqui.
VII. De utilitate eius pugnae quam apostolus ponit in conluctatione carnis et spiritus.
VIII. Interrogatio, quid sit quod in capitulo apostoli post aduersantes sibi concupiscentias carnis et spiritus tertia adiciatur uoluntas.
VIIII. Responsio de intellectu recte interrogantis.
X. Quod uocabulum carnis non in una significatione ponatur.
XI. Quid in hoc loco caro ab apostolo nominetur et quid sit concupiscentia carnis.

5 danielis *O* De abbatis danielis conuersatione *X* 6 ori·tur (a *eras.*) *D* mentium *om. X* 11 *post* dei *ras. 3—4 litt. in D* 16 spiritus] *cum hoc uocabulo codicis X capitulatio ad hanc conlationem abrupte desinit* 18 recto *O* 21 quod in *O* 22 carnis *Dc*: spiritus *Or*

I. Inter ceteros Christianae philosophiae uiros abbatem quoque uidimus Danihelem, aequalem quidem in omni uirtutum genere his qui in heremo Sciti conmanebant, sed peculiarius gratia humilitatis ornatum. qui merito puritatis ac mansuetudinis suae a beato Pafnutio solitudinis eiusdem presbytero, et quidem cum multis iunior esset aetate, ad diaconii est praelectus officium. in tantum enim idem beatus Pafnutius uirtutibus ipsius adgaudebat, ut quem uitae meritis et gratia parem nouerat, coaequare sibi etiam sacerdotii ordine festinaret: siquidem nequaquam ferens in inferiore eum ministerio diutius

9 rueremus *eras. in D*: *in marg. legitur* (*m. 2*) reueremus ruemus *O* 14 paruis. Expliciunt capitula *D* Expł capitulatio *O* Expl. cap. de conlatione abbatis danielis *X* Incipit conlatio (conlacio *D* coł *P*) abbatis danihelis (eiusdem abbatis danielis conlatio *X*) de concupiscentia carnis ac spiritus *DWPX* Incipit liber quartus de concupiscentia carnis et sp̄s *O* 15 philosofiae *D* filosofiae *OX* 16 danielem *O* 17 sciti *P*: scitii *D* scitii *WO* schitii *X* 19 papnutio *D*[1] presbitero *DP* praesbit. *W* presuit. *O* prb̄o *X* 20 equidem *O* diaconi *P* diaconie *X* prelatus *Ov* 22 gratiae *W* 23 quoequare *O* 24 eum] cum *D*

inmorari optansque sibimet successorem dignissimum prouidere
2 superstes eum presbyterii honore prouexit. qui tamen prioris humilitatis consuetudinem non omittens nihil umquam sibi illo praesente de sublimioris ordinis adiectione donauit, sed semper abbate Pafnutio spiritales hostias offerente hic uelut diaconus in prioris ministerii permansit officio. in quo tamen beatum Pafnutium, cum talis uir esset ac tantus, ut in multis etiam praescientiae gratiam possideret, haec spes substitutionis electioque frustrata est. nam non multo post hunc, quem sibi parauerat successorem, praemisit ad deum.

II. Hic igitur beatus Danihel inquirentibus nobis, cur interdum residentes in cellula tanta alacritate cordis cum ineffabili quodam gaudio et exuberantia sacratissimorum sensuum repleremur, ut eam non dicam sermo subsequi, sed ne ipse quidem sensus occurreret, oratio quoque pura emitteretur ac prompta et mens plena spiritalibus fructibus preces suas efficaces ac leues etiam per soporem supplicans ad deum peruenire sentiret, ac rursum nullis exsistentibus causis tanto subito repleremur angore et inrationabili quadam maestitia premeremur, ut non solum nosmet ipsos huiusmodi sensibus arescere sentiremus, uerum etiam horreret cella, sorderet lectio, ipsa quoque instabilis ac nutabunda et quodammodo ebria emitteretur oratio, ita ut ingemescentibus et conantibus nobis ad directionem pristinam reuocari mens nostra non posset, quantoque intentius ad dei reduceretur intuitum, tanto uehementius ad discursus instabiles lubrico raperetur excessu et ita omni spiritali fructu redderetur effeta, ut nec desiderio regni caelorum nec metu gehennae proposito ab hoc letali quodam somno ualeret excitari, ita respondit.

III. Tripertita nobis a maioribus ratio super hac qua dicitis

1 obtansque *O* 2 presbiterii *DWP* presuit. *O* 6 diaconos *W*[1] 10 paruerat *D*[1] 11 daniel *O* quur *O* 12 cellola *W*[1] alacretate *D*[1] qum *O* 15 promta *WO* 21 ipsa quoque] ipsaque *WOX* 23 ingemiscentibus *DP* 24 possit *D X* 26 excesso *D*[1] 27 effecta *D*[1]*W*[1]*OPX*[1] desideria *D*[1] 28 summo *D*[1] 30 qua *D*[1]*O*[1]*X*: quam *D*[2]*WO*[2]*P*

sterilitate mentis est tradita. aut enim de neglegentia nostra aut de inpugnatione diaboli aut de dispensatione domini ac probatione descendit. et de neglegentia quidem, cum uitio nostro tepore praecedente incircumspecte nosmet ipsos et remissius exhibentes et per ignauam desidiam noxiis cogitationibus pasti terram cordis nostri spinas et tribulos facimus germinare, quibus in ea pullulantibus consequenter efficimur steriles atque ab omni spiritali fructu et contemplatione ieiuni. de inpugnatione uero diaboli, cum etiam bonis nonnumquam studiis dediti callida subtilitate mentem nostram aduersario penetrante uel ignorantes ab optimis intentionibus abstrahimur uel inuiti.

IIII. Dispensationis autem ac probationis duplex causa est. prima, ut paulisper a domino derelicti et mentis nostrae infirmitatem humiliter intuentes super praecedente puritate cordis, quae nobis est illius uisitatione donata, nullatenus extollamur, probantesque nos ab eodem derelictos gemitibus nostris et industria illum laetitiae ac puritatis statum recuperare non posse intellegamus et praeteritam cordis alacritatem non nostro studio, sed illius nobis dignatione conlatam et praesentem de ipsius rursum gratia et inluminatione esse poscendam. secunda uero probationis est causa, ut perseuerantia nostra uel 2
mentis constantia et desiderium conprobetur, et qua intentione cordis uel orationum instantia deserentem nos uisitationem sancti spiritus requiramus, manifestetur in nobis, ac pariter agnoscentes, quanto labore amissum istud spiritale gaudium et puritatis laetitia conquiratur, sollicitius inuentam custodire ac tenere adtentius studeamus. quodammodo enim neglegentius custodiri solet quidquid creditur facile posse reparari.

1 sterelitate WO^1PX^1 2 diabuli D^1P 4 tempore D^1W OP procedente O nosmet] nos W 5 ignauiam D^1OP 7 germanare D^1 8 sterelis D^1P stereles W^1O^1 ab omni] a bona D ieiunii D^1O 9 bonis *om.* D^1 11 paenitrante W^1 14 mentes D^1 22 perseuerentia D 26 stut O 27 inuenta DO 29 costodire D^1 custodire W^1P^1 quidquid P: quicquid $DWOX$ reparare D^1 parari O

V. Per quae euidenter probatur gratiam dei ac misericordiam semper operari in nobis ea quae bona sunt: qua deserente nihil ualere studium laborantis et quantamlibet adnitentis industriam sine ipsius iterum adiutorio statum pristinum recuperare non posse illudque in nobis iugiter adinpleri: non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. quae gratia nonnumquam e contrario neglegentes ac resolutos inspiratione hac qua dicitis sancta et abundantia spiritalium cogitationum uisitare non rennuit, sed inspirat indignos, exsuscitat dormitantes et inluminat ignorantiae caecitate possessos clementerque nos arguit atque castigat infundens se cordibus nostris, ut uel sic de inertiae somno conpunctione ipsius instigati consurgere prouocemur. denique frequenter etiam odoribus ultra omnem suauitatem conpositionis humanae in his ipsis subito uisitationibus adimplemur, ita ut mens hac oblectatione resoluta in quendam spiritus rapiatur excessum seque conmorari obliuiscatur in carne.

VI. In tantum uero illum quem diximus abscessum et ut ita loquar desertionem dei beatus Dauid utilem esse cognouit, ut nequaquam orare maluerit, ne a deo in nullo penitus relinqueretur (hoc enim sciebat incongruum esse uel sibi uel humanae naturae ad quamlibet peruenienti perfectionem), sed temperari eam potius deprecatus sit dicens: non me derelinquas usque quaque, ac si diceret aliis uerbis: scio quod derelin-
2 quere soleas utiliter tuos sanctos, ut eos probes. aliter enim ab aduersario temptari non possunt, nisi a te paulisper fuerint derelicti. et ideo non rogo ut numquam me derelinquas, quia non expedit mihi, ut non uel meam infirmitatem sentiens dicam: bonum mihi quod humiliasti me, uel exercitium

5 Rom. 9, 16 23 Ps. 118, 8 29 Ps. 118, 71

1 dei *om.* *O* 3 laborantes *D*¹*P*¹ 7 numquam *D*¹ 8 quam *P* habundantia *DP* 9 set *D*¹*O* 10 dormientes *OP* 11 adque *DP* 12 inherciae *W* 13 etiam] eam *W* 14 conpossitionis *D*¹*P* 15 subito *om.* *O* 16 oblatione *O* 20 mallluerit *D*¹*W* 23 sit] est *in ras. m. 2* *D* 24 diceret *D*¹ 26 temptare *D*¹ 28 mea *D*¹ 29 est quod *O* quia *Xv*

non habeam proeliandi. quod sine dubio habere non potero,
si mihi semper et indisrupte cohaeserit diuina protectio.
suffultum namque me tua defensione temptare diabolus non
audebit, illud obiciens et exprobrans uel mihi uel tibi, quod
aduersus athletas tuos solet calumniosa uoce proferre: num-
quid gratis Iob colit deum? nonne tu uallasti eum,
ac domum eius, uniuersamque substantiam eius
per circuitum? sed magis peto ne me usque quaque
deseras, quod Graece dicitur ἕως σφόδρα, id est usque ad
nimietatem. quantum enim mihi utile est si me paululum 3
subrelinquas, ut desiderii mei constantia conprobetur, tantum
noxium est si pro meritis ac delictis meis nimium me deseri
patiaris, quia nulla uirtus humana, si diutius in temptatione
tuo deseratur auxilio, sua poterit constantia perdurare et non
protinus aduersarii uel potentia uel factione subcumbere, nisi
tu ipse, qui es humanarum uirium conscius ac luctaminum
moderator, non permiseris temptari nos super id quod
possumus, sed feceris cum temptatione et exitum,
ut sustinere possimus. tale quid et in Iudicum libro 4
super exterminatione gentium spiritalium quae aduersantur
Israheli mystice legimus designatum: hae sunt gentes,
quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Isra-
helem, et haberent consuetudinem cum hostibus
proeliandi, et iterum post pauca: dimisitque eos domi-
nus, ut in ipsis experiretur Israhelem, utrum
audiret mandata domini quae praeceperat patribus
eorum per manum Moysi, an non. quam utique pugnam 5
non inuidens deus quieti Israhelis nec male eidem consulens,

5 Iob 1, 9—10 (LXX) 17 I Cor. 10, 13 21 Iud. 3, 1—2 24 l. c. 4

1 p̄liandi *D* 3 diabulus *D*[1]*P* 6 colet *D*[1] 9 grece *DWPX* greci *O* εωccΦoΔpΔ *X* ωccΦoapa *DW* εωccΦupΔ *O*: *om.* *P* 10 nimietate *D*[1]*O* 15 protenus *D*[1] 18 et] etiam *Xv*: *om.* *O* 21 mistice *WO* hec *O* 22 dereliquid *WP* relinquid *O* 23 ut haberent *D*[2] 24 p̄liandi *D* 26 audirent *P*[1]*v* 27 manu *WO* mosi *W* 28 quietis *OP*

sed sciens esse utilem reseruauit, ut dum gentium semper istarum inpugnatione deprimitur, numquam se sentiret auxilio domini non egere, et ob id semper in eius meditatione et inuocatione persistens nec inerti otio solueretur nec bellandi usum et exercitia uirtutis amitteret. frequenter enim, quos non potuerunt aduersa superare, securitas et prosperitas deiecerunt.

VII. Hanc pugnam utiliter nostris quoque insertam membris etiam in apostolo ita legimus: caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus uero aduersus carnem: haec autem inuicem aduersantur sibi, ut non quaecumque uultis illa faciatis. habes et hic pugnam inuisceratam quodammodo corpori nostro dispensatione domini procurante. quidquid enim generaliter et sine aliqua exceptione omnibus inest, quid aliud iudicari potest nisi ipsi humanae substantiae post ruinam primi hominis uelut naturaliter adtributum: et quod uniuersis congenitum concretumque deprehenditur, quomodo non credendum sit arbitrio domini non 2 nocentis, sed consulentis insertum? causam uero huius belli, id est carnis et spiritus, hanc esse pronuntiat: ut non, inquit, quaecumque uultis illa faciatis. ergo id quod procurauit deus ut a nobis non possit impleri, id est ut non quaecumque uolumus illa faciamus, si inpleatur quid aliud credi potest esse quam noxium? et est quodammodo utilis haec pugna nobis dispensatione creatoris inserta et ad meliorem nos statum prouocans atque conpellens, qua sublata procul dubio pax e contrario perniciosa succederet.

9 Gal. 5, 17

1 utilem *W*: utilissimam *in ras. breuioris uocis m. 2 D et OPXv* semper] saepius *W* 2 starum *O* deprimitur *DOX*: depmitur *P* deprimeretur *v* uexaretur *W* se *om. O* se sentiret] obliuisceretur *W* 3 non] se *W* 4 inerti otio *DOXr*: inercia *W(c)* inertia.. *P* 5 et] uel *O* 8 insertum *D*[1] 10 uero] autem *Pv* 14 quicquit *W* quicquid *X* 15 indicare *D*[1]*W*[1] pote | est *O* 19 consulentes *W*[1] 20 inquid *DWP* 21 procurabit *D* 22 posset *Xv* 23 illa *om. D*[1]*OX* aliud] aliquid *D*[1] 24 quam *om. D*[1] utilius *D* 26 adque *OP* 27 succederet *D*[1]*WO*: succedit *D*[2]*P* succedet *Xv*

VIII. GERMANVS: Licet nobis quaedam intellectus linea iam praelucere uideatur, tamen quia necdum possumus apostoli sententiam ad liquidum peruidere, uolumus haec nobis apertius explanari. tres enim res hic indicari uidentur, prima carnis aduersus spiritum pugna, secunda spiritus aduersus carnem concupiscentia, tertia uoluntas nostra, quae uelut media conlocatur, de qua dicitur: ut non quaecumque uultis illa faciatis. super qua re licet ut dixi suspiciones quasdam ex his quae exposita sunt intellegentiae colligamus, uolumus tamen, quia se huius obtulit conlationis occasio, aliquid nobis lucidius disputari.

VIIII. DANIHEL: Discernere diuisiones et lineas quaestionum portio intellectus est, et maxima pars intellegentiae scire quid nescias, propter quod dicitur: insipienti interroganti sapientia reputabitur, quia licet is qui interrogat uim propositae quaestionis ignoret, tamen quia prudenter inquirit et intellegit quid non intellegat, hoc ipsum illi reputatur ad sapientiam, eo quod quid nesciret prudenter agnouerit. secun- 2
dum diuisionem itaque uestram tres hoc loco res ab apostolo nominari uidentur, concupiscentia carnis aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, quarum aduersus se inuicem pugna hanc uidetur habere causam atque rationem, ut ea quae uolumus, inquit, facere nequeamus. quarta igitur superest causa quam minime uos uidistis, ut illud scilicet quod nolumus faciamus. nunc ergo opus est nobis, ut prius duarum concupiscentiarum uim, id est carnis et spiritus, agnoscamus, et ita demum quae uoluntas sit nostra, quae inter utraque posita

14 Prov. 17, 28 (LXX)

1 quoedam *D*[1] 5 carnis concupiscentiam *PX* 9 intellegentia *D* 10 huius obtulit *WD*[2]*OP*: obtulit huius *D*[1]*r* 12 daniel *O* 13 quod *OPX* 15 his *D*[1]*WO* 16 ignorat *W*[1] ignoraret *O* 17 et *om.* *O* ipsud *P* 18 nesciuit *D* agnouit *WX* 20 nominare *D*[1]*O* 21 aduersum se *WP* pugnam *D*[1] 22 uidentur *D*[1] 23 inquid *DWOP*: *om.* *X* 24 illut *W*(*O*) 25 aun *D*[1] 26 *malim* ut ita 27 inter] in *D* utramque *Pv*: *cf. cap.* *11, 2. 12, 3 et 5. 19, 2*

est, discutere ualeamus, deinde quid possit uoluntatis nostrae non esse similiter discernamus.

X. Vocabulum carnis in scripturis sanctis multifarie legimus
nominari. nam nonnumquam significat hominem integrum,
id est qui ex corpore constat et anima, ut ibi: et uerbum
caro factum est, et: uidebit omnis caro salutare
dei nostri, nonnumquam homines peccatores atque carnales,
ut ibi: non permanebit spiritus meus in hominibus
2 istis, eo quod sint caro. interdum pro ipsis peccatis
ponitur, ut ibi: uos autem non estis in carne sed in
spiritu, et iterum: caro et sanguis regnum dei non
possidebunt. denique sequitur: neque corruptio incor-
ruptelam possidebit. nonnumquam pro agnatione et
propinquitate, ut ibi: ecce nos os tuum et caro tua
sumus, et apostolus: si quo modo in aemulationem
inducam carnem meam et saluos faciam aliquos
3 ex illis. quaerendum ergo nobis est, secundum quam significati-
onem ex his quattuor carnem hic debeamus accipere. mani-
festum namque est secundum illud quod positum est: et
uerbum caro factum est uel illud: et uidebit omnis
caro salutare dei penitus stare non posse. sed neque
secundum illud quod dicitur: non permanebit spiritus
meus in hominibus istis, eo quod sint caro, quia
non, sicut ibi abrupte de homine peccatore, ita et hic ponitur
caro, cum dicit: caro concupiscit aduersus spiritum
et spiritus aduersus carnem. neque enim de rebus
substantialibus loquitur, sed de actualibus, quae in uno eo-

5 Ioh. 1, 14 6 Luc. 3, 6 8 Gen. 6, 3 (LXX) 10 Rom. 8, 9 11 I Cor. 15, 50 12 l. c. 14 II Reg. 5, 1 (LXX) 15 Rom. 11, 14 25 Gal. 5, 17

8 ominibus *W*[1] 12 incorruptellam *P*[1] 13 agnitione *D*[1]*W*[1] *OPX* 15 apostulis *D* 18 ·IIII· *D* quatuor *OX* 19 illut *D bis* (*O*) propositum *O* 22 non] num *D*[1] 23 omnibus *DW*[1] 24 pecatore *D* 25 caro cum dici ... *in margine m. 2 D* dicit *WOX*: dicitur *Pv* 26 enim *om. W* 27 substanciliabus *W*

demque homine uel pariter uel singillatim cum quadam temporis uicissitudine et mutatione luctantur.

XI. Quamobrem in hoc loco carnem non hominem, id est hominis substantiam, sed uoluntatem carnis et desideria pessima debemus accipere, sicut ne spiritum quidem aliquam rem substantialem, sed animae desideria bona et spiritalia designari. quem sensum idem beatus apostolus superius euidenter expressit ita incipiens: dico autem, spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus uero aduersus carnem: haec autem inuicem aduersantur sibi, ut
non quaecumque uultis illa faciatis. quae cum utra- 2
que, id est desideria carnis et spiritus in uno eodemque sint homine, intestinum cotidie intra nos geritur bellum, dum concupiscentia carnis, quae praecipitanter fertur ad uitia, his quae ad praesentem requiem pertinent deliciis gaudet. quibus e contra concupiscentia spiritus aduersata ita desiderat tota spiritalibus studiis inhaerere, ut etiam necessarios carnis usus optet excludere, sic illis iugiter cupiens occupari, ut nullam optaret fragilitati eius curam penitus inpertire. caro luxuriis ac libidine delectatur, spiritus ne ipsis quidem naturalibus
desideriis adquiescit. illa cupit satiari somno, repleri cibo, 3
hic ita uigiliis et ieiuniis saginatur, ut ne ad ipsum quidem necessarium uitae usum somnum cibumque uelit admittere. illa uniuersis exuberare copiis concupiscit, hic ne ipsius quidem exigui panis cotidianam substantiam habere contentus est. lauacris illa nitescere et cotidianis adulantium cuneis adpetit constipari, hic squalore sordium et inaccessibilis heremi uastitate congaudet cunctorumque mortalium praesentiam perhor-

8 l. c. 16—17

5 nec X 6 designare D^2 10 uero] autem P 14 in testimonium O cottidie DX 16 diliciis D^1P 19 ut] et O 20 inpertiri D^2O^2 23 geiuniis D^1 24 somnum cibumque (cyb. D) DOX: s. cibosque P somnumque W uellit D^1P^1 admitere D 25 exsuberare D^1 nec PX 26 cottid. X 27 cottid. DX coneis D^1W^1 29 perorrescit W

rescit. honoribus illa et laudibus hominum confouetur, hic inrogatis sibi iniuriis ac persecutionibus gloriatur.

XII. Inter has igitur utrasque concupiscentias animae uoluntas in meditullio quodam uituperabiliore consistens nec uitiorum flagitiis oblectatur nec uirtutum doloribus adquiescit, sic quaerens a passionibus temperare carnalibus, ut nequaquam uelit dolores necessarios sustinere, sine quibus desideria spiritus nequeunt possideri, absque castigatione carnis castimoniam corporis desiderans obtinere, sine uigiliarum labore cordis adquirere puritatem, cum requie carnis spiritalibus exuberare uirtutibus, absque ullius exasperatione conuicii patientiae gratiam possidere, humilitatem Christi sine honoris mundani exercere iactura, religionis simplicitatem cum saeculari ambitione sectari, Christo cum hominum laude ac fauore seruire, districtionem ueritatis sine cuiuspiam uel tenui offensione proferre: postremo sic mauult futura consequi bona, ut prae-
2 sentia non amittat. quae uoluntas numquam nos ad perfectionem ueram faceret peruenire, sed in tepore quodam deterrimo conlocaret talesque faceret, quales illi sunt qui in Apocalypsi increpatione domini castigantur: *scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. utinam frigidus esses aut calidus. nunc autem tepidus es, et incipiam te euomere ex ore meo*, nisi hunc tepidissimum statum altrinsecus haec insurgentia bella disrumperent. nam cum famulantes huic uoluntati nostrae ad hanc remissionem uoluerimus nosmet ipsos paululum relaxare, confestim aculei carnis insurgunt suisque nos uitiis et passionibus sauciantes

20 Apoc. 3, 15—16

3 *nulla distinctio in WX* tias animae] *incipit V* 4 in *om. O* meditulleo *V* 5 oblectatus *D* 6 temperari D^2P^2X 7 uellit D^1P necessarius V^1 8 possidere D^1 11 conuitii *WX* 15 destrict. *O* 16 malauult *D* 18 taepore *V* (*passim*) tempore W^1OP teterrimo DO^2X 21 utinam ... calidus *in marg. m. 2 W* 22 autem quia $W^2P^2X^2$ et *om.* D^1WPX 23 euouere D^1 ex] de *PX* taepidissimum *V* (*passim*) 24 altrinsicus *V* 26 ipsus *V* pa$^{\text{in}}$ulum *D*

nequaquam in illa qua delectamur puritatis qualitate stare
permittunt, atque ad illam quam horremus frigidam uoluptatum
plenamque sentibus pertrahunt uiam. rursum si spiritus 3
feruore succensi opera carnis uolentes extinguere sine ullo
respectu fragilitatis humanae totos nosmet ipsos temptauerimus
ad inmoderata uirtutum studia cordis elatione conferre, inter-
pellans inbecillitas carnis ab illa reprehensibili nimietate
spiritus reuocat ac retardat. et ita fit ut utraque concupiscentia
tali conluctatione alterne sibimet repugnante animae uoluntas,
quae nec totam se carnalibus desideriis dedere nec uirtutum
uult laboribus desudare, quodammodo iusto moderamine
temperetur, dum haec inter utraque contentio, illam pernici-
osiorem excludens animae uoluntatem, ut quandam aequitatis
libram in statera nostri corporis conlocat, quae spiritus carnis-
que confinia iusto discernit examine, nec a dextris mentem
spiritus ardore succensam nec a laeua carnem uitiorum aculeis
praeponderare permittens. dumque haec pugna cotidianis 4
diebus utiliter exagitatur in nobis, ad illud quartum quod
nolumus salubriter uenire conpellimur, ut puritatem cordis
non otio nec securitate, sed iugi sudore et contritione spiritus
adquiramus castitatemque carnis districtis ieiuniis, fame, siti
ac uigilantia retentemus, directionem etiam cordis lectione,
uigiliis, oratione continua et solitudinis squalore capiamus,
patientiam tribulationum exercitiis retentemus, cum blasphemiis
et obprobriorum saturitate nostro seruiamus auctori, ueritatem
cum inuidia mundi huius et inimicitiis, si necesse fuerit, ex-
sequamur, et tali conluctatione in nostro corpore militante
protractis nobis ab hac ignaua securitate atque ad istum

2 adque VD^1P uoluptatem X 3 rursus D^1PX 4 siue D^1 5 totus V ipsus V 7 inbicillitas W^1P 8 ut *om.* O 9 alterne WO: alternae VDP alterna Xv 11 quodammodum W 12 dum ad haec D 13 equalitatis O 14 libra D^1 in *om.* D^1X 16 ad leua D carne D^1 17 cottid. X 21 adqueramus D^1 destrictis D^1WO ieiunis D^1 24 blasf. OX 25 obpropriorum VW aucturi V auctore D^1 26 exequamur O 28 ignauia W adque VD^1P stum O^1

quem nolumus laborem ac uirtutum studia prouocatis aequitas
5 optime media retentetur, et tepidum nostrae uoluntatis arbitrium hinc spiritus feruor, illinc carnis gelidissimus rigor moderatissimo calore contemperent, ac neque ad effrenata uitia mentem pertrahi concupiscentia spiritus sinat nec rursus ad uirtutum inrationabiles adpetitus fragilitas carnis spiritum patiatur extolli, ne uel inde omnigenum pullulent fomites uitiorum uel hinc elatio morbi principalis emergens telo nos superbiae grauiore confodiat, sed horum pugnae aequilibratio iusta succedens sanam et moderatam inter utraque uirtutum reseret uiam, itinere regio docens militem Christi semper incedere.
6 atque ita fiet, ut cum pro tepore huius quam diximus ignauissimae uoluntatis propensius mens ad desideria carnis fuerit deuoluta, spiritus concupiscentia refrenetur, nequaquam eo uitiis adquiescente terrenis, rursumque si inmoderato feruore per excessum cordis ad inpossibilia fuerit spiritus noster et inconsiderata praereptus, infirmitate carnis ad iustum retrahatur examen et transcendens uoluntatis nostrae tepidissimum statum commodissima temperie planoque tramite cum sudoris industria
7 uiam perfectionis incedat. simile quid etiam in illius turris extructione legimus a domino dispensatum in libro Geneseos, ubi linguarum oborta repente confusio sacrilegos ausus hominum nefandosque conpescuit. permansisset enim etiam ibi aduersus deum, immo aduersus eos qui diuinam eius adtemptare coeperant maiestatem consensus noxius, nisi eos dispensatione dei repugnans inter se diuersitas linguae per dissonantiam uocis in meliorem statum proficere conpulisset, et quos ad excidium sui animauerat perniciosa consensio, ad salutem

21 cf. Gen. 11

1 aequitatis *D*[1] 2 obtime *DOP* 3 illic *D*[1] rigore *W* moderatissemo *D*[1] 4 conteperent *D*[1] contemperet *D*[2]*PX* 5 rursum *PX* 9 pugnae *delet. in D* aequiliberatio *D*[1]*O*[1] 10 succendens *O* utraque *DWOPX*: utramque *V cf. ad cap. 9, 2* reseruet *PX* 11 itenere *D*[1] 12 adque *V* fit *PX* tempore *W*[1]*P*[1] 16 inposibilia *D* et *om. O* 17 praeruptus *VO* infirmitatem *V*[1] 18 transscendens *O* 23 nefandusque *V*[1] 25 magestatem *O*

renocasset bona utilisque discordia, incipientes scilicet humanam fragilitatem intercedente diuisione · sentire, quam per noxiam conspirationem elati antea nesciebant.

XIII. In tantum uero utilis nobis ex huius pugnae diuersitate cunctatio nascitur et salutaris ex hac concertatione dilatio, ut resistente soliditate corporea, dum ab eorum effectu quae nequiter mente concepimus retardamur, nonnumquam in meliorem statum seu paenitudine subsequente seu emendatione quadam, quae solet procrastinatione operis et recogitatione interueniente descendere, corrigamur. denique hos quos intel- 2
legimus ad uoluntatum suarum desideria perficienda nullo carnis obstaculo retardari, daemones scilicet ac spiritales nequitias, et quidem cum sint de eminentiore angelorum ordine deuoluti, detestabiliores esse hominibus contemplamur, eo quod possibilitate eorum desideriis adiacente id quod nequiter semel conceperint inreuocabili malo perficere non morentur, quia sicut est animus eorum uelox ad excogitandum, sic ad perficiendum pernix et absoluta substantia, dumque subpeditat eis prona facilitas ea quae uoluerint peragendi, conceptum malum nulla intercedens deliberatio salutaris emendat.

XIIII. Spiritalis namque substantia nec ulla carnis soliditate deuincta ut excusationem exortae in sese prauae non recipit uoluntatis, ita ueniam malignitatis excludit, quia nulla quemadmodum nos ad peccandum inpugnatione carnis extrinsecus lacessita est, sed uitio solius malae uoluntatis accensa. et ob hoc sine uenia peccatum et languor sine remedio est. sicut enim nulla terrena sollicitante materia conruit, ita ne indulgentiam quidem aut locum potest paenitudinis obtinere. qui-

2 intercidente V 3 melati D 7 nequitur D^1 concepimus V^1: concipimus *rell.* *v* 8 penitudine VOX 9 procrastinationes W^1 10 discendere WP 11 uolatatum D^1 12 daemonis W^1 spiritalis W^1 13 equidem O 14 quod] quodsi D 16 conceperent V 19 facultas D^2 22 diuincta V^1 deuicta OX se PX recepit V 23 uenia D^1 24 extrinsicus V 25 lacessita W 26 langor O 27 materiae D 28 quidam W^1 poterit O optinere W *post* obtinere *distinguunt* D^2P

bus ex rebus euidenter colligitur, quod non solum noxia non sit haec quae contra se inuicem suscitatur in nobis carnis spiritusque contentio, uerum etiam multam nobis conferat utilitatem.

XV. Primo quod desidias ac neglegentias nostras statim arguit et ut quidam diligentissimus paedagogus a districtionis et disciplinae linea numquam nos deuiare concedens, si paululum quid securitas nostra mensuram congruae serietatis excesserit, flagellis incentiuorum stimulat confestim et increpat atque ad conpetentem reuocat parcitatem. secundo quod pro castimoniae ac puritatis integritate, cum dei gratia concedente ita nos longo tempore genitali pollutione uiderimus inmunes, ut ne ipsa quidem simplici conmotione carnis ulterius nos inquietandos esse credamus et per hoc, uelut qui non gestemus corruptelam carnis, in secretis conscientiae nostrae fuerimus elati, suo nos rursum quamuis quieto ac simplici uisitans fluxu humiliat ac retundit nosque homines esse stimulis suis
2 admonet. quodammodo enim, cum in ceteris generibus uitiorum et quidem grauioribus magisque noxiis indifferentius soleamus incurrere nec tam facile in eorum conpungamur admissu, in hoc peculiarius humiliatur conscientia nostra perque hanc inlusionem neglectarum quoque passionum recordatione mordetur, euidenter intellegens inmundam se factam naturalibus incentiuis, quae cum esset inmundior spiritalibus uitiis ignorabat, et recurrens protinus ad emendationem anterioris ignauiae commonetur pariter nec super successibus praeteritae puritatis debere confidere, quam se perspicit pusillum quid declinantem a domino perdidisse, nec posse huius purificationis donum nisi

1 collegitur D^1 5 *non distinguunt PX* XV *in D del. m. 2* desideas D^1 6 pedagogus *codd.* 8 congruae *om.* *O* ser (saer- *V*) ietatis *VDW*: serietatis districtionis *X* districtionis *P* seueritatis *Ov* 9 flagelis D^1 10 adque *VOP* ad *om.* *V* secundū D^1 12 a genitale (e *in* i *mutat.*) *D* pullutione *V* 13 commutione *W* 14 credimus D^1 15 corruptellam *VP* 19 equidem *O* solebamus *D* 20 admisso D^2X admissum O^1 21 per hancque *O* 22 neclectarum *D* 25 protines D^1 emundationem *V* 26 ne *WX* 27 perspecit *V* pussillum D^1 28 perfectionis *O*

per solius dei gratiam possideri, docentibus nos quodammodo ipsius rei experimentis, ut si integritatem cordis perpetuo consequi delectamur, humilitatis studeamus uirtutem iugiter obtinere.

XVI. Huius igitur puritatis elationem perniciosiorem futuram cunctis sceleribus atque flagitiis et ob hanc nihil nos emolumenti consecuturos pro qualibet castitatis integritate testes sunt illae uirtutes quarum superius fecimus mentionem, quae cum nullas huiusmodi titillationes carnis habuisse credantur, ob solam cordis elationem perpetua ruina de illa sublimi caelestique statione deiectae sunt. essemus itaque penitus absque remedio tepidi, utpote non habentes indicem neglegentiae nostrae uel in corpore nostro uel in conscientiis propriis insidentem, nec studeremus ad perfectionis umquam peruenire feruorem, sed ne frugalitatis quidem districtionem uel continentiae teneremus, nisi nos haec titillatio carnis increscens humiliaret atque retunderet et aduersus spiritalium quoque uitiorum purgationem sollicitos redderet et intentos.

XVII. Denique in his qui spadones sunt corpore idcirco hunc animi teporem plerumque inesse deprehendimus, quia uelut absoluti ab hac necessitate carnali nec labore continentiae corporalis nec contritione cordis se existimant indigere, et hac securitate resoluti numquam perfectionem cordis, sed ne spiritalium quidem uitiorum purgationem uel quaerere in ueritate uel possidere festinant. qui status a carnali qualitate discedens efficitur animalis, qui est procul dubio deterior gradus. ipse est enim qui de frigido ad tepidum transiens detestabilior domini uoce signatur.

1 possidere *DOX* 5 pernitiosiori D^{1} 6 adque *VOP* emulumenti VP^{1} 7 consecuturus *V* consecutoros D^{1} testantur *PXv* 8 uirtute *W* 9 habuesse *V* 10 illa *om. PXc* 11 deiecti D^{1} 12 utpute $V^{1}PX$ indicem *D* 13 uel] aut *P Xv* 15 nec *X* fragilitatis $D^{1}O$ continentiam $D^{1}PX$ 16 adque *VOP* 18 sollicitus *V* intentus *V* 20 qui *O* 22 se} esse *O* existimant *V*: exhistimant *D* extimant *O* aestimant *WPXv* haec W^{1} 23 nec *X* 26 discedens $VD^{1}W$: descendens $D^{2}OXv$ discendens *P* qui] que *O*

XVIII. GERMANVS: De utilitate conluctationis quae inter carnem ac spiritum suscitatur, quantum uidetur nobis, euidenter expressum est, ita ut eam ipsis quodammodo manibus nostris palpabilem factam esse credamus. et idcirco hanc quoque rationem nobis similiter cupimus aperiri, quid intersit inter carnalem et animalem uirum uel quemadmodum animalis carnali possit esse deterior.

XVIIII. DANIHEL: Secundum definitionem scripturae tres sunt animarum status, primus carnalis, secundus animalis, tertius spiritalis. quos in apostolo ita legimus designari. nam de carnalibus dicitur: lac uobis potum dedi, non escam: necdum enim poteratis. sed nec adhuc quidem potestis: adhuc enim estis carnales, et iterum: ubi enim est inter uos zelus et contentio, nonne carnales estis? de animali quoque taliter commemoratur: animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei: stultitia est enim illi. de spiritali uero: spiritalis autem examinat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur, et iterum: uos qui spiritales estis instruite eos qui eiusmodi sunt in spiritu
2 lenitatis. itaque festinandum nobis est, ut cum renuntiantes desierimus esse carnales, id est a saecularium coeperimus conuersatione seiungi et ab illa manifesta carnis pollutione cessare, spiritalem statum protinus adprehendere tota uirtute nitamur, ne forte blandientes nobis, quod uidemur secundum exteriorem hominem huic renuntiasse mundo uel carnalium fornicationum deseruisse contagia, tamquam qui summam perfectionis per hoc adprehenderimus, remissiores deinceps erga emundationem ceterarum passionum lentioresque reddamur et

11 I Cor. 3, 2 13 l. c. 3 16 I Cor. 2, 14 18 l. c. 15 19 Gal. 6, 1

2 quantus D^1 3 ipsi *O* 5 aperire D^1 8 daniel *OX* 11 carnalibus *V*: carnali ita *D* carnali *WOPXv* dedit *O* 12 nec *DWOPX*: ne *V* 13 et iterum *in marg. m. 2 W* 15 animale *O* aliter *PX* 16 percepit *V* 17 enim est *OX* 19 deiudicatur D^1P^1 iudicatur *OX* spiritalis *V* 20 instruete D^1P^1 in *om. O* 22 secularium *D* 29 emendationem WP^1

inter utraque detenti gradum spiritalis profectus adsequi nequeamus, existimantes ad perfectionem nobis abunde sufficere, quod exteriore homine uideamur de conuersatione mundi huius ac uoluptatibus segregati, uel quod inmunes simus a corruptela et conmixtione carnali, et ita inuenti in illo tepido statu, qui deterrimus iudicatur, euomendos nos ex ore domini secundum eius sententiam nouerimus ita dicentis: *utinam calidus esses aut frigidus. nunc autem tepidus es, et incipiam te euomere ex ore meo.* nec inmerito eos 3
dominus, quos iam in uisceribus receperat caritatis, noxie tepefactos cum quadam conuulsione pectoris sui euomendos esse pronuntiat, qui cum salutarem quodammodo ei potuissent praebere substantiam, auelli ab eius uisceribus maluerunt, tanto deteriores effecti illis qui numquam ori dominico inlati sunt cibis, quanto id quod nausea conpellente proicimus odibilius detestamur. quidquid enim frigidum est, etiam ore nostro susceptum uertitur in calorem et salutifera suauitate percipitur. quod autem semel uitio perniciosi teporis abiectum est, non dicam labiis admouere, sed etiam eminus intueri sine ingenti horrore non possumus. rectissime ergo pronuntiatur 4
esse deterior, quia facilius ad salutarem conuersionem ac perfectionis fastigium carnalis quis, id est saecularis uel gentilis accedit, quam is qui professus monachum nec tamen uiam perfectionis adripiens secundum regulam disciplinae ab illo semel spiritalis feruoris igne discessit. ille namque corporalibus saltim uitiis humiliatus atque inmundum se sentiens

7 Apoc. 3, 15—16

1 gradu *O* 4 corruptella *VP* correptella *D*¹ 6 teterrimus *D*¹*WO* euomendus *V* 8 essis *D*¹ aut] hac *O*¹ fridus *D*¹ 10 noxiaet *D* noxios et *PX* 11 tepefactus *V*¹*D*¹ euomendus *V* 13 euelli *OPX* mallueruut *DWP* 15 nausia *D*¹*WOPX* odibilibus *D*¹ 16 quidquid *DOP*: quicquid *VWX* 18 percepitur *V*¹ 20 *post* possumus *in O cap. XX incipit* ergo *om. D*¹ 21 qui *O* 22 secularis *DPX* 23 accedet *D*¹*P*¹ is *om. O* 24 perfeccionis *D* 25 spiritali feruore segnis *PX* 26 saltem *O* adque *VOP*

contagione carnali ad fontem uerae purificationis ac perfectionis
culmen quandoque conpunctus adcurret et horrescens illum in
quo est infidelitatis gelidissimum statum spiritus ardore suc-
5 census ad perfectionem facilius conuolabit. nam qui semel ut
diximus tepido exorsus initio monachi coepit abuti uocabulo,
nec tamen humilitate ac feruore quo debuit iter huius pro-
fessionis adripuit, infectus semel hac miserabili lue et in ea
quodammodo resolutus nec ex sese ulterius perfecta sapere nec
alterius poterit monitis erudiri. dicit enim in corde suo se-
cundum illam domini sententiam: quia diues sum et
6 locuples et nullius egeo. cui illud quoque quod subse-
quitur consequenter aptabitur: tu autem es miser et
miserabilis et pauper et caecus et nudus: in eo factus
etiam saeculari deterior, quod nec miserum se nec caecum ac
nudum aut emendatione dignum uel egere monitis alicuius
aut institutione cognoscit et ob hoc ne exhortationem quidem
ullam uerbi salutaris admittit, non intellegens ipso monachi
se nomine praegrauari ac deprimi opinione cunctorum, qua
dum creditur ab omnibus sanctus et uelut dei famulus colitur,
necesse est ut in futuro uehementiori iudicio poenaeque sub-
7 datur. postremo quid diutius inmoramur in his quae nobis
experimento satis conperta sunt ac probata? frequenter uidimus
de frigidis atque carnalibus, id est de saecularibus ac paganis
ad spiritalem peruenisse feruorem, de tepidis atque animalibus
omnino non uidimus. quos etiam per prophetam ita legimus

10 Apoc. 3, 17 12 l. c.

2 adcurret D^1W^1O: adcurrit VD^2W^2PX 3 qua D^1 suscensus O 4 conuolauit D^1 5 uocabolo D^1 6 quod D^1W^1O ꝗ inter D^1 7 aripuit *W* hac] ac *W* a *O* laue *O* 8 se *PX* 9 monitis poterit D^1 erudire D^1 10 sententenciam *W* 11 lucuples *D* et locuples *om.* *W* ego W^1 illut *WO* 12 conpetenter D^1 competenter *W* 13 nudis *W* factus es (es *in* est *mutat.*) etiam *D* 14 ac] aut *D* 16 cognuscit *V* cognoscet D^1 nec *PX* exhortatione *V* exortationem $DWOX^1$ 17 ipse *PX* 18 depremi *V* depmi D^1 quia D^2O 20 uehementiore VD^1 ponę D^1 pęnaque *WX* 23 adque *VOP* 24 adque *VOP* 25 profetam *DO*

dominum detestari, ut spiritalibus uiris atque doctoribus praecipiatur, ut ab eis monendis docendisque discedant et nequaquam uelut in sterili atque infructuosa terra noxiisque sentibus occupata semen uerbi salutaris expendant, sed ut contemnentes eam nouam potius excolant terram, id est erga paganos ac saeculares omnem doctrinae culturam ac uerbi transferant salutaris instantiam, quod ita legitur: haec dicit dominus uiro Iuda, et habitatori Hierusalem: nouate uobis nouale, et nolite serere super spinas.

XX. Denique, quod pudet dicere, ita plerosque abrenuntiasse conspicimus, ut nihil amplius inmutasse de anterioribus uitiis ac moribus conprobentur nisi ordinem tantummodo atque habitum saecularem. nam et adquirere pecunias gestiunt quas nec ante possederunt, uel certe quas habuerant retinere non desinunt aut, quod est lugubrius, etiam amplificare desiderant sub hoc praetextu, quod uel famulos suos exinde semper uel fratres alere se debere iustum esse contendant, uel certe sub obtentu congregandi coetus reseruant, quem uelut abbates instituere se posse praesumunt. qui si in ueritate uiam per- 2
fectionis inquirerent, hoc potius tota uirtute perficere niterentur, ut scilicet exuti non solum pecuniis, uerum etiam affectionibus pristinis et distentionibus uniuersis semet ipsos singulares ac nudos ita sub seniorum imperio conlocarent, ut curam non modo aliorum nullam, sed ne sui quidem gererent. e contrario autem euenit, ut dum fratribus praeesse festinant numquam senioribus ipsi subiciantur et a superbia inchoantes, dum alios instituere cupiunt, nec discere ipsi nec agere ea quae sunt

7 Hierem. 4, 3

1 adque *VWP* 3 stereli *WOP*[1] adque *VP* 5 paganus *V* 8 habitaturi *V* habitatores *D*[1] habitatoribus (abit. *O*) *OXv* ihrl̃m *O* uobis *om.* *PX* 9 noualem *D*[1]*WX* 12 adque *VP* 13 secularem *WPX* 14 antea *DWOr* possiderunt *V* *WOX*[1] hab(ab-O)uerunt *OPX* 15 logubrius *V*[1] 16 famulus suus *V* 17 contendunt *OP*[1]*X* 20 tanta *W* 21 effect. *O* 22 ipsus *V* 23 nudus *V* ita ut sub *W* 26 ipsis *V* inquoantes *O* alius *V* 27 ips (*sic*) *V*

docenda mereantur: qui necesse est ut secundum saluatoris sententiam caeci duces caecorum effecti pariter in foueam
3 cadant. cuius superbiae licet unum sit genus, duplex tamen eius est species: una quae serietatem grauitatemque iugiter imitatur, alia quae effrenata libertate in cachinnos fatuos risusque dissoluitur. et illa quidem taciturnitate congaudet, haec uero dedignatur silentio coartari nec confunditur passim proloqui etiam res incongruas et ineptas, dum erubescit uel inferior ceteris uel indoctior iudicari. alia ob elationem clericatus ambit officium, altera despicit, utpote iudicans illud aut dignitati pristinae aut uitae ac natalium suorum meritis incongruum uel indignum. quarum quae deterior pronuntianda
4 sit, uniuscuiusque discutiat ac perpendat examen. unum sane atque idem inoboedientiae genus est uel propter operationis instantiam uel propter otii desiderium senioris uiolare mandatum, tamque dispendiosum est pro somno quam pro uigilantia monasterii statuta conuellere, tantundemque est abbatis transire praeceptum ut legas, quantum si contemnas ut dormias, nec alius superbiae fomes est pro ieiunio fratrem quam pro refectione neglegere, nisi quod perniciosiora et a remediis longinquiora sunt uitia quae sub specie uirtutum et imagine spiritalium rerum uidentur emergere, quam illa quae ex aperto pro carnali uoluptate gignuntur. haec enim uelut palam expositi ac manifesti languores et arguuntur comminus et sanantur, illa uero, dum sub praetextu uirtutum teguntur, incurata perdurant et deceptos quosque periculosius faciunt ac desperatius aegrotare.

2 cf. Mt. 15, 14

3 cadent *V* ienus *O* 4 serenitatem (enit *in ras.*) *D* seriem *O* 5 cachinnus *V* chachinnos *DX*^{2} cacinnos *W*^{1}*O*^{1} fatuus *V* 6 risosque *D*^{1} risoque *O* 7 quoartari *O* 8 erubiscit *VD*^{1} 10 dispicit *D*^{1}*P*^{1} utpute *VPX* 11 ac] aut *DX* 12 quae *om.* *V* 14 adque *VWP* idem *om.* *W* est ... instantiam *om.* *O* 15 senioris sui *O* 16 uigelantia *V* uigilantiā *W* 17 tantūdemque *DO* tantum denique *PXv* 19 ieiunium *O* 20 et a *om.* *W*^{1} 22 rerum] uirtutum *O* 23 uelud *VP* 24 manifeste *D*^{1} langoris *O* 25 sup̄textu *D*^{1} 26 deceptus *V* disperatius *DWO*

XXI. Nam illud ridiculum qualiter expromatur, quod non-
nullos post illum primae renuntiationis ardorem, quo uel res
familiares uel opes plurimas ac militiam saeculi relinquentes
semet ipsos ad monasteria 'contulerunt, tanto cernimus studio
in his, quae penitus abscidi non possunt et quae nequeunt in
hoc ordine non haberi, quamuis parua uiliaque sint, esse de-
uinctos, ut horum cura pristinarum omnium facultatum superet
passionem. quibus profecto non magne proderit maiores opes
ac substantias contempsisse, quia affectus earum, ob quos
illae contemnendae sunt, in res paruas atque exiguas trans-
tulerunt. nam uitium cupiditatis et auaritiae, quod erga species 2
pretiosas exercere non possunt, circa uiliores materias retinentes
non abscidisse, sed conmutasse se probant pristinam passionem.
nam nimia deuincti diligentia erga curam psiathii, sportellae,
sagelli, codicis aliarumque similium rerum quamuis uilissima-
rum eadem tamen qua antea libidine detinentur. quae etiam
tanta aemulatione custodiunt atque defendunt, ut pro ipsis
aduersus fratrem conmoueri eos et quod est turpius etiam
litigare non pudeat. in quibus adhuc aegritudine cupiditatis 3
pristinae laborantes haec eadem, quae usus corporis possidere
monachum uel necessitas cogit, secundum numerum mensuram-
que communem non sunt habere contenti, in hoc quoque sui
cordis auaritiam designantes, cum uel ea quibus uti necesse
est propensius student habere quam ceteri, uel excedentes
diligentiae modum peculiarius ea adtentiusque custodiunt et
ab aliorum contrectatione defendunt, quae uniuersis fratribus
debent esse conmunia. quasi uero differentia tantummodo 4

1 nonnullus V^1 2 quod O^1 3 militia D^1 reliquentes *D* 4 monasterium *O* 6 habere D^1P^1 diuinctus *V* 8 magnę *WP* 9 contemnisse qui *O* 10 adque *VWOP* 12 retenentes D^1P^1 13 pristinam passionem *om.* *V* 14 ^{sp}siathi·i *D* psiatii *O* psiati• *P* psiat^{i}hi *X* sportelli *V* sportillę *P* 15 sagelli *VD²WOX*: sagilli *P* saccelli D^1 *cf. Instit. V, 30, 1* codices D^1P^1 *post* codicis *addunt* *PXv*: mattae 17 adque *VW P* 18 aduersis D^1 commouere D^1 19 litigigare W^1 24 studeant *OP* 25 custudiunt *V* 26 illorum *O* 27 commonia D^1

metallorum et non ipsa passio cupiditatis habeatur in noxa, et pro rebus quidem magnis irasci non liceat, pro uilioribus uero hoc ipsum fecisse sine culpa sit, et non idcirco pretiosiores abiecerimus materias, ut facilius disceremus uiliora contemnere. quid enim differt utrum quis perturbationem cupiditatis erga opes amplas atque magnificas an erga uiliores exerceat species, nisi quod in eo reprehensibilior iudicandus est, quod qui maxima spreuerit minimis obligetur? ideoque perfectionem cordis abrenuntiatio ista non obtinet, quia cum censum habeat pauperis, non abiecit diuitis uoluntatem.

1 innoxia D^1OPX^1 3 ipsud *P* 4 discernemus D^1 6 adque *VP* 8 quod cum maximas *O* spuerit *D* in minimis *WX* 9 optinet *W* 10 uoluntatem. Explicit conlatio (coll *P*) abbatis danihelis (danielis *OX*) de concupiscentia (conconcupisc. *W*) carnis ac (et *OP*) spiritus *VDWOPX* Incipiunt capitula de abbt si (i *in* e *mutat.*) rapionis clationibus *D* Incipit conlatio abbatis sarapionis (serap. *X*) de octo principalibus uitiis (uitiis princilibus *O*) *OX* Incipit capitulatio eiusdem *O*

V.

CONLATIO ABBATIS SARAPIONIS.

DE OCTO VITIIS PRINCIPALIBVS.

CAPITVLA.

I. Aduentus noster ad abbatis Sarapionis cellam et inquisitio de generibus et inpugnatione uitiorum.

II. Narratio abbatis Sarapionis de octo principalibus uitiis.

III. De duobus uitiorum generibus et efficientia eorum quadripertita.

IIII. Recapitulatio de gastrimargiae et fornicationis passione et curatione earum.

V. Quomodo dominus noster solus absque peccato temptatus sit.

VI. De ratione temptationis qua a diabolo adpetitus est dominus.

VII. De consummatione cenodoxiae et superbiae sine ministerio corporali.

VIII. De filargyria, quod extra naturam sit, et quid intersit inter ipsam et naturalia uitia.

VIIII. De ira atque tristitia, quod inter accedentia uitia plerumque ⟨non⟩ inueniantur.

5 serapionis D^2X 7 serapionis D^2X uitis O 8 et *om.* O efficentia O 14 a *om.* O diabulo D^1X appetitus D^2O temptatus $X(v)$ 18 filargiria DOX 19 inter *om.* D^1 20 adque O accedentia D^1 (*deleuit* D^2): accidentia X iacentia O 21 non *addidi*: *cf. cap. 9 et Instit. VIIII, 5*: manifestissime conprobatur non semper nobis aliorum uitio commotionum stimulos excitari (*ceterum errore quodam seu auctoris seu librariorum capitum VIII et VIIII tituli et ipsa capita inter se non plane congruunt*) inueniuntur O

X. De sex uitiorum concordia et duorum ab eis dissidentium cognatione.
XI. De origine et qualitate uniuscuiusque uitii.
XII. In quo sit utilis cenodoxia.
XIII. De uaria obpugnatione omnium uitiorum.
XIIII. De instituendo aduersum uitia certamine secundum ipsorum infestationem.
XV. Nihil nos posse aduersus uitia sine auxilio dei nec debere nos in eorum extolli uictoria.
XVI. De significatione septem gentium quarum Israhel accepit terras, et quare alibi septem, alibi multae gentes esse dicantur.
XVII. Interrogatio de conparatione septem gentium et octo uitiorum.
XVIII. Responsio, quomodo secundum octo uitia octo gentium numerus impleatur.
XVIIII. Cur una quidem gens deseri, septem uero iubeantur extingui.
XX. De natura gastrimargiae ad similitudinem aquilae conparatae.
XXI. De perseuerantia gastrimargiae aduersus philosophos disputata.
XXII. Cur Abrahae praedixerit deus decem gentes expugnandas a populo Israhelis.
XXIII. Quomodo nobis utile sit uitiorum terras possidere.
XXIIII. Quod terrae, de quibus expulsi sunt populi Chananaeorum, semini Sem fuerint deputatae.

1 *titulum om.* D^1, *addidit* D^2 *in marg.*, *numero non adiecto* discedentium *O* 2 cogitatione *D* 5 omnium *om. O* 6 aduersus *O* secumdum D^1 8 aduersum *Xv* 10 quorum ſrhl̄ *O* isrl *X* 11 accipit *X* alibi septem *om. O* 12 dicuntur *O* 13 *numerum om. D* 17 quur *OX* gens quidem *Xr* iubentur *X* 20 conporate D^1 conparandae *X* 21 filosofos *O* philosofos *X* 23 quur *OX* abraae *O* habraae *X* 24 ſrhl̄ *O* isrl *X* 25 utile nobis *Xv* terra *O* 26 channaneorum D^1 cananeorum *O* 27 fuerunt *D*

I. In illo coetu antiquissimorum senum fuit uir nomine Sarapion, adprime gratia discretionis ornatus, cuius conlationem operae pretium reor litteris tradere. ambientibus enim nobis ut de inpugnatione uitiorum aliqua disputaret, quibus origines eorum et causae manifestius panderentur, ita exorsus est.

II. Octo sunt principalia uitia quae humanum infestant genus, id est primum gastrimargia, quod sonat uentris ingluuies, secundum fornicatio, tertium filargyria, id est auaritia siue amor pecuniae, quartum ira, quintum tristitia, sextum acedia, id est anxietas seu taedium cordis, septimum cenodoxia, id est iactantia seu uana gloria, octauum superbia.

III. Horum igitur uitiorum genera sunt duo. aut enim naturalia sunt ut gastrimargia, aut extra naturam ut filargyria. efficientia uero quadripertita est. quaedam enim sine actione carnali consummari non possunt, ut est gastrimargia et fornicatio, quaedam uero etiam sine ulla corporis actione conplentur, ut est superbia et cenodoxia. nonnulla commoti-

2 XVI *D* passionē *D* guilae *O* sit *eras. in D* 4 item *D*[1] ordo proeliorum *Xv* 5 catalago *DX* cataloco *O* uiciorum. Finiunt capitula *D* Incipit conlatio (coll *P*) abbatis (*om. P*) sarapionis (serap. *P*) de octo uitiis principalibus (princ. uitiis *P*) *VW P* Incipit conlatio abbt sarapionis *D* Incipit liber quintus de octo uitia principalis eiusdem *O* Incipit conlatio *X* 6 antiquisim. *D*[1] 7 serapion *WX* 8 literis *X* 10 panderetur *O*, *post quod uerbum statim cap. 2 incipit* 11 umanum *D*[1] 12 quod .. ingluuies *om. W* 13 fylargyria *V* fylargiria *W* filargiria *DOPX* seu *O* 14 amur *V* accedia *W*[1] 15 ansietas *O* 17 generis *O* 18 castrimargia *W*[1]*P* filargiria *DOPX* 20 consumari *W* 21 etiam *om. O*

onis suae causas extrinsecus capiunt, ut est filargyria et ira, alia uero intestinis motibus excitantur, ut est acedia atque tristitia.

IIII. Et ut haec eadem non solum disputatione quantum possumus breui, sed etiam scripturarum testimoniis manifestiora reddamus, gastrimargia et fornicatio, cum naturaliter nobis insint (nam nonnumquam etiam sine ullo animi incitamento solius instigatione ac pruritu carnis oriuntur), materia tamen ut consummentur egent extrinsecus et ita in effectum corporali actione perueniunt. unusquisque enim temptatur a propria concupiscentia. deinde concupiscentia cum fuerit concepta parit peccatum, peccatum uero cum fuerit consummatum generat mortem.
2 nam nec primus Adam per gastrimargiam decipi potuit, nisi escae materiam habens in promptu abusus ea fuisset inlicite, nec secundus sine cuiusdam materiae inlicitatione temptatur, cum dicitur ei: si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. fornicatio quoque quod non nisi per corpus perficiatur, omnibus patet, ita de hoc spiritu dicente deo ad beatum Iob: et uirtus eius in lumbis, et potestas
3 eius super umbilicum uentris. ideoque haec specialiter duo, quae ministerio carnis explentur, extra illam spiritalem animae curam egent peculiarius etiam continentia corporali, siquidem ad retundendos horum stimulos non sufficiat sola mentis intentio (ut nonnumquam solet aduersus iram seu tristitiam ceterasque fieri passiones, quas etiam sine ulla carnis adflictione sola nouit expugnare mentis industria), nisi

10 Iac. 1, 14—15 17 Mt. 4, 3 20 Iob 40, 11 (LXX)

1 filargiria *DOPX* 2 accidia *W^1P* adque *VOP* 5 scributurarum *W* 7 animae *Xv* 8 matheria *W* 9 consumentur *WP* 10 actione *om. O* 11 a] ad *D^1*: *om. X* 13 consumatum *W* consummatum fuerit *D* 14 decepí *D^1O* 15 aesca. *D* prūptū *D* promtu *WO* 16 materia *DP* 17 dic ut] dicit *D^1* iste *D^1* sti *O^1* 19 dn̄o *O* 20 lumbis *$D^1WOP^2X^2$*: lumbis eius *$VD^2P^1X^1$ et Vulg.* 24 retundendus *V^1* stimulus *V^1* nun *D^1* sufficit *PX* 27 expurgare *O*

etiam castigatio corporalis accesserit, quae ieiuniis, uigiliis et
operis contritione perficitur, hisque fuerit remotio localis ad-
iuncta, quia sicut amborum uitio, id est animae et corporis
generantur, ita superari nisi utriusque labore non poterunt.
et licet beatus apostolus omnia uitia generaliter pronuntiauerit 4
esse carnalia, siquidem inimicitias et iras atque haereses inter
cetera carnis opera numerauerit, nos tamen ad illorum curati-
ones atque naturas diligentius colligendas duplici ea diuisione
distinguimus. nam ex his quaedam dicimus esse carnalia,
quaedam uero spiritalia. et illa quidem carnalia, quae specia-
liter ad fotum sensumque pertinent carnis, quibus illa ita
delectatur ac pascitur, ut etiam quietas incitet mentes inuitas-
que eas nonnumquam pertrahat ad suae uoluntatis adsensum.
de quibus beatus apostolus in quibus, ait, et nos omnes 5
aliquando conuersati sumus in desideriis carnis
nostrae, facientes uoluntatem carnis et cogitati-
onum, et eramus natura filii irae sicut et ceteri.
spiritalia uero dicimus, quae instinctu animae solius orta non
solum nihil uoluptatis conferunt carni, sed etiam grauissimis
eam languoribus adficientia miserrimae iucunditatis pastu
animam tantum nutriunt aegrotantem. et idcirco haec quidem
simplici cordis indigent medicina, quae autem carnalia sunt,
non nisi duplici quemadmodum diximus ad sanitatem curatione
perueniunt. unde puritati studentibus plurimum confert, ut
harum carnalium passionum ipsas materias sibi primitus sub-
trahant, quibus potest uel occasio uel recordatio earundem
passionum aegrotanti adhuc animae generari. necesse est enim 6
ut morbo duplici duplex adhibeatur curatio. nam corpori, ne

5 cf. Gal. 5, 19 sqq. 14 Eph. 2, 3

6 adque *VWOP* hereses *DWOPX* 8 adque VD^1WP dupplici *O* (*passim*) 11 fotum VD^1WOP^1: motum D^2 uotum P^2 totum sensum *X* ita *om.* *O* 12 inquietet *O* 16 uoluptatem *VP* uoluptatis *O* 18 quae] p *D* instinctā D^2 19 uoluntatis VD^1 carnis *D* carnis et *W* 20 langoribus *DOP* iocunditatis V^2WX 22 indient *O* medicinā WO^1 medicina indigent D^1 23 carationemque *O* 26 pote est *O* 28 adibeatur *WO* nec *OP*

concupiscentia in effectum temptet prorumpere, necessario effigies et materia inliciens subtrahenda est, et animae nihilominus, ne eam uel cogitatione concipiat, adtentior meditatio scripturarum et sollicitudo peruigil ac remotio solitudinis utiliter adponenda. in ceteris autem uitiis humana consortia nihil obsunt, quin immo etiam plurimum conferunt his qui carere eis in ueritate desiderant, quia frequentia hominum magis arguuntur, et dum lacessita crebrius manifestantur, celeri medicina perueniunt ad salutem.

V. Ideoque dominus noster Iesus Christus, cum apostoli pronuntietur sententia temptatus fuisse per omnia secundum similitudinem nostram, dicitur tamen absque peccato, id est absque huius passionis contagio, nequaquam scilicet aculeos concupiscentiae carnalis expertus, quibus nos necesse est etiam ignorantes inuitosque conpungi, quippe cui nulla inerat similitudo seminationis uel conceptionis humanae, ita rationem conceptus eius archangelo nuntiante: spiritus sanctus superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideo et quod ex te nascetur sanctum uocabitur filius dei.

VI. In illis enim passionibus etiam ipse temptari debuit incorruptam imaginem dei ac similitudinem possidens, in quibus et Adam temptatus est, cum adhuc in illa inuiolata dei imagine perduraret, hoc est gastrimargia, cenodoxia, superbia, non in quibus post praeuaricationem mandati imagine dei ac similitudine uiolata suo iam uitio deuolutus inuoluitur. gastrimargia namque est qua interdicti ligni praesumit

11 Hebr. 4, 15 17 Luc. 1, 35

2 inlicens *W* 3 nec *D*¹ concupiat *ut uidetur V*¹ 4 scribarum *D*¹ 5 uitiis *om. D*¹ 7 frequenti *D*¹ 8 magis *om. D*¹ **aguntur *D* 13 nequoquam *D*¹ 14 aculeus *V* 15 inuitusque *V*¹ cui** *D* 17 arcangelo *O* 18 obumbrauit *DO* 19 ex] in *VX* nascitur *DP* nascetur ex te *O* 22 incurruptam *V* 23 temtatus *W(O)* est *om. D*¹ 24 hoc] hac *D*¹ coenodoxia *V* 25 post praeuaric.] praeuaricatione *W* in imagine *D*¹ 26 deuolutus inuoluitur] deuoluitur *D*¹ 27 praesumis *D*¹

edulium, cenodoxia qua dicitur: aperientur oculi uestri,
superbia qua dicitur: eritis sicut dii, scientes bonum
et malum. in his ergo tribus uitiis etiam dominum salua- 2
torem legimus fuisse temptatum, gastrimargia, cum dicitur
ei a diabolo: dic ut lapides isti panes fiant, cenodoxia:
si filius dei es, mitte te deorsum, superbia, cum
ostendens illi omnia regna mundi et eorum gloriam dicit:
haec tibi omnia dabo, si cadens adoraueris me, ut
isdem quibus ille temptationum lineis adpetitus nos quoque
quemadmodum temptatorem uincere deberemus suo doceret
exemplo. ideoque et ille Adam dicitur et iste Adam, ille
primus ad ruinam et mortem, hic primus ad resurrectionem
et uitam. per illum omne genus hominum condemnatur, per 3
istum omne genus hominum liberatur. ille de rudi atque
intacta fingitur terra, hic de Maria uirgine procreatur. huius
ergo ut suscipere eum temptationes oportuit, ita excedere
necessarium non fuit. nec enim qui gastrimargiam uicerat
poterat fornicatione temptari, quae ex illius abundantia ac
radice procedit, qua ne ille quidem primus Adam fuisset elisus,
nisi ante generatricem eius passionem deceptus inlecebris diaboli
recepisset. et ob hoc filius dei non absolute in carne peccati
uenisse dicitur, sed in similitudine carnis peccati,
quia, cum esset in eo uera caro, manducans scilicet et bibens
et dormiens, clauorum quoque confixionem in ueritate suscipi-

1 Gen. 3, 5 2 l. c. 5 Mt. 4, 3 6 l. c. 6 8 l. c. 9
22 Rom. 8, 3

1 quia *O* 2 quę *D*[1] 5 a *om.* *O* diabulo *DPX*
lapedis *V* istę *D*[1] 6 deursum *V* 7 gloriam eorum *D*
9 isdem *WX*: hisdem *VDOP* adpetitis *D*[1] 10 temptaturem
V[1] temtatorem *W*(*O*) 11 ste *O*[1] 12 resurrictionem *V*
uitam et resurrect. *O* 13 omne• *V* humanum *W*[1] condemnatur... hominum *om.* *D*[1] condempnatur *WD*[2]*P* 14 stum
O[1] omne• *V* adque *VWP* 15 uirg. maria *O* 16 temptationē• (s *eras.*) *D* temtationes *W*(*O*) opportuit *O* 17 uiceret
V uincerat *O* uinceret *X* 18 qui *D*[1] habundantia *DWPX*
19 quia nec *O* fuesset *V* 20 genetricem *X* diabuli *VD*[1]*P*
23 scilicit *V*: *om.* *O*

ens, peccatum eius quod praeuaricatione contraxit uerum non
4 habuit sed imaginarium. non enim ignitos aculeos concupiscentiae carnalis expertus est, qui etiam nolentibus nobis natura iam administrante consurgunt, sed huius quandam similitudinem naturam participando suscepit. nam cum omnia quae officii nostri sunt in ueritate conpleret et uniuersas infirmitates gestaret humanas, consequenter huic quoque passioni putatus est subiacere, ut per has infirmitates etiam condicionem huius quoque uitii atque peccati uideretur in sua carne
5 portare. denique in his eum tantummodo uitiis diabolus temptat, in quibus et illum primum deceperat, coniciens hunc quoque uelut hominem similiter in ceteris inludendum, si eum in illis quibus priorem deiecerat sensisset elisum. uerum ei secundum iam morbum, qui de radice principalis uitii pullularat, primo certamine confutatus inferre non potuit. uidebat enim nullatenus eum initialem causam huius aegritudinis suscepisse eratque superfluum sperari ab eo fructum peccati, cuius
6 eum semina uel radices nullo modo recepisse cernebat. licet secundum Lucan, qui postremam temptationem illam ponit in qua dicitur: si filius dei es, mitte te deorsum, haec superbiae passio possit intellegi, ita ut illa superior quam Matthaeus tertiam ponit, in qua iuxta praedictum Lucan euangelistam omnia ei regna mundi in puncto temporis ostendens diabolus repromittit, accipiatur passio filargyriae, quod scilicet post gastrimargiae uictoriam fornicatione eum temptare non praeualens ad filargyriam transierit, quam radicem esse

20 Luc. 4, 9   22 cf. Mt. 4, 8 sqq.   26 cf. I Tim. 6, 10

2 i.maginarium *V*   ignitus aculeus V^1 3 nubis *V*   4 iam *om.* D^1 quãdam *D*   5 suscipit V^1D 7 passione D^1 8 putatũ *D corr.*   conditionem *DWX*   9 uitii *om.* D^1 adque *VP*   peccato D^1 uideritur V^1 10 purtare V^1 diabulus *VP*   diabulũ D^1 12 simpliciter *DW*   13 ei] eis *D*   14 pollularat D^1 16 suscipisse V^1P 17 sperare D^2O 19 lucan *VWO*: lucam *DX*   lucanũ *P*, *item infra*   21 intelligi V^2O 22 mattheus *VDW*   matheus *PX*   22 iusta O^1 24 diabulus V^1P filargiriae *DWOPX*   25 scilecit V^1 uicturiam V^1 26 fylargyriam *V*   filargiriam *DWOPX*

malorum omnium nouerat, in qua iterum superatus nullum ei uitium ex his quae sequebantur eam ausus ingerere, quippe quae nouerat de eius radice ac fomite pullulare, ad extremam superbiae transilierit passionem, qua nouerat etiam perfectos quosque deuictis omnibus uitiis posse pulsari, qua etiam uel se ipsum, cum esset Lucifer, uel conplures alios absque ullo incitamento praecedentium passionum de caelestibus meminerat
conruisse. iuxta hunc ergo quem praediximus ordinem, qui 7
ab euangelista Luca describitur, etiam ipsa inlicitatio et figura temptationum, quibus uel illum primum uel istum secundum Adam callidissimus adgreditur inimicus, elegantissime congruit. illi namque dicit: aperientur oculi uestri, huic ostendit omnia regna mundi et gloriam eorum. ibi dicit: eritis sicut dii, hic: si filius dei es.

VII. Et ut de efficientiis ceterarum quoque passionum, quarum narrationem intercidere nos expositio gastrimargiae uel dominicae temptationis necessario conpulit, eodem quo proposueramus ordine disseramus, cenodoxia atque superbia etiam sine ullo consummari solent ministerio corporali. in quo enim egent actione carnali, quae pro coniuentia et uoluntate sola conquirendae laudis et humanae gloriae consequendae
abunde ruinam generant animae captiuatae? aut quem effectum 2
habuit corporalem praedicti Luciferi illius antiqua superbia, nisi quod eam tantummodo animo et cogitatione concepit, ita propheta commemorante: qui dicebas in corde tuo: in caelum conscendam, super astra dei ponam solium

12 Gen. 3, 5. Mt. 4, 8 14 Gen. 3, 5. Mt. 4, 6 25 Esai. 14, 13—14

1 ei] ei est *O* 2 qui D^1 eam *om.* *O* ausas D^1 est ausus *W* ausus est P^2X 3 ac *om.* *O* fumite *V* 4 etiam] enim *O, sed deletum* perfectus *V* 5 quoque deuicti D^1 6 se *om.* D^1 9 discribitur W^1 inlicitatione *O* 10 uel illum primum *om.* *O* stum O^1 12 adaperientur *X* 16 rationem *X* intercedere W^1PX^1 18 adque *VP* 20 conibentia D^1 *O* 21 consequendae] conquirendae *W* 23 corporale *D* subperbia V^1 25 profeta *VD* cũmemorante *V* dicibas V^1

meum. ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo? qui sicut huius superbiae neminem habuit incentorem, ita ei consummationem criminis ruinaeque perpetuae cogitatio sola perfecit, et quidem cum adfectatae tyrannidis nulla fuerint opera subsecuta.

VIII. Filargyria et ira licet non sint unius naturae (nam prior extra naturam est, sequens uero originale uidetur in nobis seminarium possidere), simili tamen oriuntur modo: extrinsecus siquidem causas conmotionis plerumque concipiunt. etenim frequenter hi qui adhuc infirmiores sunt uel inritatione uel instinctu quorundam in haec se corruisse uitia conqueruntur ac praecipitatos se uel ad iracundiam uel ad filargyriam aliorum prouocatione causantur. quod autem extra naturam sit filargyria, hinc liquido peruidetur, quia nec originale probatur in nobis habere principium nec de materia concipitur, quae pertingit ad animae uel carnis participationem uitaeque sub-
2 stantiam. nihil enim ad usum ac necessitatem naturae communis praeter escam cotidianam ac potum certum est peruenire. reliquae uero uniuersae materiae quantolibet studio atque amore seruentur, alienae tamen ab humana indigentia etiam usu uitae ipsius adprobantur. ideoque hoc uelut extra naturam exsistens non nisi tepidos ac male fundatos monachos pulsat, quae autem naturalia sunt etiam probatissimos monachorum et quidem in solitudine conmorantes adtemptare non desinunt.
3 et in tantum hoc uerissimum conprobatur, ut etiam gentes nonnullas ab hac passione, id est filargyriae, liberas omnimodis

2 altissimu V^1 4 perficit *D*   equidem *OX*   adfectatae W^1: affectatae $VD^2W^2P^2X$ affectae D^1P^1 effectate *O*   5 subsequta *D*   6 filargyria *W*: filargiria *rell.*   7 esse *O*   origenale V^1 8 uriuntur *V*   10 hii *OP*   11 curruisse V^1 12 praecipitatus *V*   filargiriam *VDOPX* fylargiriam *W*   14 filargyria *V*: fylargiria *W* filargiria *DOPX*   origenale *P*   15 nubis *V*   concepitur *V*   18 praetir *V*   cottid. *WX*   p̄uenire *V*   19 reliqua *W*   uniuirsae V^1 adque *VP*   20 aliena *W*   22 existens *O*   fundatus *V*   monachus *VO*   23 probissimus *V*   munachorum *V*   24 equidem OX^1 25 uirissimum V^1 26 habac *O*   filargyriae *VD*: fylargiriae *W* filargirie *OX* filargiria *P*(*v*)

agnoscamus, quia nequaquam uitii huius aegritudinem usu et consuetudine receperunt. illum quoque priorem mundum qui ante diluuium fuit diutissime concupiscentiae huius rabiem credimus ignorasse. quae etiam in unoquoque nostrum recte abrenuntiante sine ullo labore probatur extingui, cum scilicet uniuersis quis facultatibus abiectis ita expetierit coenobii disciplinam, ut ex eis ne unum quidem denarium sibimet superesse patiatur. cuius rei testes multa hominum milia 4
possumus inuenire, qui cum sub momento breuissimo dispersis omnibus substantiis suis ita hanc eradicauerint passionem, ut ne tenuiter quidem ab ea pulsentur ulterius, nihilominus omni tempore contra gastrimargiam pugnantes, nisi ingenti circumspectione cordis et abstinentia corporis dimicarint, securi esse non possunt.

VIIII. Tristitia et acedia nulla quemadmodum superiora diximus accedente extrinsecus prouocatione generari solent. nam solitarios quoque et in heremo constitutos nullique humano conmixtos consortio frequenter atque amarissime uexare noscuntur. quod esse uerissimum, quisque fuerit in solitudine conmoratus et pugnas hominis interioris expertus, ipsis experimentis perfacile conprobabit.

X. Haec igitur octo uitia licet diuersos ortus ac dissimiles efficientias habeant, sex tamen priora, id est gastrimargia, fornicatio, filargyria, ira, tristitia, acedia quadam inter se cognatione et ut ita dixerim concatenatione conexa sunt, ita ut prioris exuberantia sequenti efficiatur exordium. nam de

1 uitiis W^1 2 consuetudene V^1 3 deluuium VP^1 4 qui D^1 8 cui D 11 tenueter V^1 pulsantur D^1 omne O 12 circumspecione V 13 dimicarint WD^2O: dimicarent VD^1P dimicauerint X 16 extrinsicus V 17 salitarios D^1 quoque $VOPX$: quosque DW haerimo constitus V nulloque O 18 conmixtus VD^1 adque VP a.marissime V 19 quisque cum OX 20 interiores W^1 21 conprobauit D^1W^1 22 diuersus W^1 ortus] hostes O difficiles O 24 filargiria $WOPX$ 25 concatinatione VW^1 26 aut W^1 sequentis D^1W^1P

abundantia gastrimargiae fornicationem, de fornicatione filargyriam, de filargyria iram, de ira tristitiam, de tristitia acediam necesse est pullulare. ideoque simili contra haec modo atque eadem ratione pugnandum est et a praecedentibus semper
2 aduersus sequentes oportet nos inire certamina. facilius enim cuiuslibet arboris noxia latitudo ac proceritas exarescet, si antea radices eius quibus innititur uel nudatae fuerint uel succisae, et infestantes umores aquarum continuo siccabuntur, cum generator earum fons ac profluentes uenae sollerti industria fuerint obturatae. quamobrem ut acedia uincatur, ante superanda tristitia est: ut tristitia propellatur, ira prius est extrudenda: ut extinguatur ira, filargyria calcanda est: ut euellatur filargyria, fornicatio conpescenda est: ut fornicatio
3 subruatur, gastrimargiae est uitium castigandum. residua uero duo, id est cenodoxia et superbia sibi quidem similiter illa qua de superioribus uitiis diximus ratione iunguntur, ita ut incrementum prioris ortus efficiatur alterius (cenodoxiae enim exuberantia superbiae fomitem parit), sed ab illis sex prioribus uitiis penitus dissident nec simili cum eis societate foederantur, siquidem non solum nullam ex illis occasionem suae generationis accipiant, sed etiam contrario modo atque ordine suscitentur. nam illis euulsis haec uehementius fruticant et illorum morte uiuacius pullulant atque subcrescunt.
4 unde etiam diuerso modo ab his duobus uitiis inpugnamur. in unumquodque enim illorum sex uitiorum tunc incidimus, cum a praecedentibus eorum fuerimus elisi, in haec uero duo

1 habundantia *WOPX* filargiriam *DOPX* 2 filargiria *OPX* 3 pollulare D^1W^1 adque *VOP* 4 ratione. *V* 5 cirtamina V^1 6 cuiuslibit V^1 exarescet WD^1O: exarescit VD^1PX 8 succisse *O* humores *OPX* 9 generatur V^1 uanae D^1 solerti *D* 10 obduratae *VPX* 12 extruenda *O* filargiria *DOPX* 13 filargiria *OPX* furnicatio concupiscenda V^1 15 dua *O* siquidem *O* simeliter *V* 17 incrimentum V^1 cenodoxia *O* 18 ex *O* 19 dissecedent *O* 21 accipiunt *et* suscitantur *Ov*] adque *VP* 22 fruticant *DOX*: fructificant VW^1P frutificant W^2 23 uiuatius *VDX* pollulant D^1W^1 adque *VP* 24 diuirso V^1 ad V^1 25 unumquemque *O* incedimus D^1W^1

uictores et uel maxime post triumphos periclitamur incurrere.
omnia igitur uitia, quemadmodum incremento praecedentium
generantur, ita illorum deminutione purgantur. et hac ratione
ut superbia possit explodi, cenodoxia est praefocanda, et ita
semper prioribus superatis sequentia conquiescent et extinctione
praecedentium residuae passiones absque labore marcescent. et 5
licet haec quae praediximus octo uitia illa qua conmemorauimus
ratione inuicem sibi conexa atque permixta sint, specialius
tamen in quattuor coniugationes et copulas diuiduntur. gastri-
margiae namque fornicatio peculiari consortio foederatur:
filargyriae ira, tristitiae acedia, cenodoxiae superbia familiariter
coniugatur.

XI. Et ut singillatim nunc de uniuscuiusque uitii generibus
disputemus, gastrimargiae genera sunt tria: primum quod ad
refectionem perurguet monachum ante horam statutam ac
legitimam festinare, secundum quod expletione uentris et
quarumlibet escarum uoracitate laetatur, tertium quod accu-
ratiores ac delicatissimos desiderat cibos. quae tria non leui
dispendio monachum feriunt, nisi ab omnibus istis pari studio
atque obseruantia semet ipsum expedire contenderit. nam
quemadmodum absolutio ieiunii ante horam canonicam nulla-
tenus praesumenda est, ita et uentris ingluuies et escarum
sumptuosa atque exquisita praeparatio similiter amputanda.
ex his enim tribus causis diuersae ac pessimae ualitudines
animae procreantur. nam de prima monasterii odium gignitur 2
atque exinde horror et intolerantia eiusdem concrescit habita-
culi, quam sine dubio mox discessio ac fuga uelocissima sub-

1 pos *O* triumphus V^1 2 quemadmodum incremento praecedentium *om.* *V* 3 diminutione VD^1W^1X demunitione O^1 4 excludi *Pv* 5 extenctione V^1 6 passionis *V* marciscent D^1 7 qua] que *O* quę *P* quam D^1P^1 8 adque *VP* sunt *O* 9 quatuor *OX* copolas *V* 11 filargiriae *OPX* 12 coniugantur D^1 coniugabo *O* 14 disputimus V^1 15 perurget *D* statutam oram *O* hac *W*(*O*) 18 delictissimus V^1 dilectissimos V^2 deligat. D^1 P^1 cybos *DPX* tertia *O* 20 adque *VP* 21 absulutio *V* nullatinus *W* 23 adque *VP* est amput. *O* 24 diuirsae V^1 26 adque *VP* 27 discissio *V* ac] aut *OXv* subsequaetur D^1 subsequetur V^2X: subsequitur V^1D^2WP subsequentur *O*

sequetur. de secunda igniti luxuriae ac libidinis aculei suscitantur. tertia etiam inextricabiles filargyriae laqueos nectit ceruicibus captiuorum nec aliquando monachum sinit perfecta Christi nuditate fundari. cuius nobis passionis inesse uestigia isto quoque deprehendimus indicio, cum forte ad refectionem detenti ab aliquo fratrum contenti non sumus eo sapore cibos sumere quo ab exhibente conditi sunt, sed quiddam superfundi eis uel adici inportuna atque effrenata poscimus

3 libertate. quod fieri penitus non oportet tribus de causis. primo quia mens monachi semper debet in omni tolerantiae ac parcitatis exercitatione uersari et secundum apostolum discere in quibus est sufficiens esse. nullatenus enim poterit uel occulta uel maiora corporis desideria refrenare, quisque degustatione modicae insuauitatis offensus ne ad momentum quidem delicias gutturis sui ualuerit castigare. secundo quod nonnumquam euenit, ut ad horam desit illa species quae postulatur a nobis et uerecundiam necessitati uel frugalitati suscipientis incutimus, publicantes scilicet paupertatem eius quam soli deo cognitam esse maluerat. tertio quod interdum solet sapor ille quem nos adici poscimus aliis displicere, et inuenimur iniuriam multis, dum nostrae gulae ac desiderio satisfacere cupimus, inrogare. propter quod omnimodis haec

4 in nobis est castiganda libertas. fornicationis genera sunt tria. primum quod per conmixtionem sexus utriusque perficitur. secundum quod absque femineo tactu, pro quo Onam patri-

11 cf. Phil. 4, 11 25 cf. Gen. 38

1 luxoriae *WP* aculeis D^1O 2 suscitatur *O* · enim etiam *O* inextricabilis D^1 filargiriae *WOPX* 3 ciruicibus V^1 manachum *V* 4 perfectam W^1 nubis V^1 5 deprehendemus *O* 7 cibus *V* 8 adque *VP* 11 partitatis *V* 12 nullatinus W^1 potuerit D^1 14 insanitatis *O corr.* 15 dilicias *DP* 17 postolatur *V* et] ut *O* uericundiam necissitati *V* frugalitate D^1 frugaletati W^1 fragilitati *O* 18 suscipientes *D* 19 cognitum D^1 maluerunt *O* 20 solit D^1 21 in iniuriam *O* guile *O* 23 nubis V^1 furnicationis *V* 25 foemeneo D^1 onam VD^2: unam D^1 her WP^2X haer D^2 *s. l.* hoher P^1: *om. O* iudae patriarce *O*

archae Iudae filius a domino percussus legitur, quod in
scripturis sanctis inmunditia nuncupatur. super quo apostolus:
dico autem innuptis et uiduis, bonum est illis si
sic manserint sicut et ego. quod si se non conti-
nent, nubant: melius est enim nubere quam uri.
tertium quod animo ac mente concipitur, de quo dominus in
euangelio: qui uiderit mulierem ad concupiscendum
eam, iam moechatus est eam in corde suo. quae tria 5
genera beatus apostolus pari modo extinguenda pronuntians
mortificate, inquit, membra uestra quae sunt super
terram, fornicationem, inmunditiam, libidinem et
cetera, et iterum de duobus ad Ephesios: fornicatio et
inmunditia nec nominetur in uobis, et iterum: illud
autem scitote, quod omnis fornicator aut inmundus
aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet
hereditatem in regno Christi et dei. quae tria ut a 6
nobis pari obseruatione caueantur, similis nos eorum a regno
Christi atque una deterret exclusio. filargyriae genera sunt
tria. primum quod renuntiantes diuitiis ac facultatibus suis
spoliari non sinit. secundum quod ea, quae a nobis dispersa
sunt uel indigentibus distributa, resumere nos maiore cupidi-
tate persuadet. tertium quod ea, quae ne antea quidem
possedimus, desiderari adquiriue conpellit. irae genera sunt 7
tria. unum quod exardescit intrinsecus, quod Graece θυμὸς
dicitur. aliud quod in uerbum et opus effectumque prorumpit,

3 I Cor. 7, 8—9 7 Mt. 5, 28 10 Col. 3, 5 12 Eph. 5, 3 13 l. c. 5

2 nunccupatur *VO* quod *O* 4 permanserint *OX* 8 moecatus *V* eam *om.* *OP* 9 modo] modo docet *O* 10 inquid *VDWP* membra *D*¹*O* 11 furnicationem *V* libidinem.... 13 inmunditia *om.* *V* 12 efesios *O* 13 nominitur *V* illum *O* 14 furnicatur *V* 16 heridetatem *V* trea *D*¹ 17 simelis *V* similes *D*¹ 18 adque *VOP* deterrit *W*¹*P* deterreat *O* 19 trea *D*¹ diuicias hac facultatebus *D*¹ 20 nubis *V*¹ 21 maiori *W*¹*X* 22 ante *O* 23 possidemus *VD*¹*P* 24 exardiscit *V*¹ intrinsicus *V* grece *DWOX* ενмος *V* εyмος *D* ϴyɯλoc *W* oyɯλoc *O* ϴyɔ-coc *X* 25 aliut *DO*

quod ὀργὴ nuncupatur.. de quibus et apostolus: nunc autem deponite, inquit, et uos omnia, iram, indignationem. tertium quod non ut illa efferuens ad horam digeritur,
8 sed per dies et tempora reseruatur, quod μῆνις dicitur. quae omnia aequali sunt a nobis horrore damnanda. tristitiae genera sunt duo. unum quod uel iracundia desinente uel de inlato damno ac desiderio praepedito cassatoque generatur, aliud quod de inrationabili mentis anxietate seu desperatione descendit. acediae genera sunt duo. unum quod ad somnum praecipitat aestuantes, aliud quod cellam deserere ac fugere cohortatur. cenodoxia licet multiformis ac multiplex sit et in diuersas species diuidatur, genera tamen eius sunt duo. primum quo pro carnalibus ac manifestis extollimur rebus, secundum quo pro spiritalibus et occultis desiderio uanae laudis inflamur.

XII. Vna re tamen cenodoxia utiliter ab incipientibus adsumitur, ab his dumtaxat qui adhuc uitiis carnalibus instigantur, ut uerbi gratia si illo tempore, quo fornicationis spiritu perurguentur, mente conceperint uel sacerdotalis officii dignitatem uel opinionem cunctorum, qua sancti et inmaculati esse credantur, et ita inmundos concupiscentiae stimulos quasi turpes atque indignos uel existimationi suae uel illi ordini iudicantes hac saltim contemplatione declinent, minore malo id quod

1 Col. 3, 8

1 ορcн *V* ορгн *DX* opin *W* ορτnun *O* ορτñ *P* numcupatur *D*[1] 2 inquid *VDWP* omnia *D*[1]*WX*: omnẽ (ẽ *in ras. m. 2*) *V et D*[2]*P* 3 illa efferuens *scripsi*: illae ferueñ *V* illud (?) feruens *D*[1] illa feruens *D*[2] ille furor efferuens *W* ille fruens *P* utile feruens *OX* ille feruor *r* illa feruenter *c* degeritur *VP* 4 quod *om. W* мнніc *D* uͭн·ніc *W* ααнic *X* grece мнніc *O* 7 praepidito *V* generator *D*[1] aliut *WO* 8 disperatione *D*[1]*W* descendet *V*[1] 10 extuantes aliut *O* fugire *D*[1] fugare *O* 12 quod *D*[1]*X* 13 extulletur *V*[1] extollitur *V*[2] quod *OX* 14 inflamur *DWOPr*: inflamatur (atur *in ras. m. 2*) *V* inflammamur *Xc* 15 utileter *V*[1] adsummetur *O* 16 is *O* 17 sp̃s *V* prourgentur *D*[1] 18 sacirdotalis *V*[1] 19 cuncturum *V*[1] quia *D*[1] creduntur *Pv* 20 immundus *V* quia si *D*[1] 21 adque *VOP* ęstimationi *D*[1] existimationis *W* estimationis *O* sui *V*[2] ordine *D*[1] 22 ac *WO*[1] saltem *O*

maius est retundentes. satius enim est cenodoxiae uitio quem-
cumque pulsari quam incidere in fornicationis ardorem, unde
reparari aut non ualeat aut uix ualeat post ruinam. quem 2
sensum ex persona dei unus prophetarum eleganter expressit
dicens: *propter me longe faciam furorem meum: et
laude mea infrenabo te, ne intereas*, id est ut dum
cenodoxiae laudibus conpediris, nequaquam ad inferni profunda
procurras et inreuocabiliter mortalium peccatorum consummati-
one mergaris. nec mirum tantam passioni huic inesse uirtutem,
ut inruentem quempiam in fornicationis labem ualeat refrenare,
cum sit multorum experimentis saepissime conprobatum, quod
ita eum quem semel ueneni sui peste corruperit infatigabilem
reddat, ut faciat ab eo ne biduana quidem ieiunia uel triduana
sentiri. quod etiam nonnullos in hac heremo frequenter noui- 3
mus fuisse confessos, se in cenobiis Syriae constitutos quinis
diebus refectionem cibi sine labore tolerasse, nunc autem tanta
se fame etiam ab hora tertia perurgueri, ut usque nonam uix
queant differre cotidiana ieiunia. super qua re pulchre abba
Macarius cuidam percontanti, cur fame ab hora tertia in
heremo pulsaretur, qui in coenobio ebdomadibus integris
refectionem saepe contemnens non sensisset esuriem, respondit:
quia hic nullus est ieiunii tui testis qui te suis laudibus
nutriat atque sustentet: ibi autem te digitus hominum et
cenodoxiae refectio saginabat. huius autem rei figura, qua 4
diximus superueniente cenodoxia uitium fornicationis excludi,

5 Esai. 48, 9

1 quemquumque *O* 2 incedere D^1W furnic. V^1 ardore D^1W 3 ualet *W bis* 4 prof. *VD* elig. V^2D expraesit *V* 5 propter me *bis WX* fatiam fururem *V* 6 ut *om. W* 7 conpederis W^1 8 procurras *VDOPr*: proruas *WXc* 10 furnic. *V* 11 experimentis *om. O* 14 sentire D^1 nonnullus V^1 herimo D^1P 15 confessus V^1 sirie *O* constitutus *V* 16 refeccionem *D* 17 prourgueri D^1 18 pulcre *OX* 19 macarius *O*: macharius *VWPX* maccharius *D* percunctanti *WPX* 20 ebdomodibus (i *in ras.*) *V* 21 perfectionem D^1 sentiret *W* 22 testes *O* 23 adque *VP* sustenet D^1 sustineat D^2 25 furnicationis *ex* furnicationes *V*

pulchre satis in Regnorum libro ac signanter exprimitur, ubi populum Israhelem a Nechao rege Aegypti captiuatum ascendens Nabuchodonosor rex Assyriorum de finibus Aegypti ad suam transtulit regionem, scilicet non ut eos libertati pristinae et genitali restitueret regioni, sed ut ad suas abduceret terras longius asportandos quam fuerant in terra Aegypti captiuati. quae figura in hoc quoque conpetenter aptabitur. licet enim tolerabilius sit cenodoxiae quam fornicationis uitio deseruire, difficilius tamen a cenodoxiae dominatione disceditur.
5 quodammodo enim longiore itineris spatio captiuus abductus laboriosius ad genitale solum et libertatem patriam reuertetur, meritoque ad eum increpatio illa prophetica dirigetur: quare inueteratus es in terra aliena? recte siquidem inueteratus dicitur in terra aliena, quisque a terrenis uitiis non nouatur. superbiae genera sunt duo: primum carnale, secundum spiritale, quod etiam perniciosius est. illos namque specialius inpugnat, quos in quibusdam uirtutibus profecisse reppererit.

XIII. Haec igitur octo uitia cum omne hominum genus pulsent, non tamen uno modo inpetunt cunctos. in alio namque spiritus fornicationis locum obtinet principalem, in alio superequitat furor, in alio cenodoxia uindicat tyrannidem, in alio

1 cf. IIII Reg. c. 23 et 24 12 Baruch 3, 11

1 pulcre *OX* regum *DX* significanter *O* 2 nechoa *V* nechaho *DW* necao *O* captituatum ..... 3 aegypti *om. V* 3 nabucod. *D* nabuquod. *O* aegipti *DP* 4 scilecit V^1 libertate D^1 5 genetali $D^1W^1P^1$ restituerit D^1W^1 adduceret W^1 *X* 6 aegipti *DP* 7 captiui D^1X abtabitur *VP* 8 furnic. V^1 9 disciditur *ex* discidetur *V* 10 iteneris *V* 11 genetale D^1P sulum *V* libertatis (is *in ras. m. 2*) *V* reuertitur *DW* reuerteretur *O* 12 profitica *V* profet. *DO* dirigitur *WOP* 13 recte..... 14 nouatur *habent OX et in margine V m. 1 et D m. 2: om.* D^1WP 14 quisquis *X* innouatur *X* *in D cum margo membranae recisus sit, haec tantum leguntur*: recte si quid.. inueteratus di..... in terra (aliena *omissum est*) quis.... a terrenis uit... non nouatu. 16 pernit. *VDX* 17 proficisse DW^1OX repperit D^1 repererit *X* 18 genus hominum *DP* 20 optinet *DWP* 21 foror D^1

arcem superbia tenet. et cum constet omnes ab omnibus inpugnari, diuerso tamen modo et ordine singuli laboramus.

XIIII. Quamobrem ita nobis aduersus haec adripienda sunt proelia, ut unusquisque uitium quo maxime infestatur explorans aduersus illud adripiat principale certamen, omnem curam mentis ac sollicitudinem erga illius inpugnationem obseruationemque defigens, aduersus illud cotidiana ieiuniorum dirigens spicula, contra illud cunctis momentis cordis suspiria crebraque gemituum tela contorquens, aduersus illud uigiliarum labores ac meditationes sui cordis inpendens, indesinentes quoque orationum fletus ad deum fundens et inpugnationis suae extinctionem ab illo specialiter ac iugiter poscens. inpossibile 2 namque est de qualibet passione triumphum quempiam promereri, priusquam intellexerit industria uel labore proprio uictoriam certaminis semet obtinere non posse, cum tamen, ut ualeat emundari, necesse sit eum die noctuque in omni cura et sollicitudine permanere. cumque se ab ea senserit absolutum, rursus latebras sui cordis simili intentione perlustret et excipiat sibi quam inter reliquas perspexerit diriorem atque aduersus eam specialius omnia spiritus arma conmoueat, et ita semper ualidioribus superatis celerem de residuis habebit facilemque uictoriam, quia et mens triumphorum processu reddetur fortior et infirmiorum pugna succedens promptiorem ei prouentum faciet proeliorum: ut fieri solet ab his qui coram regibus mundi huius omnigenis congredi bestiis praemiorum contemplatione consuerunt, quod spectaculi genus uulgo pancarpum nuncupatur. hi, inquam, feras quascumque fortiores 3

1 archem *W* tenit W^1 3 haec *om.* *O* 7 cottid. *DX* cotidiano *W* dirigens spicula...... *§. 4 fin.* sollicitudine uel *om.* *W, uno folio in eius archetypo deperdito* 8 curdis V^1 9 gemitum *V* 10 meditationis *V* indesenentes V^1 indesinenter *O* 11 extinction D^2 *in margine* (em *resectum*) 12 spicial. V^1 14 industriā intellexerit *O* 16 emendari *O* 18 rursum *X* simile D^1 excepiat V^1 19 adque *VOP* 20 spicial. V^1 22 triumf. *O* 23 redditur D^1X infirmiorum D^1X: infirmorum *VO* infirmior D^2P *cf. VII, 20* prontiorem *V* prumptiorem *DP* 24 faciat *O* 27 inquam *om.* D^1O

robore uel feritatis rabie conspexerint diriores, aduersus eas primae congressionis certamen adripiunt, quibus extinctis reliquas, quae minus terribiles minusque uehementes sunt, exitu faciliore prosternunt. ita et uitiis semper robustioribus superatis atque infirmioribus succedentibus parabitur nobis absque ullo discrimine perfecta uictoria. nec tamen putandum, quod principaliter quis contra unum dimicans uitium et uelut incautius aliorum tela prospiciens inopinato ictu facilius ualeat
4 sauciari. quod nequaquam fiet. inpossibile namque est eum qui pro cordis sui emundatione sollicitus erga inpugnationem uitii cuiuslibet intentionem suae mentis armauerit, aduersus cetera quoque uitia generalem quendam horrorem et custodiam similem non habere. quo enim modo uel de illa qua absolui desiderat passione merebitur obtinere uictoriam, qui se indignum purgationis praemio aliorum facit contagio uitiorum? sed cum principalis nostri cordis intentio uelut specialem sibi pugnam aduersus unam exceperit passionem, pro ipsa orabit adtentius peculiari sollicitudine uel studio supplicans, ut eam diligentius obseruare et per haec celerem mereatur obtinere uictoriam.
5 hunc namque nos ordinem proeliorum exercere debere nec tamen de nostra uirtute confidere etiam legislator his docet uerbis: non timebis eos, quia dominus deus tuus in medio tui est, deus magnus et terribilis: ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. non poteris delere eas pariter: ne forte multiplicentur contra te bestiae terrae.

22 Deut. 7, 21—23

1 ueritatis D^1 dirioris V 3 quas V 5 superati V^1 adque VP nubis V^1 6 perficta V^1 8 inopinatu. D icto V 10 emendatione V 12 custudiam V 13 simelem V^1 14 uicturiam V qui se...... 19 uictoriam *om.* D^1, *add.* D^2 *in margine, quo resecto uerba* uel studio supplicans.... uictoriam *iam non leguntur* 16 cordis nostri D^1X uelud D^1P sibi *om.* D^1X 17 exceperit D^2OP^2X: exciperet V exciperat P^1 18 peculiare V D^1 uel V: ac OP^2X hac P^1 eam] cum V dilegentius V^1 19 uicturiam V^1 20 prael. W 21 legislatur V^1 docet. (bis) V 23 terribeles V 24 conspecto V 25 adque VOP

dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo: et interficiet illos donec penitus deleantur.

XV. Sed neque debere nos in eorum extolli uictoria similiter monet: *ne postquam comederis,* inquit, *et satiatus domus pulchras aedificaueris, et habitaueris in eis, habuerisque armenta et ouium greges, argenti et auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, et non reminiscaris dômini dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis: et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili.* Salomon quoque in Prouerbiis: *si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari: in subplantatione autem eius noli extolli, ne uideat dominus et non placeat ei, et auertat iram suam ab eo,* id est ne perspiciens elationem cordis tui ab eius inpugnatione discedat, et incipias derelictus ab eo rursus illa quam per dei gratiam ante superaueras passione uexari. non enim orasset propheta 2 dicens: *ne tradas, domine, bestiis animam confitentem tibi,* nisi scisset propter inflationem cordis quosdam, ut humilientur, eisdem rursus uitiis quae uicerant tradi. quamobrem certos esse nos conuenit tam ipsis rerum experimentis quam innumeris scripturae testimoniis eruditos, nostris nos uiribus, nisi dei solius auxilio fulciamur, tantos hostes superare non posse et ad ipsum cotidie summam uictoriae nostrae referre debere, ita super hoc quoque per Moysen

4 Deut. 8, 12—15 11 Prov. 24, 17—18 (LXX) 18 Ps. 73, 19

1 dabetque *V*[1] conspecto *V*[1] 4 inquid *V*[1]*DOP* saturatus *D* satiatus fueris domos pulcras *O* 5 habetaueris *V*[1] habitaberis *D*[1] 6 armata *D*[1] 7 cupiam *V*[1] 9 de *ante* terra *om. V* et de domo *V* 10 doctur *V* adque *VP* 11 terribile *D*[1] solomon *VW*[1] salamon *OP* 12 subplantionē *V* supplantationem *W*[1] 15 p̄spitiens *V* discedit *D*[1] 16 derelectus *V*[1] gratiam dei *O* 17 profeta *VO* 18 besteis *O* 20 rursum *WXv* 21 certus *V*[1]*D*[1] 22 scribturae *V* testem. *V*[1] eruditus *D*[1] 23 tantus *V* 24 et *om. V* summa *DO* uicturiae *V* 25 mosen *V* mosen *W*

domino conmonente: ne dicas in corde tuo, cum dele-
uerit eas dominus deus tuus in conspectu tuo:
propter iustitiam meam introduxit me dominus
ut terram hanc possiderem, cum propter impietates
3 suas istae deletae sint nationes. neque enim pro-
pter iustitias tuas et aequitatem cordis tui tu
ingrederis, ut possideas terras earum: sed quia
illae egerunt impie, te introeunte deletae sunt.
rogo, quid apertius potuit dici contra perniciosam opinionem
praesumptionemque nostram, qua totum quod agimus uel
libero arbitrio uel nostrae uolumus industriae deputare? ne
dicas, inquit, in corde tuo, cum deleuerit eas domi-
nus deus tuus in conspectu tuo: propter iustitiam
meam introduxit me dominus ut terram hanc possi-
4 derem. nonne his qui oculos animae reseratos et aures
habent ad audiendum euidenter expressit: cum tibi prospere
uitiorum carnalium bella successerint et uideris te de ipsorum
caeno et conuersatione mundi istius liberatum, non tuae id
uirtuti nec sapientiae prouentu pugnae atque uictoriae inflatus
adscribas, credens te propter labores et studium tuum et
arbitrii libertatem de spiritalibus nequitiis uel carnalibus uitiis
obtinuisse uictoriam? quibus procul dubio in nullo penitus
praeualere potuisses, nisi te domini conmunisset ac protexisset
auxilium.

XVI. Hae sunt septem gentes quarum terras egressis ex Aegypto filiis Israhel daturum se dominus repromittit. quae omnia secundum apostolum cum in figura contigerint illis,

1 Deut. 9, 4—5   27 cf. I Cor. 10, 6

2 ea *V*   conspecto *V*   4 possederem *VP*   7 possedeas *V* P^1 8 impietatem D^2PX introeunte te *DWP et Vulg.*   9 pernitiosam *VDW*   10 praesumt. *WO*   qua] quia *D*   12 inquid *VDWOP*   quum *O*   deleueret *V*   14 possederem *V*   15 reseratus V^1 16 expresset V^1 18 caeno *DWP*: ceno *VO* coeno *X*   19 uirtute V^1 adque *VP*   uicturiae *V*   22 obtenuisse V^1 D^1P uicturiam *V*   23 domine D^1 25 haee D^1 hec *O* haec *P* heę X^1 26 filii V^1 israhel *P*: ısrhł *W* ſrhl̄ *O* ısrł *rell.*   27 contingerent VD^2P contingerint D^1

ad nostram commonitionem scripta debemus accipere. ita enim
dicitur: cum introduxerit te dominus deus tuus in
terram, quam possessurus ingrederis, et deleuerit
gentes multas coram te, Chettaeum et Gergesaeum
et Amorraeum, Chananaeum, et Ferezaeum, et
Euaeum, et Iebusaeum, septem gentes multo maio-
ris numeri quam tu es, et robustiores te: tradi-
deritque eas dominus tibi, percuties eas usque ad
internicionem. quod uero multo maioris numeri esse 2
dicuntur, haec ratio est, quia plura sunt uitia quam uirtutes.
et ideo in catalogo quidem dinumerantur septem nationes, in
expugnatione uero earum sine numeri adscriptione ponuntur.
ita enim dicitur: et deleuerit gentes multas coram
te. numerosior enim est quam Israhel carnalium passionum
populus, qui de hoc septenario fomite uitiorum ac radice
procedit. exinde enim pullulant homicidia, contentiones, 3
haereses, furta, falsa testimonia, blasphemiae, comesationes,
ebrietates, detractationes, ludicra, turpiloquia, mendacia, per-
iuria, stultiloquia, scurrilitas, inquietudo, rapacitas, amaritudo,
clamor, indignatio, contemptus, murmuratio, temptatio, despe-
ratio multaque alia quae conmemorare perlongum est. quae
cum a nobis leuia iudicentur, quid de illis apostolus senserit

2 Deut. 7, 1—2

1 scribta *V* scripto *W* accepere *V* 4 hettheum *DX* chetteum *W* cettheum *O* gergeseum *VDX* gergesseum *OP* 5 amurraeum *V* anorreum (m *suprascr.*) *D* amorreum *WPX* chananeum *DWPX* cananeum *O* ferezeum *DWX* 6 euehaeum *V* aeueum *D* aeuaeum *WO* zebusaeum *V* iebuseum *DOX* maiores *DP* 7 numero *D*[2] 8 usq (*sic*) *D* 9 internicionem *V*[2]*WO*: internecionem *V*[1] internit. *DPX* maiores *D*[1]*P* 10 pluriora *X* 11 cataloco *O* denumerantur *D*[1] 12 uero ... adscriptione *om. V* abscriptione *D* 13 dicetur *V* 14 est *om. V* est enim *DO* irl *D* isrhl *W* 15 septinario *V*[1] 16 humicidia *V* homicidium *O* *post* contentiones *W solus addit* inuidiae 17 heresis *D*[1] hereses *D*[2]*WOX* testem. *V* blasf. *VO* commesationes *WP* comessat. *O* commessat. *X* 18 ebrietatis *V*[1] detrectationes *D* detractiones *WOPX* mendatia *VWX* 20 murmor. *DWP* disper. *DWOP*

uel quam super his sententiam tulerit audiamus: neque murmuraueritis, inquit, sicut quidam illorum murmurauerunt et perierunt ab exterminatore, et de temptatione: neque temptemus Christum, sicut quidam illorum temptauerunt et a serpentibus perierunt, de detractatione: noli diligere detrahere, ne eradiceris, et de desperatione: qui desperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae in operationem
4 omnis erroris, in inmunditiam. quod uero clamor sicut ira et indignatio et blasphemia condemnetur, eiusdem apostoli uocibus manifestissime perdocemur ita praecipientis: omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia, aliaque conplura his similia. quae cum sint multo maioris numeri quam uirtutes, deuictis tamen illis octo principalibus uitiis, ex quorum natura eas certum est emanare, omnes protinus conquiescunt ac perpetua pariter cum his internicione
5 delentur. de gastrimargia namque nascuntur comesationes, ebrietates: de fornicatione turpiloquia, scurrilitas, ludicra ac stultiloquia: de filargyria mendacium, fraudatio, furta, periuria, turpis lucri adpetitus, falsa testimonia, uiolentiae, inhumanitas ac rapacitas: de ira homicidia, clamor et indignatio: de tristitia rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio: de acedia otiositas, somnolentia, inportunitas, inquietudo, per-

1 I Cor. 10, 10   4 l. c. 9   6 Prov. 20, 13 (LXX)   7 Eph. 4, 19   12 Eph. 4, 31

2 murmorauerítas D^1 inquid *VDWOP*   murmor. *D*   3 et *ante* de *om.* *V*   6 detractatione *VP*: detractione *DWOX*   7 et *om.* *DP*   disper. *DWO*   disperantes *W*   8 inpudititiae *V* ^{et}in *V*   9 omnes D^1 in inmund.] immunditiae *V*   10 blasf. *VO*   11 praecipientes $V^1W^1P^1$ 13 blasf. *VOX*   14 maiores VD^1P^1 16 e *W*   aemanere W^1 17 proteuus V^1 internicione *OP*: internit. *VDWX*   18 comessationes *O*   commesat. *P*   cõmessat. *X*   19 furnic. *V*   20 fylargiria *W*   mendatium *VD*^{1}*WX*   21 turpilucri *O*   uiolentia *OX*   22 rapicitas *D*   clamur V^1 23 disper. *DWO*   24 acidia *VP*   somnul. V^1 *WO*   inpurtun. V^1

uagatio, instabilitas mentis et corporis, uerbositas, curiositas: de cenodoxia contentiones, haereses, iactantia ac praesumptio nouitatum: de superbia contemptus, inuidia, inoboedientia, blasphemia, murmuratio, detractatio. quod autem hae pestes etiam robustiores sint, manifeste naturae ipsius inpugnatione sentimus. fortior enim militat in membris nostris oblectatio 6 carnalium passionum quam studia uirtutum, quae non nisi summa contritione cordis et corporis adquiruntur. si autem et illas innumerabiles hostium cateruas spiritalibus oculis contempleris, quas beatus apostolus enumerat dicens: non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus, et illud quod de uiro iusto in nonagensimo dicitur psalmo: cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis, liquido peruidebis, quod multo maioris sint numeri et ualidiores quam nos carnales scilicet atque terreni, quippe cum illis spiritalis atque aëria concessa substantia sit.

XVII. GERMANVS: Quomodo igitur octo sunt uitia quae nos inpugnant, cum per Moysen septem dinumeratae sint gentes quae aduersantur populo Israheli, uel quemadmodum terras uitiorum conmodum nobis est possidere?

XVIII. SARAPION: Octo esse principalia uitia quae inpugnant monachum cunctorum absoluta sententia est. quae figuraliter

10 Eph. 6, 12 15 Ps. 90, 7

1 et curiositas W^2 2 hereses *DWOPX* praesumtio *VO* 3 uanitatum *O* 4 blasf. *VO* murmor. D^1 detrectatio *D* detractio *WOPX* hee *O* 6 furtior *V* 8 suma *V* summę *D* 11 nubis *V* 12 principatus et potestates *DO* 13 harum *om.* *D* 14 nequitia* (e *eras.*) *W et OP* caelist. *V* 15 uero *V* nonagisimo D^1 nonagesimo D^2*WOX* nonagessimo *P* 16 decim *VP* milia] mł *D* 17 peruidetur *O* ualidioris V^1 18 scilecit *V* adque *VOP* sperit. *V* 19 adque *VP* aerea *W* aeris *O* 21 mosen VW^1 moisen W^2 gentes dinumeratae sint *D* 23 conmodum *O*: commodum *rell.* 24 serapion D^2*X* 25 cunctorum *om.* D^1

sub gentium uocabulo nominata idcirco nunc omnia non ponuntur, eo quod egressis iam de Aegypto et liberatis ab una gente ualidissima, id est Aegyptiorum, Moyses uel per ipsum dominus in Deuteronomio loquebatur. quae figura in nobis quoque rectissime stare deprehenditur, qui de saeculi laqueis expediti gastrimargiae, id est uentris uel gulae uitio
2 caruisse cognoscimur. et habemus iam contra has residuas septem gentes simili ratione conflictum, prima scilicet quae iam deuicta est minime conputata. cuius etiam terra in possessionem Israheli non datur, sed ut deserat eam perpetuo et egrediatur ab ea domini praeceptione sancitur. et idcirco ita sunt moderanda ieiunia, ut non necesse sit per inmoderationem continentiae, quae defectione carnis uel infirmitate contracta est, reuerti rursus ad Aegyptiam terram, id est pristinam gulae et carnis concupiscentiam, quam cum mundo huic abrenuntiaremus abiecimus. quod figuraliter illi perpessi sunt, qui egressi in solitudinem uirtutum rursus desiderauerunt ollas carnium super quas sedebant in Aegypto.

XVIIII. Quod autem illa gens, in qua nati sunt filii Israhel, non penitus extingui, sed tantummodo deseri eius terra praecipitur, hae uero septem usque ad internicionem iubentur extingui, haec ratio est, quod quantolibet spiritus ardore succensi heremum uirtutum fuerimus ingressi, uicinitate ac ministerio gastrimargiae et quodammodo cotidiano eius conmercio nequaquam carere poterimus. semper enim in nobis edulii et escarum ut ingenitus ac naturalis uiuet adfectus, licet amputare superfluos eius adpetitus ac desideria festinemus:

4 cf. Deut. 7, 1

1 gentilium *V* uocabolo *D*^{1}*W* 2 pununtur *V*^{1} 3 ualedissima *D*^{1}*W*^{1} mo^{y}ses *V* moses *W*^{1}*O* moises *W*^{2} 4 loquaebabatur *W*^{1} 6 uitium *D*^{1}*W* 7 iam *om. V* 8 *post* conflictum *in DW cap. XVIIII incipit* 10 possessione *W* 11 senciatur *W*^{1} 15 p̄istinam *D* cum] ut cum *s. l. m. 1 D* 17 ingressi *W* 18 aegyptum *DW*(*P*^{1}) 19 *DW non distinguunt* 21 haec *D*^{1}*P* hec *O* internitionem *VDW* 24 cottid. *D* conmertio *V*(*D*)*O* 26 uiuit *VD*^{2} 27 adpetitos *D*^{1}.

quae sicut per omnia deleri non possunt, ita debent quadam
declinatione uitari. de hac enim dicitur: et carnis curam 2
ne feceritis in desideriis. dum huius ergo curae quam
praecipimur non per omnia abscidere, sed absque desideriis ex-
hibere, retinemus affectum, euidenter Aegyptiam nationem non
extinguimus, sed ab ipsa quadam discretione separamur, non de
superfluis seu lautioribus epulis cogitantes, sed secundum
apostolum uictu cotidiano indumentoque contenti. quod ita 3
figuraliter etiam in lege mandatur: non abominaberis
Aegyptium, quia fuisti incola in terra eius. neces-
sarius enim uictus corpori non sine uel ipsius pernicie uel
animae scelere denegatur. illarum uero septem perturbationum
uelut omnimodis noxiarum de recessibus animae nostrae penitus
exterminandi sunt motus. de his enim ita dicitur: omnis
amaritudo et ira et indignatio et clamor et blas-
phemia tollatur a uobis cum omni malitia, et iterum:
fornicatio autem et omnis inmunditia et auaritia
nec nominetur in uobis, aut turpitudo aut stulti-
loquium aut scurrilitas. possumus ergo horum quae 4
naturae superinducta sunt radices abscidere uitiorum, usum
uero gastrimargiae nequaquam ualebimus amputare. non enim
possumus, quantumlibet profecerimus, id non esse quod na-
scimur. quod ita esse tam nostra qui sumus exigui quam
omnium perfectorum uita et conuersatione monstratur. qui
cum reliquarum passionum reciderint stimulos atque heremum
toto mentis feruore et corporis expetant nuditate, nihilominus
cotidiani uictus prouidentia et annui panis praeparatione neque-
unt liberari.

2 Rom. 13, 14 8 cf. I Tim. 6, 8 9 Deut. 23, 7 (LXX)
14 Eph. 4, 31 17 Eph. 5, 3—4

1 delere *D*[1] debeant *O* quodam *V*[1] 2 hac] ac *WO*
9 abominaueris *V* abhominaberis *WP* 14 ita *om. O* 15 blasf. *V*
O 17 oms (*i. e.* omnes) *W* 18 nominitur *V* 19 scurilitas
VD[1]*P* 20 natura *ex* naturā *D* 22 quantumlicet *D*[1] proficeri-
mus *VD*[1]*WP* 25 reciderent *D* recidant *ex* recident *W* stimulus
V[1] adque *VOP* 26 expe.tant *D* expectant *W*[1]*O* nuditatem
D[1]*W* 27 cottid. *WX* prouidentiae *W*[1] 28 liberare *V*

XX. Huius passionis figura, qua necesse est quamuis spiritalem summumque monachum coartari, proprie satis aquilae similitudine designatur. quae cum excelsissimo uolatu ultra nubium fuerit altitudines sublimata seseque ab oculis cunctorum mortalium ac facie terrae totius absconderit, rursus ad uallium ima submitti et ad terrena descendere ac morticinis cadaueribus inplicari uentris necessitate conpellitur. quibus manifestissime conprobatur gastrimargiae spiritum nequaquam posse ut cetera uitia resecari uel per omnia similiter extingui, sed aculeos eius ac superfluos adpetitus uirtute animi retundi tantum atque cohiberi.

XXI. Nam huius uitii naturam quidam senum cum philosophis
disputans, qui eum pro simplicitate Christiana uelut rusticum
crederent fatigandum, sub hoc problematis figurans colore
eleganter expressit: multis, inquit, creditoribus pater meus
me dereliquit obnoxium. ceteris ad integrum soluens ab omni
conuentionis eorum molestia liberatus sum, uni satisfacere
2 cotidie soluendo non possum. cumque illi ignorantes uim pro-
positae quaestionis absolutionem eius precario postularent,
multis, ait, uitiis fui naturali condicione constrictus. sed
inspirante domino desiderium libertatis cunctis illis tamquam
molestissimis creditoribus renuntians huic mundo et omnem
substantiam quae mihi successione patris obuenerat a me
pariter abiciens satisfeci atque ab eis sum omnimodis absolutus:
3 gastrimargiae uero stimulis nullo modo carere praeualui. nec
enim quamuis eam in paruum modum uilissimamque redegerim quantitatem, uim cotidianae conpulsionis euado, sed necesse est me perpetuis eius conuentionibus perurgueri et interminabilem quandam solutionem iugi functione dependere

2 choartari *W* quoartari *O* 6 sūmitti *D* discendere *WP* 7 necissitate *V* 9 resectari W^1 10 superfluus V^1 11 adque *VP* 12 filosofis *O* (*passim*) 15 expraesit *V* inquid *VDWOP* 16 dereliquid *VWP* suluens V^1 17 conuentionis] commodatione (o *in ras. 2 litt.*) *W* molesta W^2 18 cottidiae *W* cottidie *OX* 20 conditione *DWX* 23 obuenerit V^1 24 adque *VOP* 25 stomulis D^1 26 redigerim $D^1OW^2X^1$ redigerem W^1 27 cottid. *WX*

atque inexplebile indictionibus eius inferre uectigal. tum illi hunc, quem uelut idiotam ac rusticum ante despexerant, pronuntiauerunt primas philosophiae partes, id est ethicam disciplinam adprime conprehendisse, mirati admodum potuisse eum naturaliter adsequi quod nulla ei saecularis eruditio contulisset, cum ipsi sudore multo longaque doctrina ita haec adtingere nequiuissent. haec specialiter de gastrimargia dixisse sufficiat. nunc reuertamur ad disputationem quam de generali uitiorum cognatione coeperamus exponere.

XXII. Cum ad Abraham de futuris dominus loqueretur, quod uos minime requisistis, non septem gentes legitur dinumerasse, sed decem, quarum terra semini eius danda promittitur. qui numerus adiecta idololatria atque blasphemia euidenter inpletur, quibus ante notitiam dei et gratiam baptismi uel inpia gentilium uel blasphema Iudaeorum multitudo subiecta est, donec in intellectuali Aegypto conmoratur. si autem abrenuntians quis et egressus exinde per dei gratiam deuicta pariter gastrimargia ad heremum peruenerit spiritalem, de inpugnatione trium gentium liberatus contra septem tantum, quae per Moysen dinumerantur, bella suscipiet.

XXIII. Quod uero istarum perniciosarum gentium regiones salubriter possidere praecipimur, ita intellegitur. habet unumquodque uitium in corde nostro propriam stationem, quam sibi uindicans in animae nostrae recessu exterminat Israhelem, id est contemplationem rerum summarum atque sanctarum, eisque semper aduersari non desinit. non enim possunt uirtutes cum uitiis pariter conmorari. quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci

10 cf. Gen. 15, 18—21 27 II Cor. 6, 14

1 adque *VP* inexplicabile *W* inferri D^1 ille D^1 2 dispexerant *DWP* dexpex. *O* 4 ^{m}irati *D* 10 abraam *W* 12 decim *V* 13 idolatria *codd. cf. XII, 2, 6* adque *VOP* blasf. *VDO* 14 babt. *OP* 15 impii *W* blasfema *V* blasphemia *D* 16 ęgipto *D* 17 inde *OX* 20 mo^{y}sen *VD* mosen *W* 21 starum *O* pernit. *DX* regione *D* 25 adque *VOP* 26 eiusque W^1 27 cum] c̄ D^1 28 luce D^1

2 cum tenebris? sed cum ab Israhelis populo, id est uirtutibus contra se dimicantibus fuerint uitia superata, locum quem sibi in corde nostro concupiscentiae uel fornicationis spiritus retentabat, deinceps castitas obtinebit: quem furor ceperat, patientia uindicabit: quem tristitia mortem operans occupauerat, salutaris et plena gaudio tristitia possidebit: quem acedia uastabat, incipiet excolere fortitudo: quem superbia conculcabat, humilitas honestabit. et ita singulis uitiis expulsis eorum loca, id est adfectus, uirtutes contrariae possidebunt, quae filii Israhelis, id est animae uidentis deum non inmerito nuncupantur. qui cum uniuersas cordis expulerint passiones, non tam alienas possessiones peruasisse quam proprias recuperasse credendi sunt.

XXIIII. Etenim quantum docet uetus traditio, has easdem terras Chananaeorum, in quas introducuntur filii Israhelis, filii Sem fuerant quondam in orbis diuisione sortiti, quas deinceps per uim atque potentiam posteritas Cham peruasionis iniquitate possedit. in quo et dei iudicium rectissimum conprobatur, qui et illos de locis alienis quae male occupauerant expulit, et istis antiquam patrum possessionem, quae prosapiae eorum
2 in diuisione orbis fuerat deputata, restituit. quae figura in nobis quoque stare certissima ratione cognoscitur. nam uoluntas domini possessionem cordis nostri non uitiis, sed uirtutibus naturaliter deputauit. quae post praeuaricationem Adae insolescentibus uitiis, id est populis Chananaeis a propria regione depulsae cum ei rursum per dei gratiam diligentia nostra ac labore fuerint restitutae, non tam alienas occupasse terras quam proprias credendae sunt recepisse.

XXV. De his octo uitiis et in euangelio ita significatur:

1 ad tenebras D^2P 3 furnic. *V* 4 coeperat *codd. praeter O* 5 uindicabitur W^1 6 letitia OX^2 possedebit D^1 7 acidia D^1W^1P extollere *O* 10 isrłis *W* uidentes VOP^2X 11 ñcupantur *D* 13 sint *V* 14 quntum *W* 15 cananeorum *O* isrł *D* fr̃hl *O* 17 adque *VP* cam *W* 18 possidit *V* iuditium *V* 19 alienos D^1 20 prosapia D^1 22 uolontas *V* 25 channaeis *V* cananeis *DO* 28 recipisse W^1OP^1

cum autem inmundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quaerens requiem, et non inuenit. tunc dicit: reuertar in domum meam unde exiui: et ueniens inuenit uacantem, scopis mundatam et ornatam: tunc uadit et adsumit alios spiritus septem nequiores se, et intrantes habitant ibi: et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. ecce ut ibi septem gentes legimus excepta Aegyptiorum de qua egressi fuerant filii Israhel, ita et hic septem reuerti spiritus dicuntur inmundi excepto eo qui ab homine prius narratur egressus. de hoc septenario fomite uitiorum Salomon 2 quoque in Prouerbiis ita describit: si te rogauerit inimicus uoce magna, ne consenseris ei: septem enim nequitiae sunt in anima eius: id est si superatus gastrimargiae spiritus coeperit tibi sua humiliatione blandiri, rogans quodammodo ut aliquid relaxans a coepto feruore inpertias ei quod continentiae modum et mensuram iustae districtionis excedat, ne resoluaris eius subiectione nec adridente inpugnationis securitate, qua uideris paulisper a carnalibus incentiuis factus quietior, ad pristinam remissionem uel praeteritas gulae concupiscentias reuertaris. per hoc enim dicit spiritus ille quem uiceras: reuertar in domum meam unde exiui, et procedentes ex eo confestim septem spiritus uitiorum erunt tibi acriores quam illa passio quae in primordiis fuerat superata, qui te mox ad deteriora pertrahent genera peccatorum.

XXVI. Quapropter ieiuniis et continentiae incubantibus nobis festinandum est, ut gulae passione superata protinus animam

1 Mt. 12, 43—45 12 Prov. 26, 25 (LXX)

1 exieret *W*[1] 3 in] ad *O* 4 inuenit eam *W* 5 ornata *D*[1] adsumpsit *V* adsumet *W* adsūmit *O* 9 ısrhł *W* isrł *V DX* ĩrhl *O ut solet* 11 septinario *VP* solomon *VW*[1] 12 discrib. *O* 15 blandire *D*[1]*X*[1] 16 quodamodo *W* aliquit *O* accepto *W*[1] 17 discretionis *OX* 20 praeteritis *W* guile *O* (*passim*) 21 cūcupiscentias *D* concupiscentiis *W*[2] dicet *WO* 24 separata *V*[1]*O* 25 pertra.hent *V* 26 continentiis *D*[1] incubantes *ex* incubantis *D*

nostram uacuam esse a necessariis uirtutibus non sinamus, sed eis uniuersos recessus cordis nostri studiosius occupemus, ne reuersus concupiscentiae spiritus inanes nos ab ipsis uacantesque repperiat et non sibi iam soli aditum parare contentus introducat secum in animam nostram septenarium hunc fomitem uitiorum et faciat nouissima nostra peiora
2 prioribus. turpior enim erit post haec et inmundior anima ac supplicio grauiore plectetur, quae se renuntiasse huic saeculo gloriatur dominantibus sibi octo uitiis, quam fuerat quondam in saeculo constituta, cum nec disciplinam monachi fuisset professa nec nomen. nam et nequiores hi septem spiritus illo priore qui egressus fuerat idcirco dicuntur, quia desiderium gulae, id est gastrimargia per sese non esset noxia, nisi intromitteret grauiores alias passiones, id est fornicationis, filargyriae, irae, tristitiae siue superbiae, quae per semet noxia
3 animae ac peremptoria esse non dubium est. et idcirco perfectionis puritatem numquam poterit obtinere, quisquis eam de hac sola continentia, id est ieiunio corporali sperauerit adquirendam, nisi nouerit ob id se hanc exercere debere, ut humiliata carne ieiuniis facilius possit aduersus alia uitia inire certamen non insolescente carne saturitatis ingluuie.

XXVII. Sciendum tamen non eundem esse in omnibus nobis ordinem proeliorum, quia sicut diximus non uno modo inpugnamur omnes, et oportet unumquemque nostrum secundum qualitatem belli quo principaliter infestatur concertationum luctamen adripere, ita ut alium necesse sit aduersus uitium quod tertium ponitur primum exercere conflictum, alium contra quartum siue quintum. et ita prout ipsa uitia in nobis obtinent

1 a *om.* *O* annecessariis *V* 2 recessos D^1WOP^1 occuperimus D^1 occupemur *W* 3 inanis D^1P^1 4 reperiat *OX* 5 septinarium *V* 10 condam *O* 11 hi. *V* hii D^1PX his *O* 13 grastrimargia *W* gastrimargiae D^2OP esse VP^1 14 intromittere *V* fornicationes V^1D 15 filargiriae *DOPX* 16 peremptuRia *V* pemtoria *DO* 18 ac *WO* 20 facilios D^1 aduirsus *V* 21 insoliscente D^1 saturatatis D^1 23 praeliorum *VW* 24 opurtet V^1 26 alium *om.* *W* 28 obtinent (opt. *W*) in nobis D^1W

principatum utque inpugnationis exigit modus, nos quoque oportet ordinem instituere proeliorum, secundum quem prouentus quoque uictoriae triumphique succedens faciet nos ad puritatem cordis et perfectionis plenitudinem peruenire.

Huc usque abbas Sarapion de natura octo principalium 2
uitiorum nobis disserens latentium in corde nostro passionum genera, quarum causas atque adfinitates, cum ab ipsis cotidie uastaremur, nec cognoscere penitus antea nec discernere poteramus, ita lucide reserauit, ut eas quodammodo ante oculos positas intueri nobis uelut in speculo uideremur.

1 atque O^2 2 praeliorum *W* 3 uicturiae *V* 5 abba *D* serapion *X* principalum *D* 7 adque *VP* cottidie *DX* 9 quoddammodo W^1 10 uideremur. Explicit conlatio (conlc. *D*) abbatis sarapionis (serap. *X*) de octo (VIII *D*) uitiis (uicia D^1) principalibus (principalia D^1 principalibus uitiis *X*) *VDWOX* Expl. coll. abb. sarapionis *P*, *in quo Conl. septima sequitur. in V sequitur indiculus Conlationum VI—X; cf. Prolegomena. post indiculum V habet*: Capitula de abbatis theodori conlatione. *sequuntur capitula Conlationum VI—X.*

VI.

CONLATIO ABBATIS THEODORI.

DE NECE SANCTORVM.

CAPITVLA.

I. Descriptio heremi et inquisitio de nece sanctorum.

II. Responsio abbatis Theodori ad propositam quaestionem.

III. De tribus quae in hoc mundo sunt, id est bonis et malis et mediis.

IIII. Quod malum nulli inuito ab alio possit inferri.

V. Obiectio, quemadmodum ipse deus dicatur creare mala.

VI. Responsio super interrogatione proposita.

VII. Interrogatio an reus sit qui iusto intulit mortem, cum iustus habeat de morte mercedem.

VIII. Responsio ad praecedentem interrogationem.

VIIII. Exemplum Iob a diabolo temptati et domini a Iuda traditi, et quod iusto tam prospera quam aduersa proficiant ad salutem.

X. De uirtute uiri perfecti qui ambidexter figuraliter nuncupatur.

Incip̃ capitula de conlatn̄ abb̄t theodori de nece scorum *D* Incipit conlatio abbatis theodorum de nece scorum amen. Incipit capitulatio *O* Item capitula de abbatis theodori conlatione *X* 5 describtio *V* rescriptio *X* 6 theoduri *V* 7 tribus *ex* rebus *V* 9 deferri *O* 10 creare] creatura *V* 13 morte *V* 16 beati iob *Xv* diabulo *VO* 17 prospera quaduersa (*sic*) *V*

XI. De duplici genere temptationum quae triplici modo inferuntur.

XII. Quomodo uir iustus non cerae, sed adamantino signatorio debeat esse consimilis.

XIII. Interrogatio, si possit mens iugiter in una atque eadem qualitate durare.

XIIII. Responsio ad interrogantis propositionem.

XV. Quod detrimentum sit discedentis e cella.

XVI. De mutabilitate etiam supernarum caelestiumque uirtutum.

XVII. Quod nemo ruina subitanea conlabatur.

I. In Palaestinae partibus iuxta Thecue uicum, qui Amos prophetam meruit procreare, solitudo uastissima est usque Arabiam ac mare mortuum, quo ingressa deficiunt fluenta Iordanis, et cineres Sodomorum amplissima extensione porrecta. in hac summae uitae ac sanctitatis monachi diutissime conmorantes repente sunt a discurrentibus Sarracenorum latrunculis interempti. quorum corpora licet sciremus tam a pontificibus 2
regionis illius quam ab uniuersa plebe Arabum tanta ueneratione praerepta et inter reliquias martyrum condita, ut innumeri populi e duobus oppidis concurrentes grauissimum sibi certamen indixerint et usque ad gladiorum conflictum pro sancta rapina sit eorum progressa contentio, dum pia inter se deuotione decertant quinam iustius eorum sepulturam ac reliquias pos-

13 cf. Amos 1, 1

3 amantino D adadamantino X 5 adque in eadem V 7 interrogantes V^1 8 e VX: a D ad cellā O 11 ruinae X^1 Finiunt capitula conlac̄. (*post capitula Conl. VI—X*) V Expliciunt capitula D: *om.* OX Incipit conlatio (conlac̄ D) abbatis theodori de nece sanctorum $VDWX$ Incipit liber sextus de nece scorum O 12 palastinae V iusta O thecuae VD^2 thaecue WO 13 usque ad VO 15 et in ceneres (s *add. m. 2*) D extentione O 16 hac] ac D^1W 17 sarracin. O saracen. X latronibus W 24 decertarent D sepulturas D possederent V^1

siderent, aliis scilicet de uicinia conmorationis ipsorum, aliis de originis propinquitate gloriantibus, nos tamen uel nostra uel quorundam non mediocriter ex hac parte scandalizantium fratrum offensione permoti inquirentesque, cur tanti meriti ac tantarum uirtutum uiri ita sint a latrunculis interfecti tantumque dominus passus fuerit erga suos famulos facinus perpetrari, ut uiros cunctis mirabiles in manus traderet inpiorum, maesti ad sanctum Theodorum singularem in conuersatione actuali
3 perreximus uirum. hic namque morabatur in Cellis, qui locus inter Nitriam ac Scitium situs et a monasteriis quidem Nitriae quinque milibus distans octoginta milium solitudine ab heremo Sciti in qua conmorabamur interueniente discernitur. cui cum de praedictorum uirorum nece querimoniam fudissemus, admirantes tantam dei patientiam, quod uiros scilicet illius meriti taliter interimi permisisset, ut, qui alios quoque suae sanctitatis pondere de huiusmodi liberare temptatione debuerint, ne se ipsos quidem praeripuerint de manibus impiorum, aut cur deus admitti in seruos suos tantum facinus concessisset, beatus Theodorus respondit.

II. Haec quaestio illorum solet animos permouere, qui parum fidei uel scientiae possidentes merita sanctorum uel praemia, quae non in praesenti redduntur, sed reposita sunt in futurum, arbitrantur in huius temporalis uitae breuitate
2 restitui. ceterum nos qui non sumus in hac uita tantum sperantes in Christo, ne secundum apostolum miserabiliores simus omnibus hominibus, quia scilicet in hoc mundo nihil promissionum recipientes etiam in futuro eas

24 I Cor. 15, 19

1 uicina *VW* 3 hac] ac *WO* 4 inquirentes *W* 5 sunt *D*[1] interfecti *DWOX*: interempti *V* 10 scitium *DWX*[1]: scytium *V* sitium *O* scithium *X*[2] monesteriis *D*[1] 11 octuaginta *VO* solitudinē *D* 12 scitii *DWOX*[1]: scyti *V* scithii *X*[2] commorabatur *W* 13 queremoniam *D*[1] fecissemus (ec *in ras. m. 2*) *D* 15 interemi *D*[1] permisissit *V*[1] permississet *DW*[1] alius *V*[1] 17 quur *O* 18 concessissit *V*: *post hoc uerbum in codd. cap. 2 incipit* 19 theudorus *V*[1] 20 animus *V*[1] 21 possedentes *V*[1] 24 ac *WO* 26 qui *O* 27 futurū *D*[1]

pro hac incredulitate perdemus, opinionibus eorum non debemus
errare, ne ignorata uerae definitionis sententia titubantes ac
trepidi in temptationibus moueamur, cum eisdem nos quoque
traditos uiderimus, uel iniustitiam scilicet uel incuriam huma-
narum rerum deo, quod dictu quoque nefas est, adscribentes,
quia sanctos uiros recteque uiuentes in temptatione non pro-
tegat nec bonis ea quae bona sunt nec malis mala retribuat
in praesenti, et cum illis damnari mereamur, quos Sophonias 3
propheta castigans qui dicunt, inquit, in cordibus suis:
non faciet dominus bene, sed neque faciet male,
uel certe cum illis inueniamur, qui huiusmodi querimoniis
deum blasphemare dicuntur: omnis qui facit malum,
bonus est in conspectu domini. et tales ei placent:
aut certe ubi est deus iustitiae? illam quoque blas-
phemiam quae in subsequentibus describitur similiter adiun-
gentes: uanus est, qui seruit deo: aut quod emolu-
mentum quia custodiuimus praecepta eius, et quia
ambulauimus tristes coram domino? ergo nunc
beatos dicimus adrogantes: siquidem ditati sunt
facientes impietatem, et temptauerunt deum, et
salui facti sunt. quamobrem ut hanc ignorationem, quae 4
prauissimi huius erroris radix et causa est, possimus euadere,
primum nosse debemus quid uere sit bonum, quid malum, et
ita demum super his non falsam uulgi, sed ueram scripturarum
definitionem tenentes minime infidelium hominum decipiemur
errore.

III. Tria sunt omnia quae in hoc mundo sunt, id est bonum, malum, medium. debemus itaque nosse quid proprie bonum, quid malum quidue sit medium, ut nostra fides uera scientia

9 Sophon. 1, 12 12 Mal. 2, 17 16 Mal. 3, 14—15

1 perdemus *DWO*: perdimus *VX* 3 tepidi *O* in *om. VX*: *eras. in D* 4 traditus *V*[1] 5 dictum *VO*[1] 8 sofonias *VW* soffonias *DO* 9 prof. *D* castigat *WX* inquid *VDWO* 12 blasf. *O*, *item infra* om̃s *W* fecit *W*[1] 14 es *O* 15 describetur *V* discribetur *W*[1] 16 emulum. *V* emolum. nobis est *W* 17 custud. *V* 18 ambolauimus *V*[1] quoran *O* 19 beatus *VO*

conmunita in cunctis temptationibus inconcussa perduret. nihil
igitur in rebus dumtaxat humanis principale bonum esse cre-
dendum est nisi uirtus animi sola, quae fide sincera nos ad
diuina perducens illi inmutabili bono facit iugiter inhaerere.
et e contrario nihil malum esse dicendum est nisi peccatum
solum, quod a bono deo nos separans malo facit diabolo copu-
2 lari. media sunt quae in utramque partem pro adfectu et
arbitrio utentis deriuari possunt, ut puta diuitiae, potestas,
honor, robur corporis, sanitas, pulchritudo, uita ipsa uel mors,
paupertas, infirmitas carnis, iniuriae et cetera his similia, quae
pro qualitate et affectu utentis uel ad bonam possunt partem
proficere uel ad malam. nam et diuitiae proficiunt frequenter
ad bonum secundum apostolum, qui diuitibus mundi
huius praecipit ut facile tribuant, conmunicent indi-
gentibus, thesaurizent sibi fundamentum bonum
in futurum, ut per has adprehendant ueram uitam,
et secundum euangelium bonae sunt illis qui faciunt sibi
3 amicos de iniquo mamona. quae rursum retorquentur
ad malum, cum ad recondendum tantummodo uel ad luxuriam
congeruntur et non ad usus indigentium dispensantur. potestas
quoque et honor corporisque robur ac sanitas quam sint media
et utrubique conuenientia etiam ex hoc facile conprobatur,
quod multi sanctorum in ueteri testamento potiti his omnibus
et in summis diuitiis et culmine dignitatum ac fortitudine
corporis constituti deo quoque acceptissimi fuisse noscuntur.
4 et e diuerso qui his male abusi sunt et ea ad ministerium
suae nequitiae detorserunt, non inmerito uel puniti sunt uel

13 I Tim. 6, 17—19 17 Luc. 16, 9

1 conmonita *V* 2 in *om.* W^1 5 ducendum D^1W *cf. c. 9, 3. 10, 1* 6 diabolo facit D^1 7 in] inter *V* 8 diriuari VW^2O X^1 9 robor $VD^1W^1X^1$ pulcritudo *VX* 13 diuitebus V^1 huius mundi *D a m. 2* 14 praecepit *VX* 15 thensaurizent W^1 tesaurizent *D* 16 has] hanc *W* has diuitias *D* 18 amicus V^1 mammona *DOX* retrorquentur W^1 21 robor DX^1 22 utrubique VOX^1: utrobique X^2 utrisque *D* utrique *W* 25 nuscuntur D^1

extincti, quod frequenter Regnorum liber indicat factum. de ipsa etiam uita ac morte quia mediae sint uel sancti Iohannis uel Iudae natiuitas protestatur. unius namque in tantum sibimet uita profuit, ut aliis quoque gaudium ortus eius contulisse dicatur secundum illud: et multi super eius natiuitate gaudebunt. de alterius uero dicitur uita: bonum erat
ei si natus non fuisset homo ille. de morte etiam 5
Iohannis omniumque sanctorum dicitur: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius, de Iudae autem ac similium: mors peccatorum pessima. infirmitas etiam carnis interdum quam sit commoda Lazari illius pauperis ulcerosi beatitudo demonstrat. cuius cum nulla alia uirtutum merita scriptura conmemoret, pro hoc solo quod egestatem et infirmitatem corporis patientissime tolerauit, sinus Abrahae
possidere beatissima sorte promeruit. egestas quoque ac per- 6
secutiones et iniuriae, quae mala esse totius uulgi opinione censentur, quam sint utiles ac necessariae etiam ex hoc liquido conprobatur, quod sancti uiri non solum eas numquam uitare noluerunt, uerum etiam uirtute summa uel adpetentes uel fortiter tolerantes amici dei effecti aeternae uitae sunt stipendia consecuti, beato apostolo concinente: propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum,
quia uirtus in infirmitate perficitur. et idcirco illi 7
qui summis saeculi huius diuitiis et honoribus ac potentatibus extolluntur, non ex his principale bonum obtinuisse credendi sunt, quod in solis esse uirtutibus definitur, sed medium quiddam, quia sicut iustis recte ac necessarie utentibus utilia haec esse repperiuntur et commoda (occasionem namque operis

5 Luc. 1, 14 6 Mt. 26, 24 8 Ps. 115, 15 10 Ps. 33, 22 11 cf. Luc. 16, 20 sqq. 21 II Cor. 12, 10 et 9

1 regum *D* 2 media *D*[1] 8 omnium *V*[1] 9 iuda *V* 10 similium eius *WO* 11 eleazari *O* 13 scriptura sc̃a *W* 20 forteter *D*[1] 22 in *post* mihi *om.* *D*[1] contumiliis *V* 26 potestatibus *WXv* 27 optenuisse *D*[1] optin. *D*[2]*W* 28 esse *om.* *D*[1] 30 reperiuntur *X* commoda quae *W* namque *om.* *W*

boni fructusque in illius uitae aeternitate parturiunt), ita illis qui male opibus abutuntur inutiles sunt atque incommodae et occasionem peccati mortisque concinnant.

IIII. Has itaque diuisiones fixas atque inmobiles retinentes scientesque nihil esse bonum nisi uirtutem solam, quae ex timore dei ac dilectione descendit, nec malum quicquam esse nisi peccatum solum et separationem a deo diligenter nunc discutiamus, utrum deus umquam sanctis suis aut per se aut per alium quempiam inferri permiserit malum. quod sine dubio nusquam omnino repperies. nec enim potuit aliquando cuiquam nolenti ac resistenti malum peccati alter inferre nisi illi soli, qui illud in sese cordis ignauia et corrupta uoluntate
2 suscepit. denique cum beato Iob diabolus adhibitis uniuersis nequitiae suae machinis malum hoc peccati uoluisset inferre ac non solum cunctis eum facultatibus spoliasset, uerum etiam post illum de morte septem filiorum tam atrocem tamque insperatum orbitatis dolorem uulnere eum pessimo a capitis uertice usque ad plantam pedum et intolerandis cruciatibus onerasset, nequaquam ei peccati maculam quiuit infligere, quia in cunctis inmobilis perseuerans nullum blasphemiae adcommodauit adsensum.

V. GERMANVS: Frequenter legimus in scripturis sanctis deum creasse mala uel hominibus intulisse, ut est illud: quoniam absque me non est: ego dominus, et non est alter, formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, et creans mala, et iterum: si est malitia in ciuitate quam dominus non fecit?

VI. THEODORVS: Nonnumquam solet scriptura diuina abusiue mala pro adflictionibus ponere, non quia per naturam proprie mala sint, sed secundum hoc quod ab his sentiantur

24 Esai. 45, 6—7 26 Amos 3, 6 (LXX)

2 adque *V* 4 adque *V* 5 scientes *W* 6 dilictione *V* discendit *W* quidquam D^1W^1O 10 reperies *X* 13 beatū D^1 diabulus *V* 15 expoliasset *V* expoliasse *O* 17 inspiratum W^1O 18 peduum *D* intollerandis *W* 19 qui *O* 20 in *om.* *V* 23 omnibus W^1 26 malū *D*

mala quibus utiliter inferuntur. hominibus etenim disputans diuina censura necesse est ut humanis uerbis et adfectibus eloquatur. etenim sectio uel ustio salutaris, quae illis qui ulcerum contagione putrefacti sunt pie infertur a medico, mala a tolerantibus creditur. nec equo calcar nec emendatio suauis est delinquenti. omnes etiam disciplinae his qui erudiuntur 2 amarae sentiuntur ad praesens, sicut apostolus dicit: omnis autem disciplina in praesenti non uidetur esse gaudii sed maeroris, postea autem fructum pacatissimum his qui per se exerciti sunt reddit iustitiae, et: quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. quis enim est filius quem non corripit pater? itaque mala nonnumquam poni pro adflictionibus solent secundum illud: et paenituit deus super malitia quam locutus est ut faceret eis, et non fecit, et iterum: quia tu, domine, misericors et miserator, patiens et perquam misericors et paenitens in malitiis, id est super tribulationibus et aerumnis quae nobis pro peccatorum nostrorum meritis inferre conpelleris. quas sciens utiles esse nonnullis ita alius propheta, 3 utique non inuidens saluti eorum, sed consulens inprecatur: adde illis mala, domine, adde mala gloriosis terrae, et ipse dominus ecce, inquit, inducam super eos mala, id est dolores ac uastitates, quibus in praesenti salubriter castigati ad me, quem in rebus prosperis contempserunt, reuerti tandem ac festinare cogantur. ideoque haec principalia esse mala non possumus definire: multis enim ad bonum proficiunt et causas aeternorum pariunt gaudiorum. et idcirco,

7 Hebr. 12, 11 11 l. c. 6—7 14 Ion. 3, 10 (LXX) 16 Ioel 2, 13 (LXX) 22 Esai. 26, 15 (LXX) 23 Hierem. 11, 11

4 inferuntur *D* 5 a *post* mala *om*. *O* 9 gaudiis et *D*[1] meroris *DWOX* p̄catissimum *D*[1] 10 pro se *D*[1] exercitati *DW*[2]*OXv* reddet *D*[2]*OX* 12 recepit *V*[1] 13 corripiat *D*[1] 14 pro adflict. poni *D*[1] penituit *DOX* poen. *W* 15 malatia *D*[1] loquutus *O* facerit *V*[1] 17 miseratur *V* 18 penitens *DOX*: poen. *W* patiens *V* tribolat. *V*[1] 20 prof. *DW* 21 uidens *D*[1] consolens *W*[1] 23 inquid *VDWO*

ut ad quaestionem propositam recurramus, uniuersa quae putantur mala nobis ab inimicis uel a quibuscumque aliis inrogari non sunt credenda mala esse, sed media. non enim talia inuenientur qualia putat esse ille qui intulit animo furi-
4 bundo, sed qualia senserit ille qui sustinet. ideoque cum inlata fuerit mors uiro sancto, non ei malum inlatum esse credendum est, sed medium quiddam. quod cum peccatori malum sit, iusto requies et absolutio fit malorum. mors enim uiro requies cuius uia abscondita est. et ideo nec uir iustus ex hac aliquod perpetitur detrimentum, quia nihil pertulit noui, sed id, quod ei accessurum fuerat necessitate naturae, inimici nequitia non sine praemio uitae perennis excepit ac debitum mortis humanae quod inexcusabili lege reddendum est cum fructu uberrimo passionis ac magnae remunerationis mercede persoluit.

VII. GERMANVS: Ergo si interemptus iustus non solum nihil mali perpessus est, sed etiam mercedem passionis adsequitur, quomodo in reatum uocabitur qui non nocuit mortem inferendo, sed profuit?

VIII. THEODORVS: Nos de proprietate boni malique uel eius quod diximus esse medium disputamus, non de affectu eorum qui ista conmittunt. nec enim quis impius uel iniquus idcirco inpunitus erit, quia malitia sua iusto nocere non potuit. tolerantia enim et uirtus iusti non illi qui mortem uel supplicia intulit, sed illi proficit ad mercedem qui inlata sibi patienter excepit. ideoque et hic merito punietur pro crudelitatis saeuitia, quia malum uoluit inferre, et ille nihilominus nihil mali perpessus est, quia uirtute animi sui patienter temptationes doloresque sustentans ea quae malo proposito inlata sunt

8 Iob 3, 23 (LXX)

3 esse mala D^1 9 uita D^2 10 hoc D^1 as *W* quia *V*: qui *DWOXv* 12 praemia *W* 13 inexcusabile D^1 18 reatu *ex* reatū *W* inferrendo *D* 22 inicus *WO* 23 inponitas V^1 24 supplicium *V* 25 ille D^1 sibi] sibi mala *D* 26 crudilit. *V* 27 qua D^1O^2Xv quam O^1 nihil *eras. in* *V*

ad profectum melioris status et aeternae uitae fecit beatitudinem pertinere.

VIIII. Neque enim patientia Iob mercedem diabolo, quia
eum inlustriorem suis temptationibus reddidit, sed illi ipsi
qui eas uiriliter pertulit adquisiuit, nec Iudas aeterni supplicii
inmunitate donabitur, quia proditio eius ad salutem generis
profecit humani. non enim prouentus considerandus est operis,
sed operantis adfectus. quapropter haec debet in nobis definitio
inmobiliter custodiri, quod nulli malum ab alio possit inferri,
nisi qui illud ignauia sui cordis ac pusillanimitate contraxerit,
hanc eandem sententiam beato apostolo uno uersiculo confirmante: scimus autem quoniam diligentibus deum
omnia cooperantur ad bonum. dicens enim omnia 2
cooperantur ad bonum uniuersa non solum quae prospera,
uerum etiam quae putantur aduersa pariter conprehendit. per
quae et in alio loco idem apostolus se transisse describit, cum
dicit: per arma iustitiae quae a dextris sunt et a
sinistris, id est per gloriam et ignobilitatem, per
infamiam et bonam famam, ut seductores et ueraces, ut tristes semper autem gaudentes, ut egentes
multos autem locupletantes, et cetera. omnia ergo quae 3
prospera reputantur et dextrae dicuntur partis, quae sanctus
apostolus gloriae et bonae famae uocabulo designauit, illa etiam
quae existimantur aduersa, quae per ignobilitatem et infamiam
euidenter expressit quaeque a sinistris esse describit, efficiuntur uiro perfecto arma iustitiae, si inlata sibi magnanimiter
sustentauerit, quod uidelicet per haec dimicans et istis ipsis

12 Rom. 8, 28 17 II Cor. 6, 7—10

3 diabulo D^1 qui *W* qui *O* 5 suppli V^1 7 proficit *VWO* 8 operantes D^1 quia propter D^1 9 custudiri *V* custodire D^1 10 contraxerint W^1 13 quooperantur *V* dicens .... 14 bonum *om.* D^1WX^1 omnia *om.* D^1 14 uniuersa utique non *W* 16 in *om.* *DW* discribit *DW* 17 ad dextris D^1 W^1 21 multus V^1 22 putantur *WO* dexterae *O* partes D^1W 23 gloria *VO* uocabolo D^1 24 extimantur *O* 25 discribit *DW* 27 stis O^1

quibus inpugnari putatur aduersis tamquam armis utendo eisque uelut arcu et gladio scutoque ualidissimo contra illos qui haec ingerunt conmunitus profectum suae patientiae ac uirtutis adquirat, gloriosissimum constantiae triumphum ex ipsis quae letaliter inferuntur capiens hostium telis, nec prosperis dumtaxat elatus nec deiectus aduersis, sed itinere plano ac uia regia semper incedens, ab illo tranquillitatis statu nequaquam laetitia superueniente quasi in dexteram motus nec ingruentibus aduersis tristitiaque dominante uelut ad laeuam rursus inpulsus. pax enim multa diligentibus nomen
4 tuum: et non est illis scandalum. de illis uero, qui per singulos incurrentes casus pro eorum qualitate ac uarietate mutantur, ita dicitur: stultus autem sicut luna mutabitur. ut enim de perfectis ac sapientibus dicitur: diligentibus deum omnia cooperantur ad bonum, ita de infirmis pronuntiatur ac stultis: omnia aduersa uiro insipienti. nec prosperis enim rebus proficit nec emendatur aduersis. eiusdem namque uirtutis est tristia fortiter tolerare, cuius etiam secunda moderari, et eum qui in uno eorum superatur neutrum subferre certissimum est. facilius tamen quis elidi potest prosperis quam aduersis. haec enim interdum etiam inuitos retinent atque humiliant et conpunctione saluberrima uel minus peccare faciunt uel emendant: illa uero mollibus mentem ac perniciosis extollentia blandimentis securos felicitatis suae prouentu ruina maiore prosternunt.

X. Isti sunt ergo qui figuraliter in scripturis sanctis *ἀμφοτεροδέξιοι*, id est ambidextri nuncupantur, ut ille Aoth

10 Ps. 118, 165 13 Sir. 27, 12 15 Rom. 8, 28 16 Prov. 14, 7 (LXX)

1 putamur *D*¹*W* 2 ualedissimo *D*¹ illus *V* 4 uirtutes *D*¹ 5 hostilium *V* ostium *W* 6 itenere *V*¹ in itinere *D*¹ 9 tristitiaque] tristitiam *W* 12 singulus *V*¹ 15 quooperantur *O* 16 aduersaria *D*¹*WO* 18 tristitia *D*¹*W*¹*O*¹ tristitiam *D*²X 22 inuitus *V* 24 mouilibus *O* pernitiosis *VD* securus *V* 26 sanctis *om.* *O* 27 αωΦοτεροΔe (*sic*) *V* αмΦοτeρολeξιο *D* aalΦοτepoaeξιοι *W* ΑΜΥΟτeρΛeζιοι *O* ΔϽ-cΦοΘεροΔεξιοι *X* aot *O* aoht *X*

in libro Iudicum fuisse describitur, qui utraque manu utebatur pro dextera. quam uirtutem ita poterimus nos quoque intellectualiter possidere, si ea quae prospera sunt dextraque censentur et ea quae aduersa sunt ac sinistra dicuntur bono rectoque usu ad partem fecerimus dexteram pertinere, ut quaecumque fuerint inlata fiant nobis secundum apostolum arma iustitiae. duabus namque partibus et ut ita dixerim manibus interiorem hominem nostrum subsistere peruidemus, nec quisquam sanctorum carere hac sinistra quam dicimus potest: sed in hoc uirtus perfecta discernitur, si utramque in dexteram bene utendo conuertat. et ut manifestius 2
hoc quod dicimus possit intellegi, habet uir sanctus dexteram, successus uidelicet spiritales, in qua tunc consistit quando feruens spiritu desideriis et concupiscentiis omnibus dominatur, quando ab omni diabolica inpugnatione securus absque ullo labore ac difficultate uitia carnis uel respuit uel abscidit, cum sublimatus a terra uniuersa praesentia atque terrena uelut inanem fumum umbramque uacuam contemplatur et ut mox transitura contemnit, cum futura per excessum mentis non solum ardentissime concupiscit, uerum etiam clarius intuetur, cum efficacius spiritalibus pascitur theoriis, cum lucidius reserata sibi conspicit caelestia sacramenta, cum orationes purius atque alacrius emittit ad deum, cum ita spiritus ardore succensus ad ea quae inuisibilia sunt et aeterna tota animi alacritate transmigrat, ut nequaquam se iam credat in carne consistere. habet similiter et sinistram, cum temptationum 3
turbinibus inplicatur, cum ad desideria carnis incentiuorum aestibus inflammatur, cum ad iracundiae furorem perturbationum igne succenditur, cum superbiae seu cenodoxiae elatione pulsatur,

1 Iud. 3, 15 7 II Cor. 6, 7

1 discribitur DW^2O discribetur W^1 2 utibatur *V* dextra W^1X 4 dexteraque *O* 7 ut *om.* V^1 9 ac *W* 10 utramque partem bene utendo conuertat in dexteram *W* 12 intellege D^1 13 quo *V* consistet *WX* 17 adque *VO* 19 cum] c̄ D^1 p excèssu *D* 21 efficatius *codd.* 22 sacramenta *aut eras. aut omissum in V* 23 prius D^1 28 fururem V^1

cum tristitia mortem operante deprimitur, cum machinis acediae et inpugnatione concutitur cumque omni spiritali feruore subtracto quodam tepore atque inrationabili maerore torpescit, ut non solum cogitationibus rectis ac feruentibus deseratur, sed etiam psalmus, oratio, lectio, remotio cellae simul horreant et intolerabili quodam taetroque fastidio uniuersa sordeant instrumenta uirtutum, quibus cum pulsatur monachus, sinistris
4 partibus se cognoscat urgueri. quisquis igitur in illis quae dextrae partis esse praediximus minime fuerit subintrante gloria uanitatis elatus et in istis quae sinistrae partis sunt uiriliter dimicans nulla desperatione conciderit ac potius de contrariis arma quaedam patientiae ad exercitium uirtutis adsumpserit, utraque manu utetur pro dextera et in utroque actu triumphator effectus tam de sinistro statu quam de dextro
5 palmam uictoriae consequetur. qualem beatum Iob legimus meruisse, qui utique per dexteram coronabatur, quando septem filiorum pater opulentus ac diues incedens cotidiana pro eorum purificatione sacrificia domino deferebat, non tam sibi eos quam deo susceptos ac familiares cupiens exhibere, quando ianua eius omni aduenienti patebat, quando erat pes claudorum et oculus caecorum, quando de uelleribus ouium eius umeri calefiebant infirmorum, quando erat orfanorum pater et uir uiduarum, quando ne in corde quidem suo super inimici sui
6 ruina gauisus est. idemque rursum per sinistram partem sublimiore uirtute de aduersitatibus triumphabat, cum septem filiis uno orbatus momento non ut pater acerbo luctu conficie-

18 cf. Iob 1, 5 20 l. c. 29, 15 21 l. c. 31, 20

1 depremitur V^1 machenis D^1 3 adque *VO* merore *DWOX* 4 desideratur *D* 5 psalmis W^1 6 intoller. *W* tetroque *DOX* 8 cognuscat V^1D^1 urgeri DW^1X 9 dextere *O* 10 partes D^1 parte W^1 11 disper. *DWO* 13 utitur VD^2 dextra D^1X 14 actu *om.* *O* triumphatur VW^{r1} 15 uicturiae *V* consequitur D^1W^1 16 dextera *W* coronabitur D^1 17 opitulentur D^1 incidens VD^1 cotidiae W^r cottidiana *X* 19 susceptus *V* 20 clodorum O^1 21 humeri *D* 22 orphanorum *X* 23 nec *X* 24 per] p *D* sinistra parte D^2

batur, sed ut uerus dei famulus super creatoris sui uoluntate
gaudebat, cum ex locuplete pauperrimus, nudus ex diuite,
ex ualido tabidus, ex inclyto et glorioso ignobilis atque de-
spectus incorruptam animi fortitudinem retentabat, cum deni-
que omni substantia atque opibus destitutus sterculinii erat
factus habitator et uelut quidam corporis sui seuerissimus
carnifex testa radebat saniem profluentem atque ex omni parte
membrorum glaebas uermium mersis in profunda uulnerum
digitis detrahebat. in quibus cunctis in nullam desperando 7
prolapsus est blasphemiam nec aduersum creatorem suum
in aliquo murmurauit. quin immo nequaquam tanta temptati-
onum mole atque acerbitate conterritus ipsum quoque quod
ex omni pristina facultate suo corpori superfuerat indumentum,
quodque solum quia ipso uestiebatur a diaboli potuerat uastati-
one saluari, rescindens atque abiciens adiecit super illam, quam
dirissimus praedo intulerat, spontaneam nuditatem. comam 8
quoque capitis, quae sola de prioris gloriae reliquiis intacta
remanserat, uexatori suo proiecit abscisam et amputans etiam
id quod saeuiens reliquerat inimicus illa caelesti aduersus
eum uoce tripudiat et insultat: si bona suscepimus de
manu domini, mala non sustinebimus? nudus egres-
sus sum de utero matris meae, nudus reuertar
illuc: dominus dedit, dominus abstulit: sicut
domino placuit, sic factum est: sit nomen domini
benedictum. ambidextrum merito dixerim et Ioseph, qui
in prosperis gratior patri, religiosior fratribus, acceptior deo,
in aduersis castus, domino fidelis, carcere mitissimus uinctis,

1 l. c. 1, 21 5 l. c. 2, 8 17 l. c. 1, 20 20 l. c. 2, 10. 1, 21

2 gaudebit *D*[1] 3 tabidis *D*[1] inclito *DOX* adque *VO* dispectus *D*[1] 5 adque *VO* sterquilinii *DWO*[2]*X* 6 habitatur *V* 7 adque *V* 8 glebas *DWOX* mersus *W*[1] emersis *W*[2] 9 disper. *D*[1] 10 blasf. *O* 11 murmor. *D*[1] 12 adque *VO* 13 fuerat *O* 14 ipso] *p* *D*[1] uestiebantur *D*[1] diabuli *VD* 15 adque *V* 16 dirisimus *W* 17 reliquis *D*[1]*OX*[1] 20 suscipimus *V* 21 mala quare non *D*[2]*O* 22 et reuertar *W* 25 benedictum in scla *W* 27 carceri *VOX*[1] carc̃ *D*[1] in carcere *D*[2] uinctus *D*[2]

iniuriarum inmemor, beneficus inimicis, inuidis et quantum in ipsis fuit interfectoribus fratribus non solum pius, sed etiam
9 munificus inuenitur. hi ergo eorumque consimiles recte ἀμφοτεροδέξιοι, id est ambidextri nuncupantur. utraque enim manu utuntur pro dextera et inter haec quae apostolus dinumerat transeuntes pariter dicunt: per arma iustitiae quae a dextris sunt et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, et cetera. de qua dextera uel sinistra ita Salomon ex persona sponsae loquitur in Cantico Canticorum: laeua eius sub capite meo, et dextera eius amplexabitur me. quas licet utrasque utiles esse significet, tamen illam sub capite suo ponit, quia subiacere debent aduersae partes principali cordis. ad hoc siquidem tantum utiles sunt, ut pro tempore nos exerceant et erudiant ad salutem ac perfectos ad patientiam reddant. dexteram uero ad confouendam se ac perpetuo conseruandam salutari amplexu sponsi sibimet cohaerere atque
10 insolubiliter ei optat innecti. erimus igitur ambidextri, quando nos quoque rerum praesentium copia uel inopia non mutarit et nec illa nos ad uoluptates noxiae remissionis inpulerit nec ista ad desperationem adtraxerit et querellam, sed similiter deo grates in utroque referentes parem fructum de secundis aduersisque capiamus. qualem se ille uerus ambidexter doctor gentium fuisse testatur dicens: ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. scio et humiliari, scio et abundare: ubique et in omnibus institutus sum,

6 II Cor. 6, 7—8 10 Cant. 2, 6 24 Phil. 4, 11—13

1 iniuriam *V* 3 hii D^1*WO* 4 amΦoτεpoΔeξιo· *D* ἀμφοτ. id est *om. W* 6 transcurrentes *O* 9 dextra *DX* salamon *X* 10 sposae V^1 cantico] cant̃ *D* 11 eis D^1 12 scilicet *D* magnificet *V* lebam illam *O* 13 punit V^1 15 perfectus *V* 16 dextram D^1*W* 17 adque *V* 21 disper. *V*D^1*WO* querellam *O*: quaerellam *VDW* querelam *X* 22 gratias *DW* ferentes partem *V* fructuum V^2 23 doctur V^1 26 habundare *DX* in omnibus *ex* hominibus *D*

et saturari et esurire et abundare et penuriam pati. omnia possum in eo qui me confortat.

XI. Ergo licet dixerimus bipertitam esse temptationem, id est in rebus uel prosperis uel aduersis, sciendum tamen omnes homines triplici ratione temptari: plerumque ob probationem, nonnumquam ob emundationem, interdum ob merita delictorum. et ob probationem quidem ut beatum Abraham, ut Iob multosque sanctorum tribulationes innumeras legimus pertulisse, uel illud quod in Deuteronomio dicitur ad populum per Moysen: et recordaberis cuncti itineris illius, per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertum, ut adfligeret te atque temptaret, et nota fierent quae in tuo animo uersabantur, utrum custodires mandata illius an non. et illud quod in psalmo dicitur: probaui te ad aquam contradictionis. ad Iob quoque: an putas me tibi aliter locutum quam ut appareres iustus? ob emundationem 2
uero, cum iustos suos pro paruis quibusdam leuibusque peccatis seu pro elatione suae puritatis humilians diuersis temptationibus tradit, ut omnem sordem cogitationum et ut uerbis prophetae dicam scoriam, quam in occultis eorum peruidet esse concretam, excoquens in praesenti uelut aurum purum futuro transmittat examini, nihil in eis residere permittens quod scrutans post haec iudicii ignis poenali cruciatu expurgaturus inueniat, secundum illud: multae tribulati-

10 Deut. 8, 2 15 Ps. 80, 8 16 Iob 40, 3 (LXX) 21 cf. Esai. 1, 25 25 Ps. 33, 20

1 satiari *DWO* abundari D^1 habundare *WX* 3 *W non distinguit* id est *om.* *O* 4 sciendum est *DWOXv* 6 emundationem *WO*: emend. *VDX* peccatorum *O* 7 et *om.* W^1: *cf. ad Conl. I 19, 1* abraam *W* multusque V^1 9 deutoronum̄i *D* 10 mosen *VW* 11 dominus *om.* *O* 12 adque *V* 14 custudires *V* 15 apud *DWXv* aput aquas *O* 17 appareris *V* appareas *O* emundationem WD^2O: enund. D^1 emend. *VX* 18 iustus suus V^1 21 prof. *D* 22 puidit D^1 peruidit W^1 uidet *O* exquoquens *VDO* 25 ••purgaturus *W*

ones iustorum, et: fili, noli neglegere disciplinam domini, neque fatigeris cum ab eo increparis: quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. quis enim est filius quem non corripit pater? quodsi extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulterini et non filii estis. et in Apocalypsi:
3 ego quos amo, arguo et castigo. ad quos etiam sub figura Hierusalem ex persona dei ita per Hieremiam sermo dirigitur: faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, ut non tibi uidearis innoxius. pro qua salutari emundatione orat Dauid dicens: proba me domine, et tempta me: ure renes meos et cor meum. Esaias quoque utilitatem huius temptationis intellegens corripe, inquit, nos domine, uerumtamen in iudicio: et non in furore tuo, et iterum: confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus,
4 et consolatus es me. pro merito autem peccatorum plaga temptationis infertur, ut ibi plagas populo Israheli inmissurum se dominus conminatur dicens: dentes bestiarum inmittam in eos, cum furore trahentium super terram, et: frustra percussi filios uestros, disciplinam non recepistis. in Psalmis quoque: multa flagella peccatorum, et in euangelio: ecce sanus factus es: iam

1 Hebr. 12, 5—8 8 Apoc. 3, 19 10 Hierem. 30, 11 14 Ps. 25, 2 16 Hierem. 10, 24 18 Esai. 12, 1 22 Deut. 32, 24 24 Hierem. 2, 30 25 Ps. 31, 10 26 Ioh. 5, 14

1 et iterum *O* neglere *V* negligere *D* 2 cum ... increparis *om.* *D*[1] 4 recepit *V*[1] 5 quem] q; *D*[1] pater non corripit *DW* 7 apocalipsi *W* apocalipsin *O* 9 hierimiam *V* iherem. *OX* 10 consumat. *WO* 12 consumat. *WO* 14 emend. *X*[1] 15 meus *V*[1] isaias *W* ieremias *D*[2]*O* (*immo errauit auctor*) 17 inquid *VDWO* 18 furure *V*[1] 19 furur *V*[1] 23 furure *V*[1] 24 filius uestrus *V*[1] uestros et *O* 25 recipistis *DW*

noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.
inuenimus sane et quartam rationem, qua ob manifestandam
solummodo gloriam et opera dei inferri quibusdam aliquas
passiones scripturarum auctoritate cognoscimus secundum illud
euangelii: neque hic peccauit neque parentes eius,
sed ut manifestentur opera dei in ipso, et iterum:
infirmitas haec non est ad mortem sed pro gloria
dei, ut glorificetur filius dei per ipsam. sunt autem 5
et alia ultionum genera, quibus nonnulli qui malitiae super-
gressi sunt cumulum percutiuntur ad praesens, ut Dathan et
Abiron siue Core legimus fuisse damnatos et uel maxime illos
de quibus apostolus dicit: propter quod tradidit illos
deus in passiones ignominiae et in reprobum sen-
sum: quod etiam ceteris poenis grauius iudicandum est. de
ipsis namque Psalmista in laboribus, inquit, hominum
non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur.
non enim merentur saluari uisitatione domini nec temporalibus 6
plagis consequi medicinam, qui desperantes semet ipsos
tradiderunt inpudicitiae in operationem omnis
erroris, in inmunditiam, quique obduratione cordis et
usu ac frequentia delinquendi purgationem breuissimi huius
aeui et ultionem uitae praesentis excedunt. quibus etiam per
prophetam sermo diuinus exprobrat: subuerti uos, sicut
subuertit deus Sodomam et Gomorram, et facti
estis sicut torris raptus de incendio: et nec sic
redistis ad me, dicit dominus. et Hieremias: inter-
feci et perdidi populum meum, et tamen a uiis

5 Ioh. 9, 3 7 Ioh. 11, 4 12 Rom. 1, 26 et 28 15 Ps. 72, 5 18 Eph. 4, 19 23 Amos 4, 11 26 Hierem. 15, 7

1 contigat *W*: *deinde sequuntur in hoc codice uerba* 6 et iterum .... 8 per ipsum (*sic*), *tum* inuenimus sane .... 6 opera dei in ipso, *post quae repetuntur uerba* et iterum .... per ipsum 4 cognuscimus *V* 6 manifestetur D^1O 7 propter gloriã *D* 8 glorificitur *V* ipsum D^2WO 10 datan et abiran et *O* 11 chore *X* damnatus V^1 12 illus *V* 15 inquit *V in marg.* inquid *DWO* 18 disper. D^1 ipsus *V* 24 gomr̃ *D* gomurram X^1 25 turris VD^1 26 hierimias *V* interfici VD^1O

suis non sunt reuersi, et iterum: percussisti eos, et
non doluerunt: adtriuisti eos, et rennuerunt acci-
pere disciplinam: indurauerunt facies suas super
7 petram, noluerunt reuerti. erga quorum curationem
omnem temporis istius medicinam uidens propheta in cassum
fuisse consumptam, desperans quodammodo iam de eorum salute
proclamat: defecit sufflatorium in igne, frustra con-
flauit conflator: malitiae enim uestrae non sunt
consumptae. argentum reprobum uocate eos, quia
dominus proiecit eos. hanc salutarem ignis purgationem
circa eos qui praedurati sunt sceleribus suis inaniter se domi-
nus adhibuisse sub persona Hierusalem concretae profunda
robigine peccatorum ita conqueritur pone, inquiens, eam
super prunas uacuam, ut incalescat, et liquefiat
aes eius: et confletur in medio eius inquinamentum
eius. multo labore sudatum est, et non exiuit de
ea nimia robigo eius, neque per ignem. inmundi-
tia tua execrabilis: quia mundare te uolui, et non
8 es mundata a sordibus tuis. quamobrem ut peritissimus
medicus expensis omnibus salutaribus curis nec ullum iam
remedii genus quod infirmitati eorum possit aptari dominus
superesse conspiciens quodammodo iniquitatum magnitudine
superatur, ac discedere ab illa clementi sua castigatione con-
pellitur itaque ei denuntiat dicens: iam non irascar tibi,
et zelus meus recessit a te. de aliis uero, quorum non
praedurauit cor frequentia peccatorum nec illa seuerissima et
ut ita dixerim caustica ignis indigent medicina, sed eruditio
salutaris uerbi sufficit ad salutem, dicitur: emendabo eos

1 Hierem. 5, 3 7 Hierem. 6, 29—30 13 Ezech. 24, 11—13 24 Ezech. 16, 42 28 Osee 7, 12 (LXX)

2 renuerunt D^2W accepere *V* 4 petram et *O* ergo *W* 5 omnem *om.* D^1W 7 sufflatur. *V* 8 conflatur V^1 10 eos VX^1: illos $DWOX^2v$ *et Vulg.* 13 robigine D^1: rubig. *rell.* conquiritur D^1X poene W^1 14 incaliscat V^1 16 et *eras. in D* exi .... bigo *V* 17 rubigo *codd.* 18 exsecrab. *W* 26 pdurauit D^1 27 medicinam *W*

in auditu tribulationis suae. non ignoramus alias quo- 9
que animaduersionum siue ultionum causas, quae inferuntur his qui grauissime deliquerunt, non ad expianda eorum crimina nec ad abolenda merita peccatorum, sed ad emendationem metumque uiuentium. quae euidenter in Hieroboam filium Nabath, Baasa quoque filium Achia et Achab atque Iezabel inlata cognoscimus ita pronuntiante diuina censura: ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clausum et nouissimum in Israhel. et dabo domum tuam sicut domum Hieroboam filii Nabath, et sicut domum Baasa filii Achia: quia egisti, ut me ad iracundiam prouocares, et peccare fecisti Israhel. canes etiam comedent Iezabel in agro Iezrahel. si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum uolucres caeli, et illud quod pro ingenti conminatione denuntiatur: non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. non 10
quo uel illius tam profana conmenta, qui uitulos aureos ad perpetuam praeuaricationem plebis impiamque a domino separationem primus instituit, uel illorum tam innumera tamque nefaria sacrilegiorum crimina haec excoquere breuis ac momentanea poena sufficeret, sed ut ceteris quoque, qui futura uel neglegentes uel penitus non credentes consideratione tantummodo praesentium frangebantur, terror istarum quas

7 III Reg. 21, 21—24 18 III Reg. 13, 22

2 siue ultionum *om.* *D*[1] 3 is *O* 4 emundationem *V* 5 iheroboam *OX* 6 nabaht baasan *X* ahię *O* acabh *O*, *item infra* hiezabel *DWX*[1] ihezabel *O* 7 cognuscimus *V* 8 dimittā *D*[1] 9 acahb *W* 10 nouissimus *D*[1] isrł *VW* irł *D* 11 iheroboam *OX* nabaht *X* 12 ahia *O* 13 prouocaris *D*[1] 14 isrł *VX* irł *D* hiezabel *DW* ihezabel *X* zezabel *O* 15 hiezrahel *DW* iezrael *O* acab (h *supra*) *V* ciuetate *V* 16 comedent] comđ *D bis* 17 uołuc *D* 18 infertur *VD*[1]*O* 19 sepulcro *O* 20 uitulus aureus *V*[1] 22 prius *W* tam] ita *W* 23 exquoquere *VDO* 25 neclegentes *O*

metuebant ultionum incuteretur exemplo, nec apud illam summi numinis maiestatem esse humanarum rerum et cotidianae dispensationis incuriam documento huius seueritatis agnoscerent ac retributorem deum cunctorum actuum per haec
11 quae grauissime formidabant manifestius peruiderent. inuenimus sane etiam pro leuioribus culpis nonnullos eandem mortis ad praesens excepisse sententiam, qua sunt et illi puniti quos praediximus extitisse sacrilegae praeuaricationis auctores, ut factum est in illo qui sabbato ligna collegerat uel in Annania et Sapphira, qui parum quiddam de substantia sua infidelitatis errore seruauerant. non quo aequalia fuerint pondera peccatorum, sed quia reperti nouae transgressionis praesumptores debuerunt praebere ceteris quemadmodum peccati, ita etiam poenae ac terroris exemplum, ut quisquis eadem deinceps adfectare temptasset, nosset sibi secundum eandem formam qua illi damnati sunt, etiam si in praesenti supplicium
12 differatur, in futuri iudicii examinatione reddendum. et quia uidemur excessum quendam, dum genera temptationum uel ultionum percurrere uolumus, a proposita narratione fecisse, qua dicebamus uirum perfectum in utraque temptatione manere semper inmobilem, ad eandem nunc iterum reuertamur.

XII. Itaque mens uiri iusti non debet esse similis cerae uel alterius cuiusquam materiae mollioris, quae semper characteri signantium cedens pro eius forma atque imagine figuratur quamque in se tamdiu retinet, donec alio rursum superinpresso signaculo reformetur. atque ita fiet, ut numquam in sua qualitate persistens ad formam eorum quae inprimuntur semper conuertatur ac transeat. quin potius

9 cf. Num. 15, 32 sqq.

2 numinis *WO*: nominis *VDX* cottid. *DWX* 6 nonnullus V^1 8 sacrilegos *ex* sacrilegus *V* 9 colligerat VWX^1 annania D^2: anania VD^1WOX 10 saffira *VDX* saffyra *W* saphira *O* 11 errore D^2O: terrore *rell.* fuerant *W* 14 eandem *VO* 18 uidimur W^1 22 XI *W* 24 caracteri *DX* caracteris *O* adque *VO* 25 quaque D^1 retenet D^1 26 adque *V* fiat *W* 28 conuertantur W^1

debet uelut quoddam esse adamantinum signatorium, ut inuiolabilem mens nostra figuram sui semper custodiens characteris uniuersa quae incurrerint sibi ad qualitatem sui status signet atque transformet, ipsa uero insigniri nullis incursibus possit.

XIII. GERMANVS: Potestne mens nostra unum statum iugiter retinere et in eadem semper qualitate persistere?

XIIII. THEODORVS: Necesse est ut secundum apostolum aut renouatus quis spiritu mentis suae per singulos dies proficiat ad ea se quae in ante sunt semper extendens, aut si neglexerit, consequens est ut retro redeat atque in deterius relabatur. et idcirco nullo modo poterit mens in una atque eadem qualitate durare. uelut si quis contra aquas fluminis uiolenti nauem subigere remorum inpulsione conetur, necesse est eum aut uirtute brachiorum torrentis aluei inpetum desecantem ad superiora conscendere aut remissis manibus ad praeceps prono amne reuocari. qua- 2
propter istud erit euidens nostri indicium detrimenti, si intellexerimus nos nihil amplius adquisisse, nec dubitemus retrorsum nos omnimodis reuocatos, qua die non senserimus ad superiora progressos, quia ut dixi nec in eodem statu mens hominis potest iugiter permanere, nec in hac carne consistens ita uirtutum apicem possidebit quisque ille sanctorum, ut inmobiles perseuerent. necesse est enim aut aliquid adici illis semper aut minui, nullaque in omni creatura talis poterit esse perfectio, quae mutabilitatis non subiaceat passioni, secundum illud quod in libro beati Iob legitur: quid est homo, ut inmaculatus sit, et iustus appareat natus de muliere? ecce inter sanctos eius nemo inmuta-

8 Eph. 4, 23 9 Phil. 3, 13 26 Iob 15, 14—15

1 de........ quoddam *V* signaturium *V* 2 custudiens *V* caract. *OX* 4 adque *V* 5 XII *W* 7 XIII *W* 8 singulus *V* 9 se *eras. in D* 10 neclexerit *O* 11 adque *VO* 12 adque *VO* 13 sibigere *D*¹ subicere *W*¹ remorum *euanuit in V* 14 braciorum *O* 15 desecante *D*¹ 17 inditium *VDX* 19 retrursum *V*¹ reuocatus *V*¹*O* 20 progressus *V*² 22 sanctoru *W* 23 mobilis *D*¹ immobilis *D*²*Xv* perseueret *DXv* 27 inmaculatos *W*¹ iustū *D*¹ 28 scs̃ *V* inmutabiles *D*¹

bilis, et caeli non sunt mundi in conspectu eius.
3 solum namque deum inmutabilem confitemur, quem tantummodo sancti illius prophetae ita conpellat oratio: *tu autem idem ipse es*, et ipse de se: *ego sum*, inquit, *deus, et non mutor*, quod scilicet ipse sit solus naturaliter semper bonus, semper plenus semperque perfectus, cui nihil nec adici possit aliquando nec minui. ideoque debemus ad uirtutum studia inremissa cura ac sollicitudine nosmet ipsos semper extendere ipsisque nos iugiter exercitiis occupare, ne cessante profectu confestim deminutio subsequatur. ut enim diximus, in uno mens eodemque statu manere non praeualet, id est ut nec augmenta uirtutum capiat nec detrimenta sustineat. non adquisisse enim eius minuisse est, quia desinens proficiendi adpetitus non aberit a periculo recedendi.

XV. Ideoque iugis cellae conmoratio retentanda est. totiens enim etiam reuersus quis uelut nouus in ea et incipiens habitator titubabit atque turbabitur, quotiens ab eadem fuerit euagatus. illam namque quam in cella residens adquisierat animi intentionem, si fuerit relaxata, recuperare rursus non sine labore poterit ac dolore, et per hoc reductus retro non de amisso cogitabit profectu, quem superadicere potuit si e cella non fuisset excussus, sed gaudebit potius, si illum statum de quo reccidit semet ipsum senserit recepisse. nam sicut amissum ac praeteritum tempus ulterius reuocari non potest, ita ne illa quidem quae perierunt possunt emolumenta restitui. quantumlibet enim post haec animi intentio fuerit operata, instantis diei profectus et praesentis temporis quaestus est, non lucri semel perditi reparatio.

3 Ps. 101, 28 4 Malach. 3, 6

3 conpellit *V* 4 inquid *VDWO* 8 ipsus *V* 10 diminutio V^2D^2WX 11 in *om.* *W* 12 susteneat D^1 14 apetitus *W* recidendi D^1OX 15 XIIII *W* retinenda *V* 17 habitatur *V* adque *VO* 21 si *om.* D^1 23 recidit D^1OX recedit D^2W recipisse W^1 25 ne illa] nulla *V* possunt *om.* *W* emulumenta *V* 27 instantius *V* 28 recuperatio *Vc*

XVI. Mutabilitati autem etiam supernas potestates ut diximus subiacere declarant illi, qui de eorum numero corruptae uoluntatis uitio conruerunt. unde neque illi inmutabilis naturae esse putandi sunt, qui in illa qua creati sunt beatitudine perseuerant, eo quod in contrariam partem non fuerint similiter deprauati. aliud namque est inmutabilis naturae esse, aliud uirtutis industria bonique custodia per inmutabilis dei gratiam non mutari. quidquid enim per diligentiam uel adquiritur 2
uel tenetur, potest etiam per neglegentiam deperire. ideoque dicitur: ne beatifices hominem ante exitum suum, quod uidelicet adhuc in conluctatione quis et ut ita dixerim scammate constitutus, quamuis uincere soleat ac frequentes palmas uictoriae consequatur, non potest tamen a metu ac suspicione incerti prouentus esse securus. et idcirco deus solus 3
inmutabilis uel bonus dicitur, qui bonitatem non industriae studio, sed naturaliter possidens non potest aliud quid esse quam bonus. nulla igitur uirtus potest inmobiliter ab homine possideri, sed ut parta iugiter teneatur, necesse est eam semper illa qua adquisita est sedulitate atque industria custodiri.

XVII. Lapsus uero quispiam nequaquam subitanea ruina conruisse credendus est, sed aut prauae institutionis deceptus exordio aut per longam mentis incuriam paulatim uirtute animi decedente et per hoc sensim uitiis increscentibus casu miserabili concidisse. ante contritionem enim praecedit iniuria, et ante ruinam mala cogitatio. quemadmodum domus numquam subitaneo ad ruinam procumbit inpulsu, nisi aut antiquo uitio fundamenti aut longa inhabitantium desidia stillicidiis primum paruissimis penetrantibus corrupta

10 Sir. 11, 30 24 Prov. 16, 18 (LXX)

1 XV *W* 3 uoluntates D^1 inmutabiles D^1W^1 4 potandi *V* 5 contriam *V* 7 custudia *V* per] p *D* gratia VD^2 8 quicquid *VX* quicquit *W* 9 necleg. *O* 12 scemmate *O* frequenter VD^1 13 uicturiae *V* potesst O^1 14 suspitione *VDX* 15 quia *V* 18 parata *D* patrata *X* retineatur *O* semper pro illa *D* 19 aque *V* adque *O* custudiri *V* 20 XVI *W* 23 decedente *VX*: decidente *DWOv* 24 praecidit W^1 26 procumbet *WOX*

sensim fuerint munimenta tectorum, quibus per uetustam
neglegentiam in maiorem modum patefactis atque conlapsis
riuatim post haec influet pluuiarum imbriumque tempestas.
in pigritiis enim humiliabitur contignatio, et in
2 segnitia manuum stillabit domus. quod animae
spiritaliter euenire idem Salomon aliis uerbis ita designat
stillicidia, inquiens, eiciunt hominem in die hiemali
de domo sua. eleganter ergo mentis incuriam domati
conparauit tectoque neglecto, per quam primo quidem uelut
minutissima quaedam penetrant ad animam stillicidia passi-
onum. quae si uelut parua ac leuia neglegantur, conrumpunt
tigna uirtutum et post haec influunt imbre largissimo uitiorum,
per quem in die hiemali, id est in tempore temptationis,
ingruente inpugnatione diaboli expelletur mens de habitatione
uirtutum, in qua scilicet aliquando circumspectam diligentiam
retinens uelut in domus propriae possessione requieuerat.

3 His itaque conpertis infinitam spiritalis cibi percepimus uoluptatem, ita ut ex hac conlatione maiore animi gaudio repleremur, quam ante tristitia super nece sanctorum fueramus adfecti. non solum enim de quibus haesitabamus edocti sumus, uerum etiam illa, quae pro tenuitate sensus nostri minus inquirere noueramus, sub illius quaestionis interrogatione cognouimus.

4 Eccles. 10, 18 (LXX) 7 Prov. 27, 15 (LXX)

2 negligentiam *W* necleg. *O* adque *V* 3 diriuatim *O* influit *D* 4 pegritiis *V* 5 signitia $D^1 W^1$ manu mustillabit D^1 manus stillabit D^2 6 solomon *W* salamon *X* 8 domu D^1 eliganter *W* dogmati *V* domui *WO* 9 neclecto *WO* 12 influent *O* 13 hiemale D^1 id est *om.* D^1 14 diabuli VD^1 expellitur *VO* 16 domu *O* domo propriae possessionis D^2X 17 cybi *D* percipimus D^1 21 illa quae] aliaq; D^1 tenuetate V^1 22 illius *euanuit in* *V* 23 cognouimus. Explicit conlatio abbatis theodori de nece sanctorum *VDWOX*

VII.

CONLATIO ABBATIS SERENI PRIMA.

DE ANIMAE MOBILITATE ET SPIRITALIBVS NEQVITIIS.

CAPITVLA.

Item capitula de abbatis sereni conlat̃ prim̃. *VX* Incipiunt capł de conlat̃ beati sereni *D* Incipit abbatis sereni de anime mobilitate et spiritalibus nequitiis. Capitula eiusdem conlationis *O* 6 praedicti] eiusdem *O* statuta *V* 8 uolubilitate *V*D^2*O*: mobilitate D^1*v* uoluntate *X* 10 ex] ac *X* 12 custudia *ut uid.* *V* custodia D^1 15 adiuturio *V* 16 demonium D^1 demonum D^2*OX* 19 quus *V* 20 inseri uel *om.* *O*

1 inerguminis *VD*¹*O* energuminis *D*²*X* 3 et de] et *O* sed *Xv* 4 soli *Xv* 5 demones *DOX* (*passim*) 7 cogitationes *VO*: cogitationibus *DXv* 9 cogitationis *D*¹ 15 conscio *X* 19 conlata *V* 22 arbitrium *X* 23 conlata *D* 25 sibi in] ibunt *X* 26 arrepturis una ditubarent (*sic*!) *X* 27 mirabiliores *D* hii *DOX* 28 ab ipsis *D*²*Ov* 29 profetae *VD* 30 emend. *Ov*

I. Summae sanctitatis et continentiae uirum nominisque sui speculum abbatem Serenum, quem singulari sumus ueneratione prae ceteris admirati, studiosorum mentibus insinuare cupientes alias arbitramur desiderium nostrum nos explere non posse, quam si conlationes eius nostris libellis temptauerimus inserere. cui supra omnes uirtutes, quae non solum in eius actu uel moribus, sed etiam in ipso uultu per dei gratiam refulgebant, ita est peculiari beneficio donum castitatis infusum, ut iam se ne ipsis quidem naturalibus incentiuis inquietari uel in sopore sentiret. ad quam tamen carnis praecipuam puritatem quemadmodum gratia dei adminiculante peruenerit,

1 mosi *VD*¹ 2 hii *O* 4 qur *D*¹ quur *O* hii qui ab *O* uexantur] traduntur *V* 5 commonione *V* communicatione *X* separantur *VX* 7 miseri *X* sunt hii *O* 9 uolū-tatum *DO* 10 aereis *X* 11 diffirentia *V*¹ 13 quaestionis. Expliciunt capitula *DX* Finit capitulatio *O* Incipit conlatio (coll. *P*) abbatis sereni prima (prima *om.* *V*: abbatis sereni conlač prima *D*) de animae mobilitate et spiritalibus nequitiis *VDWPX*: *om.* *O* 14 nominis *W* 15 singularis *D*¹ 22 iam *VD*¹: etiam *rell.* 23 praecipuam carnis *D*¹

quoniam supra condicionem naturae uidetur humanae, necessarium reor primitus explicare.

II. Hic igitur pro interna cordis atque animae castitate nocturnis diurnisque precibus, ieiuniis quoque ac uigiliis infatigabiliter insistens cum uidisset orationum suarum obtinuisse se uota cunctosque aestus in corde suo concupiscentiae carnalis extinctos, uelut suauissimo gustu puritatis accensus in maiorem sitem zelo castitatis exarsit et intentioribus coepit ieiuniis atque obsecrationibus incubare, ut mortificatio passionis huius, quae interiori homini suo dono dei fuerat adtributa, ad exterioris etiam puritatem eatenus perueniret, ut ne ipse quidem uel illo simplici ac naturali motu qui etiam in paruulis atque lactantibus excitatur ulterius pulsaretur, indepti scilicet muneris experimento, quod se nouerat non laborum merito, sed dei gratia consecutum, ardentius animatus ad hoc quoque similiter obtinendum, credens multo facilius hos stimulos carnis radicitus deum posse conuellere, quos etiam humanae artis industria nonnumquam solet quibusdam poculis uel medicamentis seu ferri sectione detrahere, quandoquidem illam spiritus puritatem, quae sublimior est quamque inpossibile est humano labore
2 uel studio conprehendi, suo munere contulisset. cumque petitioni coeptae supplicatione iugi ac lacrimis indefessus insisteret, adueniens ad eum angelus in uisione nocturna eiusque uelut aperiens uterum quandam ignitam carnis strumam de eius uisceribus auellens atque proiciens suisque omnia ut fuerant locis intestina restituens: ecce, inquit, incentiua tuae carnis abscisa sunt et obtinuisse te noueris hodierno die perpetuam corporis puritatem quam fideliter poposcisti. haec de gratia dei, quae memorato uiro peculiariter adtributa est, breuiter

1 conditionem *VDWX* uidetur esse D^2(*P*)*X* 3 *OX non distinguunt* 5 uideret D^1 6 se *om.* D^1O cunctusque *V* 7 extinctus V^1 8 sitem *V*: sitim *rell. cf. Neue, Formenlehre der lat. Spr.* I^2 *p. 198* 9 adque *VP* 11 etiam hominis *O* ipso D^2O 12 adque *VP* 15 consequutum *O* 16 stimulus *V* 17 posse deum *D* 18 puculis *V* poculus D^1 21 petitione D^1 22 subplicatione W^1 indefessis *O* 25 adque *VO* euellens ac *PX* 26 inquid *VDWOP* 27 hodierna *PX* 28 puritatem corporis *V*

dixisse sufficiat. ceterum de illis uirtutibus, quas cum reliquis 3 summis uiris communiter possidebat, aliquid conmemorare superfluum puto, ne specialis super nomine huius ista narratio aliis demere uideatur id quod de isto singulariter fuerit praedicatum. hunc igitur summo desiderio conlationis eius atque institutionis accensi diebus Quadragensimae uidere curauimus. qui cum a nobis de qualitate cogitationum nostrarum et interioris hominis statu tranquillissima conpellatione quaesisset uel quid nobis ad eius puritatem tanti temporis heremi habitatio contulisset, his eum querimoniis adorsi sumus.

III. Subputatio temporum ac solitudinis habitatio, cuius contemplatione conicis interioris hominis perfectionem nos consequi debuisse, hoc solummodo contulit nobis, ut disceremus quid esse nequeamus, non tamen fecit esse quod esse contendimus. nec enim aut desideratae puritatis fixam stabilitatem aut robur aliquod firmitatis nos hac scientia nouimus adsecutos, sed tantummodo confusionis ac pudoris augmenta. etenim cum omnium disciplinarum meditatio ad hoc cotidianis 2 studiis exerceatur atque proficiat, ut a trepidis rudimentis ad peritiam certam stabilemque perueniens incipiat nosse quae primitus uel ambigue nouerat uel penitus ignorabat, et firmo ut ita dixerim gradu in illius disciplinae qualitate procedens perfecte in ea ac sine ulla iam difficultate uersetur, e contrario me in huius puritatis studio laborantem id solummodo profecisse repperio, ut sciam quid esse non possum. ex quo nihil mihi aliud sentio quam laborem tanta cordis contritione conferri, ut numquam scilicet desit materia lacrimarum nec tamen esse desinam quod esse non debeo. et idcirco quid 3

2 possedebat *VD*[1]*P* 3 speciales *D*[1] 4 ipso *PX* 5 *ante* hunc *in OX cap. 2 incipit* 6 adque *VOP* institutiones *D*[1] quadragens. *V*: quadrages. *DWOX* quadragiss. *P* 10 quaerem. *V* querem. *D*[1]*P*[1] 11 subputatio *O*: suppotacio *D*[1] supputatio *rell.* 16 rubor *VO* robor *D*[1]*W*[1]*PX* adsecutus *V*[1] adsequutos *O* 18 cottid. *DX* 19 adque *VOP* 24 puritates *D*[1] profecisse *X*[2]: proficisse *rell.* 25 reperio *X* possim *OPXv* 26 laborem *DWOPX*: luctum *Vv* tantū *OX* 28 desinam esse *D*[1]

profuit didicisse quod summum est, si cognitum nequeat adprehendi? nam cum directionem cordis ad destinata pertendere senserimus, insensibiliter mens inde reuoluta ad priores euagationes inpetu uehementiore prolabitur et ita cotidianis distentionibus occupata innumeris captiuitatibus incessanter abducitur, ut propemodum iam desperetur a nobis desiderata
4 correctio et superflua haec obseruantia uideatur. siquidem per momenta singula lubricis discursibus animus euagatus cum ad timorem dei uel contemplationem reducitur spiritalem, priusquam firmetur in ea, rursum fugacius euanescit, cumque eum uelut expergefacti deprehenderimus ab intentione proposita deuiasse atque ad illam theoriam unde discesserat reducentes uoluerimus eum tenacissima cordis intentione uelut quibusdam uinculis obligare, in ipso conatu nostro ocius quam anguilla
5 de recessibus mentis elabitur. ob quam rem cotidianis huiusmodi obseruationibus aestuantes nec tamen ex ipsis aliquod nostro cordi stabilitatis robur accessisse cernentes ad hanc opinionem fracti desperatione transducimur, ut non nostro iam, sed naturae uitio has animae peruagationes humano generi inesse credamus.

IIII. SERENVS: Periculosae praesumptionis est necdum rebus recte discussis nec certa ratione collecta de natura cuiuslibet rei praepropere definire ac de consideratione fragilitatis suae capere coniecturam, non de statu et qualitate ipsius disciplinae uel de aliorum experientia proferre sententiam. nec enim si quis natandi ignarus, sciens pondus corporis sui ferri aquarum liquore non posse, experimento suae uoluerit inperitiae definire neminem penitus posse liquidis elementis solida carne circum-

1 dedicisse W^1 4 cottid. D^1WX 5 distensionibus *O* in innumeris *WX* 6 disper. D^1 8 euagatur *DOP* 9 uel ad *O PX* 10 fugatius *VX* fugatus *D* 12 adque *VP* ad *om.* W^1 *P* redeuntes *V* 13 tenacessima D^1 14 alligare *O* anguylla *V* 15 cottid. *DW* 17 cordis W^1O rubor *V* robor D^1PX 18 disper. D^1WP 21 praesumptiones D^1 22 discussa D^1 23 preponere O^2 24 de statu] distate D^1 26 ferre *O* 27 liqorē *O* 28 penitur D^1 elimentis *VP*

datum sustineri, ideirco uera eius opinio iudicanda est, quam secundum experientiam suam uisus est protulisse, cum hoc non solum non esse inpossibile, sed etiam perfacile ab aliis fieri ratione certissima et oculorum fide non dubia conprobetur.
νοῦς itaque, id est mens, *ἀεικίνητος καὶ πολυκίνητος* defini- 2
tur, id est semper mobilis et multum mobilis. quod etiam in Sapientia quae dicitur Salomonis aliis uerbis ita describitur: *καὶ γεῶδες σκῆνος βρίθει νοῦν πολυφρόντιδα,* id est: et terrenum habitaculum adgrauat mentem multa cogitantem. haec igitur pro condicione naturae numquam potest otiosa consistere, sed necesse est eam, nisi prouisum habuerit ubi suos exerceat motus et in quibus iugiter occupetur, propria mobilitate discurrere et per omnia uolitare, donec longo exercitio usuque adsuefacta diuturno, quo uos in cassum dicitis laborare, experiatur et discat quas memoriae suae materias debeat praeparare, erga quas circumagat indefessos uolatus et inmorandi robur adquirat, et ita praeualeat aduersas inimici suggestiones quibus distrahebatur extrudere atque in illo quem desiderat statu et qualitate durare. non ergo hanc 3
euagationem cordis nostri uel naturae humanae uel deo creatori eius debemus adscribere. uera est enim scripturae sententia, quia deus fecit hominem rectum: et ipsi quaesierunt cogitationes multas. a nobis ergo earum qualitas pendet, quia cogitatio, inquit, bona scientibus eam adpropinquat, uir autem prudens inueniet eam. quidquid

9 Sap. 9, 15 (LXX) 22 Eccles. 7, 29 (LXX) 24 Prov. 19, 7 (LXX)

1 susteneri *V* sustinere *D*[1] indecanda *V*[1] 5 *νοῦς* itaque] noscit aqua *W* uelikinitos *D* aelıcıɴнтoc *W* πoʌykıɴıтoc *D* тoſkınkнтoc *W* 7 ita describ.] adscribitur *V* ita discrib. *D*[1] *O* 8 тєωΔєc *VW* e·kнɴoc *D* ckнɴɴoc *W* вpıθı *W* ɴoy·Φpoɴтʌa *D* ɴoſɴıтoaſΦpoɴтaω *W* *graeca omissa sunt in X, pessime habita in OP* 10 conditione *VDWX* 12 suus *V*[1] 14 longe *D*[1] usque *VP* 15 labore *V* 16 indefessus *V*[1] 17 robor *X* aduersus *WOPX*[1] 18 extradere *W*[1] adque *VOP* 23 pendit *WPX* 24 inquid *VDO*: *om.* *W* adpropinquad *W* 25 quicquid *VWOX*

enim ut inueniri possit nostrae prudentiae industriaeque subiectum est, si non fuerit inuentum, sine dubio nostrae desidiae uel inprudentiae, non naturae uitio reputandum est. cui sensui Psalmista quoque congruit dicens: beatus uir cui est auxilium eius abs te, domine: ascensus in corde suo disposuit. uidetis ergo in nostra dicione consistere, ut siue ascensus, id est pertingentes ad deum cogitationes, siue descensus, ad terrena scilicet et carnalia conruentes, in nostris
4 cordibus disponamus. quae si non in nostra potestate consisterent, nec Pharisaeos dominus increpasset: quid cogitatis mala in cordibus uestris? nec per prophetam praecepisset dicens: auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis, et: usque quo morabuntur in te cogitationes noxiae? nec in die iudicii earum qualitas quemadmodum operum exigeretur a nobis, ita per Esaiam domino conminante: ecce, inquit, ego uenio ut congregem opera et cogitationes eorum cum omnibus gentibus et linguis, sed ne condemnari quidem earum testimonio uel defendi in illo terribili atque metuendo examine secundum beati apostoli sententiam mereremur ita dicentis: et inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum.

V. Huius ergo perfectae mentis figura per illum euangelicum centurionem pulcherrime designatur, cuius uirtus atque constantia, qua non quibuslibet ingruentibus cogitationibus

4 Ps. 83, 6 (LXX) 10 Mt. 9, 4 12 Esai. 1, 16 13 Hierem. 4, 14 16 Esai. 66, 18 20 Rom. 2, 15—16

1 ut *om.* V inuenire D^1W 4 cui VD^1W: cuius D^2OPXv 5 eius *om.* $DPXv$ 6 dicione WO: ditione *rell.* 8 discensus D^1WPX 10 fariseos DO phariseos WPX 11 praecipisset D^1 13 usqueq; D^1 cogitiones W 15 et operum O isaiam W esaya O 16 inquid $VDWOP$ 17 cogitationis V 18 nec X condempnari W 19 adque VP 20 meremur D^1OX^1 21 aut etiam defendentibus *om.* W 22 iudecabit V^1 25 pulcerrime O adque VWP

abducebatur, sed pro suo iudicio uel admittebat bonas uel
contrarias absque ulla difficultate pellebat, hac tropica signifi-
catione descripta est: nam et ego homo sum sub
potestate, habens sub me milites, et dico huic:
uade, et uadit, et alio: ueni, et uenit, et seruo
meo: fac hoc, et facit. si igitur nos quoque uiriliter 2
aduersus perturbationes et uitia dimicantes potuerimus ea
dicioni nostrae discretionique subicere ac militantes in carne
nostra extinguere passiones uel instabilem cogitationum
nostrarum cohortem rationis imperio subiugare ac dominicae
crucis salutari uexillo dirissimas aduersariarum potestatum
turmas a terminis nostri pectoris propulsare, pro tantorum
meritis triumphorum ad spiritalis huius centurionis ordinem
prouehemur, quem in Exodo quoque per Moysen mystice
legimus designatum: constitue tibi χιλιάρχας, et centu-
riones, et quinquagenarios, et decanos. et ita nos 3
quoque dignitatis huius apice sublimati habebimus hanc
imperandi potestatem atque uirtutem, qua non quibus nolumus
cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritaliter delectamur
inmorari uel inhaerere possimus, malis quidem suggestionibus
imperantes 'abite' et abibunt: bonis uero dicemus 'uenite' et
uenient. seruo quoque nostro, id est corpori ea quae castitatis
uel continentiae sunt similiter iniungemus et sine ulla contra-
dictione deseruiet, non iam suscitans nobis aduersos concupi-
scentiae stimulos, sed omnem exhibens spiritui famulatum.
huius centurionis qualia arma sint uel ad quae proeliorum 4

3 Mt. 8, 9 15 Ex. 18, 21

1 inditio *VD* admitebat *W* 3 discripta *WO* 4 potestate constitutus *D^2OXv* 5 alio *DWOPX*: alii *V*(?)*v* 7 eas *W* 8 discritionique *D^1* 11 uixillo *D^1WOP* 12 turbas *D^1PX* nostris *D* 13 spiritales *D^1W^1* huius *om. D^1* 14 moysen *VDOPX*: mosen *W* 15 XIMAPXAE *O* centurionis *D^1* 16 quinquagin. *V* 18 adque *WP* quia *D^1* 19 set *W* 21 abiite *W^1* abebunt *D^1* dicemus *DW*: dicimus *VOPX* dicentes *malim*: *sed cf. Inst. V, 38, 2*; *X, 19 fin.* 23 iniungimus *V* 24 tam *W* aduersus *V^1D^1WP* aduersus spm *X* 25 stimulus *V^1* 26 ad quae] atq; *D^1W* prael. *W*

exercitia praeparentur, audi beatum apostolum praedicantem: arma, inquit, militiae nostrae non sunt carnalia, sed potentia deo. dixit qualia sint, id est non carnalia nec infirma, sed spiritalia et potentia deo. deinde ad quos sint exercenda conflictus consequenter insinuat: ad destructionem munitionum, cogitationes purgantes et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, et captiuantes omnem intellectum in oboedientiam Christi, et praeparati ulcisci omnem inoboedientiam, cum inpleta fuerit primum uestra
5 oboedientia. quae quoniam singillatim percurrere sicut necessarium, ita etiam alterius temporis est, armorum tantummodo uolo uobis genera proprietatesque patefacere, quibus nos quoque, si uolumus bella domini proeliari et inter centuriones euangelicos militare, accincti iugiter debemus incedere. sumite, inquit, scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita restinguere. ergo fides est quae excipiens ardentissima libidinum tela metu
6 futuri iudicii et caelestis regni credulitate mortificat. et luricam, inquit, caritatis. ipsa nempe est quae uitalia pectoris nostri circumdans atque conmuniens letalibus perturbationum obiecta uulneribus contrarios retundit ictus nec ad interiorem hominem nostrum iacula diaboli penetrare permittit: omnia enim suffert, omnia patitur, omnia sustinet. et galeam spem salutis. galea capitis est munimen. quia ergo caput nostrum Christus est, debemus istud semper spe

2 II Cor. 10, 4 5 l. c. 4—6 16 Eph. 6, 16 19 I Thess. 5, 8 23 I Cor. 13, 7 24 I Thess. 5, 8

2 inquid *VDWP* 5 exercendo *D* exerenda *O*[1] *et v in marg. fort. recte* distruct. *WP* dextruct. *O* 6 monit. *V* 8 in oboedientia *VW(OP)* 13 satisfacere *V* 14 domini] dū *D*[1] prael. *W* 15 centurionis *W*[1] euangelicus *V* euuangelicos *W*[1]*X* accinti *D* 16 inquid *VDWOP* 17 nequisimi *W* ignea extinguere *D*[2]*X* 18 excip.] extinguens *D*[2]*P* 19 credulitatem *WP* luricam *VW*[2]*P*: loricam *DW*[1]*OX* 20 inquid *VDWOP* 21 adque *VWP* letalium *O* 22 contrarius *V*[1] 23 iacola *W*[1] diabuli *VD*[1]*P* 26 capud *V* istut *W* stut *O*

futurorum bonorum uelut inexpugnabili galea in cunctis
temptationibus ac persecutionibus conmunire et principaliter
fidem eius inlaesam atque integram custodire. aliis enim 7
membris truncatum quempiam, licet debilem, possibile tamen
est utcumque superesse: sine capite uero nemini uel breuis
uitae spatium propagatur. et gladium spiritus, quod
est uerbum dei. penetrabilius namque est omni
gladio ancipiti et pertingens usque ad diuisiones
animae ac spiritus, conpagum quoque et medul-
larum, et discretor cogitationum et intentionum
cordis, diuidens scilicet et abscidens quidquid in nobis
carnale terrenumue reppererit. quibus armis quisque fuerit 8
communitus, ab hostium semper telis ac populatione defensus
non ut captiuus ac subditus ad hostilem cogitationum terram
constrictus depraedantium uinculis abducetur nec audiet per
prophetam: quare inueteratus es in terra aliena? sed
tamquam triumphator ac uictor in illa qua uoluerit cogitati-
onum regione consistet. uis etiam ipsum robur ac fortitudinem
centurionis huius, quibus haec arma quae praediximus non
carnalia, sed potentia deo gestet, agnoscere? audi ipsum regem 9
uiros fortes ad spiritalem militiam congregantem, quo eos
dilectu signet ac probet. infirmus, inquit, dicat, quia
fortis sum ego, et: qui patiens est, sit pugnator.
uidetis ergo bella domini proeliari nisi patientes infirmosque

6 Eph. 6, 17 7 Hebr. 4, 12 16 Baruch 3, 11
22 Ioel 3, 10 (LXX) 23 l. c. 11 (LXX)

1 inexpugnabile V^1 2 hac *W(O)* persequnt. *O* 3 adque *VWP* custudire *V* 6 propagatur *V*: prorogatur D^1WOP^1v praerogatur D^2P^2X 8 diuisiones VD^2O: diuisionem *rell. v cf. cap. 13, 3* 9 ac VD^1OX: et D^2WP 10 discretur *V* 11 quidquid D^1OP: quicquid *rell.* 12 carnali V^1D^1P repererit *X* 13 pupulatione VP^1 14 aut subditus in *D* 15 abducitur *VPX* 17 triumphatur V^1 uictur V^1 18 consistit VD^1 rubor D^1P^1 robor W^1P^2 20 agnuscere V^1 22 dilectu *VW et* D^1 *ut uid.* dilectione D^2 dilectio *O* dilectos *PX* inquid *VDWOP* 23 pugnatur V^1 24 prael. *W* infirmusque V^1

non posse, illa procul dubio infirmitate qua fundatus ille noster euangelicus centurio cum fiducia loquebatur: cum enim infirmor, tunc potens sum, et iterum: uirtus enim in infirmitate perficitur. de qua infirmitate unus prophetarum et erit, inquit, qui infirmatur inter eos sicut domus Dauid. patiens etiam haec bella proeliabitur, nempe illa patientia de qua dicitur: patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes recipiatis remunerationem.

VI. Debere tamen ac posse nos domino cohaerere et experientia propria deprehendemus, si mortificatas uoluntates ac desideria mundi huius habeamus abscisa, et illorum auctoritate docebimur qui domino conloquentes fiducialiter dicunt: adhaesit anima mea post te, et: adhaesi testimoniis tuis domine, et: mihi autem adhaerere deo bonum est, et: qui adhaeret domino, unus spiritus est.
2 non ergo debemus his euagationibus animae fatigati ab hoc studio relaxari: qui enim colit terram suam, saturabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur paupertate. nec ab intentione huius obseruantiae perniciosa desperatione frangamur, quia in omni sollicito inest amplius. nam qui suauis et sine dolore est, in egestate erit, et iterum: uir in doloribus laborat sibi et uim facit perditioni suae: nec non etiam regnum caelorum uim patitur, et uiolenti diripiunt
3 illud. nulla namque uirtus sine labore perficitur nec ulli possibile est ad istam quam cupit stabilitatem mentis sine

2 II Cor. 12, 10 3 l. c. 9 5 Zach. 12, 8 (LXX) 7 Hebr. 10, 36 13 Ps. 62, 9 14 Ps. 118, 31 15 Ps. 72, 28 16 I Cor. 6, 17 18 Prov. 28, 19 21 Prov. 14, 23 (LXX) 23 Prov. 16, 26 (LXX) 25 Mt. 11, 12

1 non posse nisi pacientes infirmosque *D* 2 fidutia *DX* 5 inquid *VDWP* 6 prael. *W* 7 enim uobis *O* 8 reportetis *VO et Vulg.* 11 deprehendemus *D corr.*: deprehendimus *rell.* 14 adhęsit W^1P^1 16 quia W^1 18 colet *VP* 19 otio D^2O 20 egestate *O* 21 disper. *DWPX* 22 labore D^2PX 23 in *ante* doloribus *om.* W^1 24 pditioni *D* 27 cupit *scripsi*: cupitis *codd.* v (*nimirum* cupit istabilitatem *in archetypo*)

ingenti cordis contritione conscendere. homo enim labori nascitur. qui ut in uirum perfectum possit occurrere, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, maiore eum necesse est intentione semper esse peruigilem iugique sollicitudine desudare. ad cuius tamen mensurae plenitudinem 4
nemo perueniet alias in futurum, nisi qui praemeditatus et inbutus ea fuerit in praesenti eamque adhuc in hoc saeculo positus praelibarit, Christique membrum pretiosissimum designatus arram conpaginis illius, per quam corpori eius ualeat copulari, in hac carne possederit, unum dumtaxat desiderans, unum sitiens, ad unum omnes non solum actus suos, uerum etiam cogitationes semper intendens, ut illud, quod in futurum dicitur de beata conuersatione sanctorum, iam subarratum teneat in praesenti, id est sit ei deus omnia in omnibus.

VII. GERMANVS: Posset forsitan haec uolubilitas mentis aliquatenus coherceri, si eam non tantus aduersariorum numerus circumuallans ad ea quae non uult, immo quo illam suae quoque naturae mobilitas rapit, indesinenter inpelleret. quam cum tam innumerabiles, tam potentes tamque terribiles circumagant inimici, resisti illis ab hac praesertim fragili carne inpossibile crederemus, nisi ad hanc opinionem uestris sententiis uelut caelestibus animaremur oraculis.

VIII. SERENVS: Aduersarios quidem nobis iugiter insidiari, quicumque interioris hominis experti sunt pugnas, dubitare non possunt. sed ita dicimus hos nostris profectibus aduersari, ut eos tantummodo incentores malorum, non etiam inpulsores esse credamus. ceterum nullus hominum posset omnino uitare

1 Iob 5, 7 2 Eph. 4, 13 14 I Cor. 15, 28

1 labori (κόπῳ) *scripsi*: labore V^1D^1P in labore (ἐν κόπῳ) V^2 ad labore *O* ad laborem D^2WX *et Vulg.* 6 peruenit *O* quis *V P* 7 sclo *VDWOX* seculo *P* 8 praeliberarit D^1 9 ꝑ qua D^1 10 possiderit *VWOP* 11 actos D^1 suus *V* 12 cogitationis *V* 15 possit VD^1W 16 coerceri D^2P coiberi *O* numeris D^1 19 terrebiles V^1 20 fragili *om.* *WO* 21 crederemus *eras. in W* 22 anemaremur D^1 animamur W^1 23 aduersarius *VO* 27 possit VD^1O

peccatum quodcumque illi cordibus nostris inurere uoluissent, si eis quemadmodum ad suggerendum, ita et ad conpellendum 2 facultas uiolenta subpeteret. quamobrem sicut in illis est instigationis copia, ita in nobis uirtus respuendi siue adquiescendi libertas est adtributa. quorum tamen potentiam et inpugnationes si pertimescimus, etiam protectiones atque adiutoria dei e contrario conferamus, de quo dicitur: maior enim qui in nobis est quam qui in hoc mundo. cuius auxilia multo uehementiore militant uirtute pro nobis quam aduersus nos illorum multitudo confligit. nam bonarum rerum non tantum suggestor, sed etiam fautor atque inpulsor est deus, ita ut nonnumquam nos etiam inuitos et ignorantes 3 adtrahat ad salutem. constat ergo neminem posse a diabolo decipi nisi illum, qui praebere ei maluerit suae uoluntatis adsensum. quod Ecclesiastes his uerbis euidenter expressit: quia enim non fit contradictio ab his qui faciunt malum cito, ideo repletum est cor filiorum hominis in ipsis ut faciant mala. ergo manifestum est hinc unumquemque delinquere, quod ingruentibus cogitationibus prauis non eis confestim repulsam contradictionis obiciat. nam resistite, inquit, ei, et fugiet a uobis.

VIIII. GERMANVS: Quod istud, quaeso, est animae cum istis spiritibus nequam tam indiscretum permixtumque consortium, quo sic eidem non dicam iungi, sed uniri possint, ut et adloqui eam insensibiliter et inseri atque inspirare illi quaecumque uoluerint et ad ea quae placuerit eam ualeant instigare eiusque cogitationes ac motus uideant atque per-

7 I Ioh. 4, 4   16 Eccles. 8, 11 (LXX)   21 Iac. 4, 7

2 conplendum *OPX*   4 cupia V^1 6 ptimiscimus D^1 pertimescemus *W*   adque *VOP*   7 adiuturia V^1 8 nobis *ita codd.*   est *om. D*   10 aduersum *OX*   11 suggestur V^1 fautur V^1 adque *VOP*   inpulsur V^1 12 inuitus V^1 13 diabulo *VP*   15 ecclisiastes *V*   16 is *O*   17 et ideo *V*   18 hic *OP*   20 eis *om. DW*   21 inquid *VDWP*   22 istut *W* 24 ut quo *V* ut (*om.* quo) *O*   ut et *V*: et *DWO* quo *P* quod et *X*   25 adque *VOP*   inspirari. *D*   26 ad *om. V*   placuerint *PXv*   27 adque *VP*

lustrent, tantaque inter ipsos ac mentem unitas fiat, ut sine dei gratia, quid ex illorum incitamento, quid ex nostra uoluntate procedat, discerni paene non possit?

X. SERENVS: Non mirum est posse spiritum spiritui insensibiliter coniugari et occultam suadendi uim ad ea quae libita fuerint exercere. est enim inter eos sicut inter homines quaedam substantiae similitudo atque cognatio, siquidem definitio, quae de natura animae adsumitur, etiam illorum substantiae similiter coaptetur. altrinsecus uero eos sibi inseri uel uniri, ita ut capax alter alterius esse possit, omnimodis inpossibile est. hoc namque solummodo deitati, quae sola incorporea simplexque natura est, rectissime tribuitur.

XI. GERMANVS: Huic rationi satis arbitramur esse contrarium illud quod uidemus in adrepticiis fieri, cum adflati spiritibus inmundis loquuntur et agunt ea quae nesciunt. quomodo ergo animas eorum spiritibus illis non credamus uniri, quorum illas uidemus uelut organum factas et derelicto naturali statu ad illorum motus adfectusque transire, ita ut iam non suas, sed illorum uoces et gestus uoluntatesque depromant?

XII. SERENVS: Praedictae definitioni nostrae non est contrarium id quod dicitis in energumenis fieri, cum spiritibus inmundis adrepti loquuntur uel agunt ea quae nolunt uel quod ea quae ignorant proferre coguntur. non enim uno modo istam eos infusionem spirituum sustinere certissimum est. quidam enim sic adflantur, ut nequaquam ea quae gerunt uel loquuntur intellegant, quidam uero norunt et postea recordantur. quod fieri per infusionem spiritus inmundi non ita putandum est, ut in animae ipsius penetrans substantiam et uelut unitus ei et quodammodo indutus ea sermones ac uerba per os

1 ipsus *V* 2 quidquid ex nostra *D*[1] 3 pene *VDX* plene *O* posse *V* 5 occulta *V*[1] 7 adque *VW* 9 quoaptetur *D* quo habtetur *O* 12 tribuetur *DW*[1]*P* 14 arreptitiis *D* arepticiis *W* 15 loquitur *D*[1] locuntur *D*[2]*PX* 17 de relato *D*[1] 18 adfectosque *D*[1]*W*[1] 19 gestos *D*[1] 20 defenicioni *W* 21 in *om.* *DWOP* energuminis *VX* inerguminis *DWOP* 24 spiritum *D*[1] 25 locuntur *DWX* 28 in *om.* *WO*

patientis emittat. nullo namque modo istud ab eis fieri posse credendum est. nec enim per aliquam animae deminutionem, sed per corporis debilitatem hoc euenire manifesta ratione deprehenditur, cum scilicet in illis membris in quibus uigor animae continetur inmundus spiritus insidens eisque inportabile atque inmensum pondus inponens obscuritate taeterrima
3 intellectuales eius obruit atque intercipit sensus. quod nonnumquam etiam uini febrisque uitio seu nimii frigoris aliisque ualitudinibus extrinsecus superuenientibus uidemus accidere. quod ne beato Iob diabolus, qui carnis eius acceperat potestatem, moliretur inferre, praecepto domini prohibetur dicentis: ecce trado eum in manus tuas, tantum animam eius custodi, id est tantummodo amentem eum ne facias debilitato animae domicilio et obruas intellectum ac sapientiam resistentis, principali scilicet cordis eius tuo pondere praefocato.

XIII. Nec enim si crassae huic solidaeque materiae, id est carni, spiritus admiscetur, quod fieri facillime potest, idcirco et animae quae itidem spiritus est ita uniri posse creditur, ut eam quoque similiter suae naturae reddat capacem. quod soli est possibile trinitati, quae sic uniuersae intellectualis naturae efficitur penetratrix, ut non solum circumplecti eam atque ambire, sed etiam inlabi ei et uelut incorporea corpori possit infundi. licet enim pronuntiemus nonnullas esse spiritales naturas, ut sunt angeli, archangeli ceteraeque uirtutes, ipsa quoque anima nostra uel certe aër iste subtilis, tamen
2 incorporeae nullatenus aestimandae sunt. habent enim secundum

11 Iob 2, 6 (LXX) 19 sqq.] cf. Claudian. Mamert. ed. A. Engelbrecht pag. 9 sq.

2 diminutionem *V*D^2*PX* 3 per] p *D* debilitate D^2 hac *W* uenire *D* 5 inmundis spiritib; D^1 6 adque *VW* P^1 teterrima *DOP* 7 intellectualis *VO* adque *V* atque D^2*O*: et D^1*WPXv* intercepit V^1 9 accedere *V*D^1*WPX*^{1} 10 diabulus V^1*P* carnes D^1 12 trade D^1 tradidi *O* eius animam *W* 13 custudi V^1 17 carnis *DO* 18 credetur *O* 20 trinetati V^1 21 penetratris *O* 22 adque *VWP* abire D^1 corporea *V* 24 sunt] ẛ (*i. e.* sicut) D^1 (*saepius*) arcangeli *O* 25 suptilis *DW* 26 nullatinus *V* extimande *O*

se corpus quo subsistunt, licet multo tenuius quam nostra sunt corpora, secundum apostoli sententiam ita dicentis: et corpora caelestia, et corpora terrestria, et iterum: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. quibus manifeste colligitur nihil esse incorporeum nisi deum solum, et idcirco ipsi tantummodo posse penetrabiles omnes spiritales atque intellectuales esse substantias, eo quod solus et totus et ubique et in omnibus sit, ita ut et cogitationes hominum et internos motus atque adyta mentis uniuersa inspiciat atque perlustret. de ipso siquidem solo pronuntiauit 3
beatus apostolus dicens: uiuus est enim sermo dei et efficax et acutior super omnem gladium ancipitem et pertingens usque ad diuisiones animae ac spiritus, conpagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis: et non est creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. et beatus Dauid qui fingit, inquit, singillatim corda eorum, et iterum: ipse enim nouit occulta cordis. Iob quoque: qui solus nosti corda hominum.

XIIII. GERMANVS: Hac ratione qua dicis ne cogitationes quidem nostras intueri isti spiritus possunt. quod existimari ualde putamus absurdum dicente scriptura: si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, et iterum: cum diabolus misisset in corde Simonis Scariotae

2 I Cor. 15, 40 4 l. c. 44 11 Hebr. 4, 12—13 18 Ps. 32, 15 19 Ps. 43, 22 20 II Paral. 6, 30 23 Eccles. 10, 4 25 Ioh. 13, 2

1 quod *VOP* 4 surget D^1 5 collegitur D^1 7 adque *VWP* 8 sit] est *DWOr* ut *om.* *W* 9 internus *V* adque *VWP* adita *W* addita *P* abdita *DOXv* 10 adque *VWP* praelustret *V* 13 diuisionis *V* diuisionem *OXv* 15 discretur *V* et *ante* intent. *om.* *W* 16 ulla creatura *D* 17 autem] enim *O* nuda] nota *D* 18 finxit *O* inquid *VOP*: *om.* D^1 *W* 21 hanc rationē *D* nec *WOPXr* 22 existimare *D* *Xv* estimari *P* 24 habentes V^1D^1 25 diabulus *VP* misiset *D* corde *VPX*: cor *DWOv* symonis *VW* scariotae *W* *P*: schariothae *V* scariothe D^1O scariothis D^2X

ut traderet dominum. qui ergo credi potest non patere eis cogitationes nostras, quarum seminarium pro parte maxima ipsis inmittentibus atque instigantibus sentimus oboriri?

XV. SERENVS: Nulli dubium est quod possint spiritus inmundi cogitationum nostrarum adtingere qualitates, sed indiciis eas sensibilibus forinsecus colligentes, id est aut ex nostris dispositionibus aut ex uerbis et studiis in quae propensius nos perspexerint inclinari. ceterum illas quae necdum de
2 internis animae prodierunt adire omnino non possunt. ipsas quoque cogitationes quas ingerunt, utrum susceptae uel quemadmodum susceptae sint non per ipsius animae naturam, id est per illum interiorem motum in medullis ut ita dixerim ipsius latitantem, sed ex motibus atque indiciis exterioris hominis deprehendunt. ut puta cum suggesserint gastrimargiam, si uiderint monachum oculos ad fenestram aut ad solem curiosius erexisse uel de hora sollicitius inquisisse, cognoscunt desiderium gulae fuisse susceptum. si fornicationem ingerentes senserint eum patienter telum libidinis suscepisse seu uiderint carne conmotum aut certe non ut oportuit aduersum suggestionis inmundae suspirasse lasciuiam, intellegunt in penetralibus
3 animae libidinis iaculum fuisse defixum. si incitamenta tristitiae, si irae, si furoris admouerint, utrumnam cordi insederint gestu corporis et sensibili conmotione dinoscunt, cum scilicet eum uel infremuisse tacitum uel cum quadam indignatione suspirasse seu uultum considerauerint quodam pallore aut rubore mutasse, et ita subtiliter quisnam cui sit

1 quin *O* quid *PX* 3 inminentibus *W* adque *VOP* oborriri *D* 6 ea *W* 8 pspexerunt D^1 13 adque *VOP* indigitis D^1 inditiis *W* 14 successerint *W* 15 oculus *V* fenistram *V* ad *post* aut *om.* *O* 16 ora *WO* sollicitus D^1 cognuscunt *V* 17 guilę *O* 18 senserent V^1 uiderent *V* 19 carnē D^1OPX commotam *OPX* aduersus *DOPXv* suggestiones D^1X suggessiones *O* suggescionis *W* 20 inmunditie *O X* penetrabilibus *VDWOP* 21 incitamente D^1 incitamentum D^2 22 fururis admonuerent *V* corde *D* 23 insederint D^2 OP^1: insiderint *rell.* dinuscunt *V* 24 cum *ante* quadam *om.* W^1X 25 seu *om.* D^1 26 rubure V^1 robore D^1P^1 et *om.* *O*

deditus uitio deprehendunt. illo namque unumquemque nostrum delectari certa ratione cognoscunt, ad cuius instigationem mox quodam nutu uel motu corporis consensum coniuentiamque ab eo praestitam fuisse peruiderint. quae ab illis aëriis uirtutibus 4
ita deprehendi non mirum est, cum hoc a prudentibus quoque uiris saepissime fieri uideamus, ut scilicet interioris hominis statum de figura et uultu seu qualitate exterioris agnoscant. quanto ergo certius haec ab his poterunt deprehendi, quos utique, ut spiritalis naturae, multo subtiliores ac sagaciores hominibus esse non dubium est.

XVI. Quemadmodum enim nonnulli latronum in his domibus quas furtim adgredi cupiunt occultas hominum solent explorare substantias, qui per taetras noctis tenebras cauta spargentes manu minutias harenarum reconditas opes, quas uisu peruidere non possunt, tinnitu quodam ad earum lapsum respondente deprehendunt, et sic ad certissimam rei uel metalli cuiusque notitiam quadam elicitae uocis proditione perueniunt, ita hi quoque, ut thesaurum nostri cordis explorent, uelut harenas quasdam suggestiones nobis noxias inspargentes, cum secundum illarum qualitatem adfectum corporeum uiderint emersisse, uelut quodam de intimis conclauibus prodeunte tinnitu quid sit reconditum in adytis interioris hominis recognoscunt.

XVII. Hoc tamen nosse debemus non omnes daemones uniuersas hominibus inurere passiones, sed unicuique uitio certos spiritus incubare et alios quidem inmunditiis ac libidinum sordibus oblectari, alios blasphemiis, alios irae furorique

2 cognuscunt *V* 3 nutu] notu *V* consensu *D* conibent. *OX* 4 aereis *D*[1]*WPv* 9 ut] et *O*: *om. V* subtilioris *D*[1] *W*[1] adque *O* sagatiores *VD*[1]*W*[1]*X* sagatioris *D*[1]*W*[1] 11 *non distinguunt D*[1] *W* latronum *euanuit in V*: latrones *X* 13 tetras *DW*[2]*OPX* tetrans *W*[1] tenebris *D*[1] 14 harenarum *WPX*: aren. *VDO* 17 quodam *D*[1] uoces *W*[1] hii *OPX* 18 the•saurum *V* thensaurum *P*[1] cordis nostri *D* arenas *OX*[1] 19 suggestionis *DW*[1] suggessiones *O* nobis *om. VWO* spargentes *O* insperg. *X* 22 aditis *WP*[1] abditis *DOP*[2]*Xv* recognuscunt *V*[1] 23 XVI *W* 24 inure|rere *D* ingerere (ge *in ras. m. rec.*) *W* inferre *Or* certus *V* *W*[1] 25 alius *V*[1] *et sic deinceps* 26 fururique *V* furoreque *D*[1]

peculiarius inminere, alios pasci tristitia, alios cenodoxia superbiaque mulceri et unumquemque illud uitium humanis cordibus quo ipse gaudet inserere, sed nec cunctos pariter suas ingerere prauitates, sed uicissim, prout temporis uel loci uel suscipientis oportunitas prouocauerit.

XVIII. GERMANVS: Ergo credendum est inter eos ordinatam et ut ita dixerim disciplinatam esse nequitiam, ut quidam uicissitudinis ab eis ordo seruetur ac rationabilis geratur inpugnationis incursio, cum constet nec modum nec rationem nisi inter bonos atque honestos posse subsistere secundum illam scripturae sententiam: quaeres sapientiam apud malos et non inuenies, et: inimici nostri insensati, illud etiam: non est sapientia, non est fortitudo nec est consilium apud inpios?

XVIIII. SERENVS: Non esse inter malos perpetuam in omnibus consensionem nec posse perfectam stare concordiam etiam in illis ipsis uitiis quibus conmuniter oblectantur certa definitio est. numquam enim poterit, quemadmodum dixistis, in rebus indisciplinatis disciplina modusque seruari. in nonnullis tamen, ubi scilicet uel operationis communio uel necessitas exigit seu cuiusdam lucri inuitat consortium, necesse
2 est eos temporalem conmodare consensum. quod esse in hac militia nequitiae spiritalis manifestissime peruidemus, ut non solum tempora inter se uicissitudinesque custodiant, sed etiam locis quibusdam specialiter inhaerere eaque iugiter obsidere noscantur. nam quia necesse sit eos inmutatis temptationibus

11 Prov. 14, 6 (LXX) 12 Deut. 32, 31 (LXX) 13 Prov. 21, 30 (LXX)

1 peculiaribus *O* pascit *W* 3 quod *D* ne V^1D cunctus V^1 5 prouocarit *Or* 6 XVII *W* ordenatam V^1 8 ab eis uicissit. *D* 9 incurso D^1 excursio *O* 10 bonus V^1 adque *WP* adque inter *O* honestus V^1 11 quaeres (ζητήσεις) *W*: quaeris VD^1 quaere D^2OPX aput *DOX* 12 malus V^1 14 aput *OP* impius *V* 15 XVIII *W* malus V^1 20 ubi] ut *O* 22 temporale VD^1 23 q;uidemus D^1 24 uicissitudinisque D^1 custudiant V^1 custodiā D^1

certisque uitiis atque temporibus exerere inpugnationes suas, hinc liquido conprobamus, quia nullus potest simul cenodoxiae uanitate deludi et concupiscentia fornicationis exuri, nec potest tumida inflari elatione superbiae spiritalis et carnalis gastrimargiae pariter humilitate submitti. nec potest quis cachinnis 3
fatuis risuque dissolui et iracundiae sub eodem tempore stimulis incitari seu certe edacis tristitiae maerore suppleri, sed necesse est unumquemque spiritum ita singillatim inpugnationem mentis adripere, ut cum aut uictus abscesserit, alii eam spiritui cedat acrius inpugnandam, aut certe si uictor extiterit, alteri nihilominus tradat similiter inludendam.

XX. Illud etiam nequaquam ignorare debemus non esse omnes eiusdem ferocitatis ac desiderii, sed ne unius quidem fortitudinis atque nequitiae, et incipientibus quidem atque infirmis non nisi infirmiores spiritus in certamine conparari et his nequitiis spiritalibus superatis gradatim semper aduersus athletam Christi robustiorum pugnas accendi. pro conparatione siquidem uirium ac profectus humani etiam difficultas conluctationis augetur. nullo etenim modo quilibet sanctorum 2
sufficeret talium tantorumque hostium sufferre nequitiam uel insidiis eorum posset occurrere, sed ne crudelitatem quidem ac saeuitiam sustinere, si non certamini nostro clementissimus arbiter atque agonotheta praesidens Christus et exaequaret conluctantium uires et inmoderatos eorum repelleret ac refrenaret incursus faceretque cum temptatione et exitum, ut sustinere possimus.

25 cf. I Cor. 10, 13

1 adque *VP* exerere *V*: exercere *rell.* *v* 4 inflare *D*[1] 5 chacinnis *DW*[1] cacinnis *W*[2]*OX* 7 incitare *D*[1] merore *DOPX* 10 etiam *O* credat *O* uictur *V*[1] 11 exteterit *D*[1]*P* 12 XVIIII *W* 13 ferocitates *D* 14 adque *VP bis* 17 adletam *WX* adleta *O* robustior *Ov* pugnas *scripsi*: pugna *codd.* *v* accendi *scripsi*: succedit *VDWv* succedet *OX* succedent *P* 18 conluctatione *W* 19 modo *om.* *D*[1] 20 suffecerit *V* 21 possit *VDW* nec *X* 23 adque *VP* agonothita *W* 24 inmoderatus *V*[1]

XXI. Hanc autem illos conluctationem non sine suo credimus labore conficere. habent namque etiam ipsi in suo conflictu quandam anxietatem atque tristitiam et maxime cum fuerint ualidioribus aemulis, id est uiris sanctis perfectisque congressi. alioquin iam non conflictus nec conluctatio, sed simplex tantum et ut ita dixerim secura illis esset hominum adtributa deceptio. et quomodo staret illud apostoli quod dicit: non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus? illud quoque: sic pugno non quasi aërem uerberans,
2 et iterum: bonum agonem certaui. ubi enim agon dicitur et certamen et pugna, necesse est ut utrimque sudor et labor ac sollicitudo subeatur et aequaliter illos uel super deiectione maneat dolor atque confusio uel de uictoria gaudium consequatur. ubi uero alio cum sudore luctante alius cum otio ac securitate confligit et ad deiciendum aemulum sola pro uiribus utitur uoluntate, non pugna dicenda est nec conluctatio neque certamen, sed iniqua quaedam et inrationabilis obpugnationis
3 inpressio. sed plane laborant et ipsi non minus inpugnantes hominum genus et desudant, ut praeualeant de unoquoque illam quam cupiunt obtinere uictoriam, et retorquetur in eos illa confusio quae nos manebat, si ab ipsis fuissemus elisi, secundum illud: caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos, et: conuertetur dolor eius in caput eius, et iterum: ueniat illi laqueus,

8 Eph. 6, 12   12 I Cor. 9, 26   13 II Tim. 4, 7   25 Ps. 139, 10   26 Ps. 7, 17   27 Ps. 34, 8

1 XX *W*   3 adque *VP*   9 sanguenim *V*   11 nequititia *V* nequitia *D*²*OX*¹   14 ut *om. DX* ut et *D*²   utrumque *DWO*²*P* utrorumque *X*   soudor *D*   15 uel *om. O*   deiectionem *D OP* delectionem *W*   16 moneat *W*¹   adque *VOP*   uicturia *V*   18 aemolum *W*¹   19 nec certamen *D*¹   23 uicturiam *V*¹   eos] illos *ex* illus *V*   24 fuessimus *V*   25 capud *V*   26 conuertitur *D*¹   dolus *D*¹   27 capud *VD*

quem ignorat: et captio quam abscondit adpre-
hendat eum: et in laqueo cadat in ipso, scilicet quem
super hominum deceptione molitur. dolent igitur etiam ipsi
non minus, et quemadmodum nos elidunt, ipsi quoque similiter
eliduntur nec uicti sine confusione discedunt. quas eorum 4
ruinas atque conflictus ille, qui sanos interioris hominis oculos
possidebat, cotidie cernens uidensque eos supergaudere ruinis
et casibus singulorum ac timens ne de se quoque eueniret eis
ista laetitia, dominum deprecatur inlumina, inquiens,
oculos meos ne umquam obdormiam in mortem:
ne quando dicat inimicus meus: praeualui aduersus
eum. qui tribulant me, exultabunt si motus fuero.
et: deus meus, ne supergaudeant mihi. ne dicant
in cordibus suis: euge, euge, animae nostrae:
neque dicant: deuorauimus eum. et: frenderunt
super me dentibus suis. domine quando respicies?
insidiatur enim in occulto sicut leo in cubili suo.
insidiatur ut rapiat pauperem. et: quaerit a deo
escam sibi. qui rursum cunctis conatibus expensis cum 5
deceptionem nostram non potuerint obtinere, super cassato
labore suo necesse est ut confundantur et erubescant,
qui quaerunt animas nostras, ut auferant eas,
induantur pudore et confusione qui cogitant nobis
mala. Hieremias quoque confundantur, inquit, illi, et
non confundar ego: paueant illi, et non paueam

9 Ps. 12, 4—5 13 Ps. 34, 24—25 15 l. c. 16—17 17 Ps. 9 (10), 9 18 Ps. 103, 21 21 Ps. 39, 15 23 Ps. 34, 26. 39, 15 24 Hierem. 17, 18

1 abscondit *VD²WOPX*: occultauerunt (ἔκρυψαν) *D¹* 2 incidat *D* in id ipso *W* 6 adque *VOP* sanus *V* oculus *V* 7 possedebat *D¹* cottidie *DWX* 10 oculus meus *V* unquam *O* in mortem (εἰς θάνατον) *DWO*: in morte *VPXv et Vulg.* 13 ne (*post* mihi) *VX*: nec *DWOP* 15 neque *VW*: nec *DOPX et Vulg.* deuorabimus *OX* frenderunt *V*: frenduerunt *rell. v et Vulgata* 17 quasi *O* 19 quum *O* 20 optinere *DW* 21 erubiscant *V* 23 confusione et pudore *DPXv* 24 inquid *VDWP*

ego: induc super eos iram furoris tui, et duplici
contritione contere eos. nulli etenim dubium est, cum
a nobis fuerint superati, contritione eos duplici conterendos:
primum quod hominibus expetentibus sanctitatem illi eam
possidentes amiserint causaque extiterint perditionis humanae,
deinde quod spiritales substantiae fuerint a carnalibus terrenis-
6 que deuictae. has igitur ruinas hostium suasque uictorias
intuens unusquisque sanctorum cum exultatione proclamat:
persequar inimicos meos, et conprehendam illos:
et non conuertar donec deficiant. conteram illos,
nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
contra quos etiam orans idem propheta iudica, inquit,
domine nocentes me, expugna inpugnantes me.
adprehende arma et scutum: et exsurge in adiu-
torium mihi. effunde frameam, et conclude ad-
uersus eos, qui persequuntur me: dic animae meae:
7 salus tua ego sum. quos cum subditis et extinctis uniuersis
passionibus uicerimus, merebimur illam benedictionis uocem
consequenter audire: exaltetur manus tua super hostes
tuos, et omnes inimici tui interibunt. haec igitur
omnia et his similia sacris inserta uoluminibus legentes siue
cantantes nisi contra istas nequitias spiritales, quae nobis
insidiantur diebus ac noctibus, acceperimus fuisse conscripta,
non modo ex eis aedificationem nullam lenitatis ac patientiae
consequemur, sed etiam dirum quendam atque contrarium
8 euangelicae perfectioni concipiemus adfectum. non solum
enim docebimur non orare pro inimicis nostris nec diligere
illos, sed etiam detestari eos inplacabili odio prouocabimur et

9 Ps. 17, 38—39 12 Ps. 34, 1—3 19 Mich. 5, 9

1 fururis *V* 3 conterendus *V* 5 causaeque *D* exteterint *D*[1] perditiones *W*[1] 6 a *om.* *O* 7 uicturias *V* 9 inimicus meus *VP* illus *V* 10 reuertar *O* illus *V* 11 sub *W* meus *V* 12 inquid *VDWO*: *om.* *PX* 14 exurge *OX* adiuturium *V* 16 persecuntur *WPX* me persecuntur *D*(*O*) 18 uincerimus *D* 20 tuus *V* interibit *D*[1] 22 canentes *PXv* 25 adque *VP* ad *D*[1] 26 perfectionis *DX*[1] concepiemus *V*[1] 27 non docebimur *O* 28 illus *V* sed etiam] set iam *D*[1]

maledicere eis atque orationem aduersus eos indesinenter effundere. quae tali spiritu prolocutos uiros sanctos et amicos dei intellegere perquam scelestum est ac profanum, quibus ante aduentum Christi idcirco lex non est posita, eo quod transcendentes mandata eius euangelicis parere praeceptis et apostolicae perfectioni studere praeuenientes dispensationem temporis maluerunt.

XXII. Non habere autem eos potestatem quemquam hominum laedendi exemplum beati Iob manifesta ratione demonstrat, ubi non amplius eum temptare audet inimicus quam diuina ei dispensatione conceditur, et confessio eorundem spirituum euangelicis monumentis inserta testatur dicentium: si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. qui multo magis credendi sunt in nullum hominum qui ad imaginem dei creati sunt introire pro arbitrio suo posse, cum in animalia inmunda ac muta ingrediendi absque dei permissu non habuerint potestatem. ceterum nemo posset non dicam iuuenum, quos 2 uidemus in hac heremo constantissime conmorari, sed ne perfectorum quidem tantis taliumque hostium agminibus circumsaeptus in heremo singularis habitare, si in ipsis esset pro uoluntate sua nocendi uel adtemptandi facultas atque libertas. quod euidentius etiam domini ac saluatoris nostri confirmat sententia, quam pro humilitate hominis adsumpti protulit ad Pilatum ita dicens: non haberes in me ullam potestatem, nisi datum tibi fuisset de sursum.

XXIII. Satis tamen nobis et experientia nostra et seniorum relatione conpertum est non eandem uim habere nunc

12 Mt. 8, 31 24 Ioh. 19, 11

1 eos *O* adque *VP* 2 prolocutus *VP* scs̃ *V* amicus *V* 5 trascend. *O* parare W^1 7 malluerunt D^1 8 XXI *W* 9 manif. ratione] manifestatione *W* 10 teptare *D* 11 dispentione *W* confessi W^1 eorum D^1 eorumdem D^2P^1 12 monim. D^2OX testantur V^1 13 uos in D^1 14 in *om.* D^1W 15 pro] non *W* 17 possit VDW^1 18 nec *X* 19 circumseptus *VO*: circumseptos *DWP* circumseptorū *X corr.* 20 singulares *DW* 21 adque *VOP* 23 pro] ds̃ *W corr.* 24 haberis D^1P 25 tibi datum *D* desuper *OX* 26 XXII *W*

daemones quam anteriore tempore inter anachoretarum dumtaxat principia, in quibus adhuc raritas monachorum in heremo conmanebat. tanta namque erat eorum feritas, ut uix pauci et admodum stabiles atque aetate prouecti tolerare habitationem solitudinis possent. siquidem in ipsis coenobiis, in quibus conmorabantur octo uel decem, ita eorum atrocitas grassabatur et frequentes ac uisibiles sentiebantur adgressus, ut non auderent omnes pariter noctibus obdormire, sed uicissim aliis degustantibus somnum alii uigilias celebrantes psalmis et
2 orationibus seu lectionibus inhaerebant. cumque illos ad soporem naturae necessitas inuitasset, expergefactis aliis ad eorum qui dormituri erant custodiam similiter excubiae tradebantur. unde dubitari non potest unum e duobus hanc nunc securitatem uel confidentiam non solum nobis, qui uidemur pro experientia senectutis aliquatenus roborati, sed etiam iunioribus aetate conferre: aut enim uirtute crucis etiam deserta penetrante et ubique eius gratia coruscante retunsa est nequitia daemonum aut neglegentia nostra illos ab inpugnatione pristina reddidit lentiores, dum dedignantur aduersum nos illa intentione confligere qua tunc contra illos probatissimos Christi milites saeuiebant, hac scilicet nos fraudulentia uisi-
3 bilium temptationum cessatione dirius elidentes. in tantum enim teporem uidemus conruisse nonnullos, ut necesse sit eos etiam remissioribus monitis adpalpari, modo ne desertis cellulis suis ad perniciosiores inquietudines reuoluantur et circumeuntes ac uagi crassioribus ut ita dixerim uitiis inplicentur, magnusque fructus ab eis obtineri credatur, si solummodo se etiam cum qualibet ignauia ualeant in solitudine continere, ac pro ingenti remedio soleat eis a senioribus dici:

1 anteriori *W corr.* anachorit. *VWPX* anacoret. *O* dumtaxat *om. W* 4 adque *VP* 5 possint *VD* coenubiis D^1 6 crassabatur *W* 8 uicisse D^1 10 illus *V* 11 inuitaret *PX v* 12 custudiam *V* 13 dubitare *DO* poteest *O* 15 roburati V^1 ruborati D^1 17 choruscante *VP* 18 illus *V* 19 reddedit D^1P 20 illus probatissimus *V* 21 fraudolentia W^1 23 uidemus teporem (temp. W^1) *DW* nonnullus *V* 24 dummodo *D* 27 obtinere DX^1 28 cum *om. O*

sedete in cellulis uestris et quantum libitum fuerit manducate et bibite atque dormite, dummodo in eis iugiter perduretis.

XXIIII. Constat ergo inmundos spiritus non aliter posse in illos quorum obtenturi sunt corpora penetrare, nisi prius eorum mentes cogitationesque possederint. quos cum timore ac memoria dei uel spiritali meditatione nudauerint, uelut exarmatos omni praesidio ac munitione diuina facile uinciendos audenter inuadunt, domicilium deinceps in eis uelut in possessione sibi tradita praesumentes.

XXV. Licet multo illos grauius constet uehementiusque uexari, qui cum corporaliter ab ipsis suppleri minime uideantur, animo tamen perniciosius possidentur, eorum scilicet uitiis ac uoluptatibus inuoluti. secundum apostoli namque sententiam a quo quis superatur, eius et seruus est. nisi quod in hoc isti desperatius aegrotant, quod, cum sint eorum mancipia, nec inpugnari se ab illis nec dominatum eorum ferre cognoscunt. ceterum corporaliter traditos Satanae uel 2
infirmitatibus magnis etiam uiros sanctos nouimus pro leuissimis quibusque delictis, cum in illis ne tenuissimum quidem naeuum aut maculam in illo iudicii die patitur inueniri diuina clementia, omnem sordis eorum scoriam secundum prophetae, immo dei sententiam excoquens in praesenti, ut eos tamquam aurum uel argentum ignitum ad illam perpetuitatem nulla

14 II Petr. 2, 19

1 libetum V^1 2 adque *VOP* dummodo] dñm m̊ D^1 3 XXIII *W* inmundus *V* spiritos D^1 4 illus *V* 5 possederint D^2OPX^2: possiderent *V* possiderint D^1WX^1 7 exarmatus *V* monitione V^1 uinciendus *V* uincendos OX^2v 8 audacter D^1 in eis domic. deinc. *DW* 10 XXIIII *W* illos *scripsi cum OX* illis *V*: *om.* *DWP* 11 qui *VO*: hos qui *DWPX* (*sed* hos *eras. in X*) uidentur *V* 15 disper. D^1PX 16 inpugnare *D* 17 deferre *D* cognuscunt *V* traditus *V* 18 scs *V* 19 nec *O* naeuum *V*: neuum *rell.* 20 aut] ac *V* patiatur *OX* inuenire VD^1v 21 cordis *Vv*: *cf. VI, 11, 2* prof. *D* 22 exquoquens *DWOP* 23 perpetuetatem V^1

3 indigentes poenali purgatione transmittat. et excoquam, inquit, ad purum scoriam tuam, et auferam omne stagnum tuum. et post haec uocaberis ciuitas iusti, urbs fidelis, et iterum: sicut probatur argentum et aurum in camino, ita elegit corda dominus, et iterum: aurum et argentum probat ignis, uir autem probatur in fornace humiliationis. illud quoque: quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

XXVI. Quod in illo propheta atque homine dei in tertio Regnorum libro manifeste uidemus inpletum, qui pro culpa unius inoboedientiae, quam tamen non de industria nec uitio propriae uoluntatis, sed alterius circumuentione contraxit, confestim a leone conteritur, ita de eo scriptura narrante: uir dei est, qui inoboediens fuit ori domini, et tradidit eum dominus leoni, et confregit eum iuxta uerbum domini, quod locutus est. in quo facto et solutionem delicti praesentis atque erroris incauti et iustitiae merita, pro quibus prophetam suum temporaliter dominus tradidit uexatori, parcitas ipsa et continentia praedatoris ostendit, qua nihil penitus audet uoracissima bestia de tradito
2 sibi cadauere degustare. cuius rei nostris quoque temporibus satis euidens contigit et aperta probatio in abbate Paulo uel Moyse, qui habitauit locum huius solitudinis qui Calamus nuncupatur. nam prior conmoratus est in heremo quae adiacet

1 Esai. 1, 25—26 4 Prov. 17, 3 (LXX) 6 Sir. 2, 5 8 Hebr. 12, 6 15 III Reg. 13, 26

1 indigentis *D*W^1 exquoquam W^2*OP* quoquam W^1 2 inquid *VDP* omnes W^1 3 et *ante* post *om.* *W* 5 eligit *Ov* 9 recepit V^1*DP* 10 *non distinguunt VDWOP* prof. *D* adque *VP* 14 eos W^1 scribtura *O* 16 tradedit D^1 17 quod] qui D^1 18 adque *VP* 19 prof. *DO* 20 tradedit D^1 21 quia W^1*OPXv* audit D^1 uoracissema D^1 22 *post* degustare *incipit cap. 26 in VDOP, cap. 25 in W* 24 mose *V*D^1*WO* moysen *P*X^1 in locum *V* 25 commemoratus D^1 in *ante* heremo *om.* *V*

Panephysi ciuitati, quam solitudinem non olim factam aquae salsissimae inundatione cognouimus. quae, quotiens flauerit spiritus aquilonis, de stagnis inpulsa ac superfusa adiacentibus terris ita omnem illius superficiem contegit regionis, ut antiquos ibidem uicos, qui olim hac ipsa de causa omni sunt habitatore deserti, faciat uelut insulas apparere. hic igitur 3
abba Paulus in tantam cordis puritatem quiete solitudinis silentioque profecerat, ut non dicam uultum femineum, sed ne uestimenta quidem sexus illius conspectui suo pateretur offerri. nam cum eidem pergenti ad cuiusdam senioris cellam una cum abbate Archebio eiusdem solitudinis accola casu mulier obuiasset, offensus occursu eius tanta fuga ad suum rursus monasterium praetermisso quod adripuerat piae uisitationis officio recucurrit, quanta nullus a facie leonis uel inmanissimi draconis aufugeret, ita ut ne memorati quidem abbatis Archebii reuocantis eum clamore ac precibus flecteretur, ut ad requirendum senem quemadmodum proposuerant coepto itinere pertenderent. quod licet zelo castitatis et puritatis 4
ardore sit factum, tamen quia non secundum scientiam praesumptum est, sed obseruantia disciplinae iustaeque districtionis excessus est modus (non enim solam familiaritatem quae uere est noxia feminarum, sed ipsam quoque figuram sexus illius credidit exsecrandam), tali confestim correptione percussus est, ut eius uniuersum corpus paralyseos ualitudine solueretur nullumque in eo membrum penitus explere suum praeualeret officium, siquidem non solum pedes ac manus, sed etiam linguae motus quo elocutio uocis exprimitur ipsae-

1 panefysi *VDWX* panefisi *O* panifessi *P* ciuitate D^1 non *deletum in DX* nos W^2 2 quoties WX^1 4 terris] ceteris D^1 anticos *D* 5 uicus *V* ac *W* omnis W^1 6 deserta D^1 8 proficerat VD^1WPX^1 femeneum W^1 11 arcebio DW^2 *O* 12 occursū D^1 occursus *W* 14 recurrit *WP* 15 haut fugiret *V* aufugerat W^1 nec D^1 16 arcebii D^1 18 itenere VD^1X licet *om. V* 21 destrict. *O* 23 crededit D^1 execrandam *VO* correctione *O* 24 corporalyseos D^1 paralyseus *W* ualet. D^1O 26 praeualere W^1 27 quae locutio D^1OP quo loc. D^2 qua loc. (a *in ras. m. 2*) *W* expremitur *V* ipsae quoque *V*

que aures ita auditus proprii amiserint sensum, ut in eo nihil amplius ex homine quam inmobilis tantum atque insensi-
5 bilis figura remaneret. eo autem redactus est, ut infirmitati eius nullo modo uirorum diligentia deseruire sufficeret, nisi sola ei muliebris sedulitas ministrasset. nam delato ad coenobium sacrarum uirginum cibus ac potus, quem ne nutu quidem petere poterat, femineo ingerebatur obsequio explendisque omnibus naturae necessitatibus eadem illi diligentia per annos ferme quattuor, id est usque ad uitae suae terminum seruiebat.
6 qui cum tanta esset omnium membrorum debilitate constrictus, ut nulli in eo artus uiuacem motum ac sensibilem retentarent, nihilominus tanta ex eo uirtutum gratia procedebat, ut cum de oleo, quod cadauere suo potius quam corpore contigisset, unguerentur infirmi, confestim cunctis ualitudinibus curarentur, ita ut super hac eius ualitudine etiam ipsis infidelibus euidenter aperteque claresceret et debilitatem membrorum omnium dispensatione atque amore domini contributam et sanitatum gratiam pro testimonio puritatis ac manifestatione meritorum ei spiritus sancti uirtute praestari.

XXVII. Secundus uero, quem diximus in hac heremo conmoratum, cum ipse quoque singularis et inconparabilis uir esset, ob reprehensionem unius sermonis, quem contra abbatem Macarium disputans paulo durius protulit quadam scilicet opinione praeuentus, tam diro confestim est traditus daemoni, ut humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret. quod flagellum purgationis gratia se dominus intulisse, ne scilicet in eo uel momentanei delicti macula resideret, uelocitate curationis eius atque auctore remedii demonstrauit. nam

1 auditur ppamiserint *D* amiserunt *OX* eos D^1 2 adque *VP* 4 nullu W^1 7 expletisque D^1W^2 8 annus *V* 9 quatuor *PX* 10 omnium *om. O* 11 sensibile *W* 13 corpore suo *D* 14 unguerentur *VOX*: unger. *rell.* ualet. D^1O, *item infra* 16 clarisceret D^1P debelitatem V^1W debilitate D^1 *O* 17 dispens.] desperatione *V* adque *VP* 19 ei] et D^1WO eius *X* 20 XXVI *W* ac *W* 22 quem] q; D^1 23 macarium *O*: macharium *rell.* 25 ab eo *om. V* supplaetos W^1 28 adque *VP*

continuo abbate Macario in oratione submisso dicto citius nequam spiritus ab eo fugatus abscessit.

XXVIII. Ex quo manifeste perpenditur non debere eos abominari uel despici, quos uidemus diuersis temptationibus siue istis nequitiae spiritibus tradi, quia duo haec credere inmobiliter nos oportet, primo quod sine dei permissu nullus ab eis omnino temptetur, secundo quod omnia quae a deo nobis inferuntur, siue tristia ad praesens seu laeta uideantur, uelut a piissimo patre clementissimoque medico pro nostris utilitatibus inrogentur, et idcirco eos uelut paedagogis traditos humiliari, ut discedentes ex hoc mundo uel purgatiores ad uitam aliam transferantur uel poena leuiore plectantur, qui secundum apostolum traditi sunt in praesenti Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi.

XXVIIII. GERMANVS: Et quomodo eos non solum despici ab omnibus uel horreri, sed etiam a communione dominica in nostris prouinciis perpetuo uidemus abstineri secundum illam euangelii sententiam: nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas uestras ante porcos, cum de illis quemadmodum dicis ita credendum sit, quod eis purgationis uel utilitatis obtentu huius temptationis humiliatio tribuatur?

XXX. SERENVS: Si habuerimus hanc scientiam, immo fidem quam superius conprehendi, ut et omnia per deum fieri et pro utilitate animarum dispensari uniuersa credamus, non

13 I Cor. 5, 5   19 Mt. 7, 6

1 macario *O*: machario *rell.*   2 fagatus *V*[1]   3 XXVII *W*   4 dispici *D*[1]*P*   temptat. diuersis *D*[1]   5 spiritalibus *V*   6 permisso *DX*[2]   7 quae *om.* *V*   dño *DWO*   8 tristitia *DW*[1]*O*   seu] uel *DWO*   9 patri *D*[1]   10 pedagogis *codd.*   traditus *V*   11 descedentes V[1]X[1]   13 tradeti *V*[1]   sathane *OX*   16 XXVIII *W*   dispici *D*[1]*WP*   17 omnibus *VO*: hominibus *rell.* *v*   orreri sed et *W*   a *om.* *D*[1]   18 prouintiis *VX*   uideamus *D*[1] uidimus *D*[2]*W*[2]*OPr*   abstinere *D*[1]*Xv*   20 mitatis *W*   porcus *V*   24 XXVIIII *W*   sententiam *PXv*   25 dominum *PXc*

solum nequaquam despiciemus eos, sed etiam pro ipsis tamquam pro membris nostris incessanter orabimus eisque totis uisceribus ac pleno conpatiemur adfectu (cum enim patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra), scientes nos absque illis utpote membris nostris omnimodis consummari non posse, quemadmodum legimus ne anteriores quidem nostros sine nobis repromissionis summam consequi potuisse, ita de illis apostolo pronuntiante: et hi omnes testimonio fidei conprobati non acceperunt promissiones, deo pro nobis melius aliquid proui-
2 dente, ne sine nobis consummarentur. communionem uero eis sacrosanctam numquam meminimus interdictam: quin immo si possibile esset etiam cotidie eis inpertiri eam debere censebant. nec enim secundum sententiam euangelii, quam incongrue huic sensui coaptastis: nolite dare sanctum canibus, ad daemonis escam sacrosancta communio et non potius ad purgationem ac tutelam corporis animaeque peruenire credenda est. quae ab homine percepta eum qui membris eius insidet spiritum seu in ipsis latitare conatur
3 uelut quodam exurens fugat incendio. hoc namque modo curatum et abbatem Andronicum nuper aspeximus aliosque conplures. magis enim ac magis inimicus insultabit obsesso, cum eum a caelesti medicina uiderit segregatum, tantoque dirius ac frequentius adtemptabit, quanto eum ab spiritali remedio longius senserit abdicatum.

XXXI. Ceterum illi sunt uere miseri ac miserabiles iudicandi, qui cum se uniuersis criminibus flagitiisque contaminent, non solum nullum uisibiliter in eis signum diabolicae subpletionis

3 I Cor. 12, 26 8 Hebr. 11, 39—40 15 Mt. 7, 6

3 conpatiamur *O* 5 utpute *VPX* 6 consumari *WO* 7 nostrus *V* 8 hii *OPX*[1] 9 testimonium *W*[1] acciperunt *D*[1] *W*[1]*P* repromissiones *DWOPX* 10 adeo *V* 13 cottidie *D* inpertire *D*[1] 14 recensebant *D*[1] 15 coaptatis *W*[1]*PX* 17 tutellam *VWP* 20 purgat *O* 22 inimicis *D*[1] iniquitas *W* *corr.* 23 caeleste *D*[1] 24 adtemptauit *D*[1] ab *DWOPX*: a *V* 26 XXX *W* 28 ei *D*[1]

ostenditur, sed ne aliqua quidem operibus eorum condigna temptatio nec ullum flagellum correptionis infertur. non enim merentur celerem temporis istius expeditamque medicinam, quorum duritia et inpaenitens cor poenam uitae praesentis excedens thesaurizat sibi ipsi iram et indignationem in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, in quo uermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. contra quos propheta 2
uelut anxius pro adflictione sanctorum, uidens eos aerumnis uariis ac temptationibus subiacere et e contra peccatores non solum absque ullo humiliationis flagello cursum mundi istius pertransire, sed etiam afluentia diuitiarum ac summa rerum omnium prosperitate gaudere, intolerabili zelo ac spiritus sui feruore succensus exclamat: mei autem paene moti sunt pedes: paulo minus effusi sunt gressus mei. quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidens. quia non est respectus in morte eorum: nec firmamentum in plaga eorum. in laboribus hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur, scilicet in futuro cum daemonibus puniendi, qui in praesenti non meruerunt in sorte ac disciplina filiorum cum hominibus flagellari. Hieremias quoque cum deo super hac impiorum 3
prosperitate disceptans, licet nequaquam dubitare se de iustitia domini profiteatur dicens: iustus quidem tu es domine, si disputem tecum, causas tamen huius tantae inaequalitatis inquirens subiungit et dicit: uerumtamen iusta loquar ad te: quare uia inpiorum prosperatur: bene est omnibus, qui praeuaricantur, et inique agunt? plantasti eos, et miserunt radicem: pro-

4 Rom. 2, 5   7 Esai. 66, 24   14 Ps. 72, 2—5 (LXX)
24 Hierem. 12, 1   26 l. c. 1—2

4 inpenitens *VDOPX* inpoenitens *W*   5 excidens *D*[1]*P*   thensaurizat *V*[1]   7 iuditii *D*   10 et] ut *D*[1] et eccontra *O*   12 afluent. *PX*   14 pene *VO* poene *W*   16 iniquis *D*[1]*OP*   17 in morte *VWOP*: mrt *D* morti *Xv*   nec *V*: et (*καὶ*) *rell. v et Vulg.*   18 labore *PX*   22 ac *W*[1]   24 iustos *W*[1]   27 prusperatur *V*

ficiunt et faciunt fructum. prope es tu ori eorum et
4 longe a renibus eorum. quorum ruinam deflente domino per prophetam et ad eorum curationem medicos atque doctores sollicite dirigente et quodammodo eos ad planctum similem prouocante ac dicente: subito cecidit Babylon, contrita est: ululate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur, respondent desperantes angeli, quibus salutis humanae cura conmissa est, uel certe propheta ex persona apostolorum seu spiritalium uirorum atque doctorum
5 uidentium duritiam mentis eorum et inpaenitens cor: curauimus Babylonem, et non est sanata: relinquamus eam, et eamus unusquisque in terram suam: quoniam peruenit usque ad caelos iudicium eius, et eleuatum est usque ad nubes. de istorum igitur desperato languore ex persona dei loquitur Esaias ad Hierusalem: a planta pedis usque ad uerticem non est in ea sanitas: uulnus, et liuor, et plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo.

XXXII. Tot autem esse in inmundis spiritibus quot in hominibus studia non dubie conprobatur. nam nonnullos eorum, quos etiam Planos uulgus appellat, ita seductores et ioculares esse manifestum est, ut certa quaeque loca seu uias iugiter obsidentes nequaquam tormentis eorum quos praetereuntes potuerint decipere delectentur, sed derisu tantummodo

5 Hierem. 51, 8 10 l. c. 9 16 Esai. 1, 6

1 es tu] esto *D*[2]*PX* 2 ruinaq; flente *D*[1] 3 prof. *D* et *om.* *W* medicus *V*[1] adque *VP* 4 simile *V* 5 hac *W* babyllon *V* 6 risinam *V* 7 respundent *V* et respondent *O* disper. *D*[1]*W*[1]*P* 9 adque *VP* doctorem *D*[1] 10 inpenitens *DOP* 11 babyllonem *V* babilone *O* 13 caelus *V* 14 disper. *DPX*[1] 15 langore *WO* esayas *O* 16 eo *r et Vulg.* 18 circumlegata *D*[1] 20 XXXI *W* in *om.* *DP* quod *VDWOP* 21 nonnullus *V* 22 planos *VD*[1]*WO*: faunos *D*[2]*v* paganos *PX cf. Mt. 27, 63* uulgos *D*[1] 23 manefestem *D*[1] quoque *OX* 25 potuerunt *VO* decepere *V*[1] derisum *V* deriso *O* dirisu *X*

et inlusione contenti fatigare eos potius studeant quam nocere: quosdam solummodo innocuis incubationibus hominum pernoctare, alios ita esse furori ac truculentiae deditos, ut non sint contenti illorum tantummodo corpora quos subpleuerint atroci dilaceratione uexare, sed etiam inruere super eminus transeuntes atque adficere illos saeuissima caede festinent: quales illi in euangelio describuntur, ob quorum metum per illam uiam transire iam nullus audebat. quos eorumque consimiles bellis quoque et sanguinis effusione pro insatiabili ferocitate gaudere non dubium est. alios ita eorum corda 2
quos ceperant inani quodam tumore uidemus infecisse, quos etiam Bacuceos uulgus appellat, ut semet ipsos ultra proceritatem sui corporis erigentes nunc quidem se in quosdam fastus gestusque sustollerent, nunc uero uelut adclines ad quendam se tranquillitatis et adfabilitatis statum communes blandosque submitterent, seseque uelut inlustres et circumspectabiles omnibus aestimantes nunc quidem adorare se potestates sublimiores corporis inflexione monstrarent, nunc uero ab aliis se crederent adorari et omnes motus, quibus uera officia aut superbe aut humiliter peraguntur, explerent. alios repperimus 3
non solum studere mendaciis, sed etiam blasphemias hominibus inspirare. cuius rei etiam nos testes sumus, qui audiuimus apertissime daemonem confitentem per Arrium et Eunomium se impietatem sacrilegi dogmatis edidisse. quod etiam in quarto Regnorum libro unum ex isdem ipsis manifeste legimus

7 cf. Mt. 8, 28

2 innociuis *PX* 3 fururi V^1 deditus *V* 6 adque *V* illus *V* 7 discrib. D^1 8 eorum qui D^1 9 insanabili D^1 *W* 10 alius V^1 11 coeperant *VD* ceperint *O* tumure V^1 uidimus D^2r uiderimus *O* inficisse V^1P 12 ipsus V^1 13 fast. gestusque] fastusque *D* 16 seseque uelut...... 19 crederent adorari *om.* *V* *fort. recte* 17 extimantes *O* 20 explorent D^1 alius *V* repperemus *P* reperimus *X* 21 mendatiis *DW* blasf. *DOX* 22 summus W^1 23 enomium D^1 24 sacrilegii D^1P sacrilege *W* ededisse D^1 25 quarto *codd.*: *errauit auctor* isdem *X*: eisdem *O* hisdem *rell.*

praedicantem: egrediar, inquit, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. de quibus apostolus, arguens illos qui ab ipsis decipiuntur, ita infert: adtendentes spiritibus seductoribus et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium.
4 esse autem et alia daemonum genera, id est mutorum atque surdorum, euangelia testantur. incentores etiam libidinis atque luxuriae quosdam spiritus esse propheta conmemorat spiritus, inquiens, fornicationis decepit eos, et fornicati sunt a deo suo. nocturnos quoque siue diurnos ac meridianos daemonas similiter scripturarum auctoritas docet. de quorum diuersitate perlongum est si uolumus omnia scripturarum uolumina perscrutantes singillatim percurrere, qui per prophetam onocentauri, qui pilosi, quae sirenae, quae lamiae, quae ululae, qui struthiones, qui hericii designentur, qui aspis, qui basiliscus in psalmo, qui leo, qui draco, quiue scorpios in euangelio nuncupetur, qui princeps mundi huius, qui rectores harum tenebrarum quaeue spiritalia nequitiae ab apostolo
5 nominentur. quae uocabula non casu nec fortuito indita illis debemus accipere, sed significatione istarum ferarum, quae apud nos uel minus noxiae uel magis perniciosae sunt, illorum ferocitates rabiesque distingui et ex similitudine nequitiae

1 III Reg. 22, 22 3 I Tim. 4, 1—2 6 cf. Luc. 11, 14. Marc. 9, 16 et 24 8 Osee 4, 12 10 Ps. 90, 5—6 13 cf. Esai. c. 13 et 34 15 Ps. 90, 13 16 Luc. 10, 19 17 Ioh. 14, 30. Eph. 6, 12

1 praedicentem *VW* predicente *O* inquid *VOP* eros *W*¹ 2 prof. *DO* 3 illus *V*¹ refert *O* 5 mendatium *VDWX* 6 dęmonium *D*¹ adque *VOP* 7 sordorum *V* adque *VOP* 8 luxoriae *D*¹*WP* spiritos (*ante* esse) *D*¹ prof. *O* 10 nocturnus *V*¹ diurnus *V*¹ meridianus *V*¹ meridianis *D*¹ 11 daemones *W*²*OXv* decorum *O* 12 scribt. *O* 13 per *om.* *D*¹ 14 unocent. *V* pelosi *V* 15 strutiones *VDWP*¹ structiones *OP*² strucciones *X* hericu *D*¹ ericii *WOX* designantur *V*¹*W*¹*PXv* absis *D*¹ iaspis *O*¹ 16 baseliscus *V* scorpios *D*¹*W*¹: scurpius *V*¹ scorpius *rell.* 18 tenebrarum harum *Vv* nequitia *OPX*¹ 19 nomenentur *V*¹ fortuitu *WP* 20 accepere *V*¹ 21 aput *D*¹*OP* magis] maius *D* 22 ferocitatis *V*¹

uirulentae seu principatus, quem istis inter ceteras feras siue serpentes quaedam excellentia malitiae suae confert, illos quoque eorum uocabulis nuncupari, ut scilicet alius quidem ob uehementiam furoris et rabiem ferocitatis suae leonis appellationem, alius basilisci ob illud mortiferum uirus quod priusquam sentiatur interimit, alius uero ob teporem malitiae suae onocentauri aut hericii nomen struthionisue sortitus sit.

XXXIII. GERMANVS: Non quidem ambigimus illos quoque ordines quos apostolus enumerat ad istos referri, quia non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus. uolumus tamen nosse unde haec sit tanta inter eos differentia, uel quemadmodum tanti nequitiae extiterint gradus? an ad hoc creati sint, ut hos ordines malitiae sortirentur et quodammodo huic nequitiae militarent?

XXXIIII. SERENVS: Quamquam propositiones uestrae totum tempus nocturnae quietis ita nostris furentur obtutibus, ut adpropinquantis aurorae nequaquam uiciniam sentiamus et usque ad ortum solis insatiabiliter conlationis huius uerba contexere prouocemur, tamen quoniam absolutio propositae quaestionis, cum coeperit indagari, in quoddam amplissimum ac profundissimum nos educit pelagus quaestionum, quod praesentis horae breuitas non sinit transmeari, commodius reor ut eam futurae noctis indagini reseruemus, quo et mihi

9 Eph. 6, 12

1 uirolente *D* isti *W* 3 uocabilis eorum *D* alios *W* 4 fururis V^1 5 alios *W* illum *DW* illut *O* 6 alios *W* temporem W^1 militiae *W* 7 ericii *OX* strutionisue *V DWPX^2$* structionisque *O* structionisue X^1 8 XXXII *W* ambigemus D^1W^1 illus *V* 9 enomerat V^1 istus *V* 10 sanguenem *V* 13 nequitia OP^2X^1 14 hoc D^1 tantę *D PX* 16 sunt D^1PX militiae V^1 18 XXXIII *W* propositionis D^1P 20 adpropinquantes D^1W^1P 23 indicari *W* amplessimum V^1 24 hac D^1 reducit D^1 reducet D^2 deducet *O* pelagos W^1 25 orae *WO* commodeus W^1 26 quod *OX*

sub huius quaestionis occasione de uestro propensiore conloquio laetitia spiritalis ac fructus uberior conferatur, et propositarum quaestionum sinus praebente nobis spiritu sancto prosperos
2 flatus liberius penetrare possimus. quamobrem soporis modicum degustantes discutiamus obrepentem oculis nostris uicina iam luce torporem, ac deinceps pariter ad ecclesiam procedentes, quoniam nos hoc facere dominici diei sollemnitas commonet, reuersi post synaxin ea, quae dominus ad instructionem communem pro desiderio uestro largitus fuerit, duplicato gaudio conferemus.

1 occansione *D*¹ occassione *W* 3 prospero *V* 4 flatos *D*¹ *P* paenitrare *W*¹ 5 obsequentem *ex* obrequentem *D* 6 eclisiam *V* eclesiam *D* eglesiam *O* 7 solemnitas *V* 8 sinaxin *OP et* (*ex* senaxin) *W* 9 largitur *D*¹ 10 conferamus *OXv* Explicit abbatis sereni conlatio prima (conl. abb. ser. pr. *DW* conl. pr. abb. ser. *X*) de animae mobilitate et spiritalibus nequitiis *VDWOX* Expl *P* Incipit eiusdem senis conlatio s̃cda de principatibus *O*

VIII.

CONLATIO ABBATIS SERENI SECVNDA.

DE PRINCIPATIBVS.

CAPITVLA.

Item (Incipiunt *D*) capitula (capituli D^1) secunda · conlationis (de secunda conlatione *DX*) eiusdem senis (ei' sen̄ *D*) *VDX* Incipit capitulatio eiusdem *O* 5 humilitate *D* 6 secunda propositio *Xc* caelestium *om. O* 7 scribturarum *V* 8 intellectu] inlatu *ex* inlata *X* scribtur. *V* 10 de eo quod] de quo *X* media *OXc* 11 sunt tenenda *X* accepi VD^1 12 malum a deo *D* est *D* 13 initium *VO* principatum *X* potestatuum *D corr.* potestatium X^1 14 diabuli *V* 15 diabuli VD^1 ad deceptionē *X* 17 diabuli VD^1

1 decepit *VO* decepitur *V*[2] 5 aduersus *DO*[1] commoueant] *sic desinit capitulatio in X* 7 principatum *O* 10 sunt *O* 13 fratres *VO* perfecta *V* 16 quae *om. V* aduirsis *V* aduersus *DO* 17 filosofos *O* adprobatas *D*[1] 19 prius eorum *O* mentes prius *D* obsederint *O*: obsiderint *VD* 21 dicantur *D*[2] 23 set *O* 24 cam *D*[1] ante .... inputari *om. O* 27 inditio *VD* poena *D*(*O*) 28 sunt hi qui *Dv*

XXV. De diabolo quod dicitur in euangelio quomodo intellegendum sit: quia mendax est et pater eius.

I. Consummatis quae diei sollemnitas exigebat et ecclesiae congregatione dimissa reuersi ad cellam senis refecti primum lautissime sumus. nam pro muria, quae superiecta olei gutta cotidianae refectioni solebat adponi, modicum liquaminis miscuit et olei quiddam solito propensius superfudit. nam illam olei guttam ob hoc unusquisque cotidie refecturus instillat, non ut eius ex hoc gustu quandam percipiat suauitatem (quippe cuius tantus est modus, ut uix ipsius gutturis ac faucium meatus non dicam linire, sed pertransire sufficiat), sed ut hoc usu iactantiam cordis, quae pro abstinentia districtiore blande solet ac latenter inrepere, et stimulos elationis obtundat, quia quanto abstinentia ipsa occultius exercetur nulloque hominum teste perficitur, tanto subtilius occultatorem suum temptare non desinit. deinde adposuit salem frictum, 2
oliuas ternas: quibus post haec superintulit canistrum habens cicer frictum quod illi trogalia uocant, ex quibus quina tantum sumpsimus grana, myxaria bina, caricas singulas. hunc enim numerum in illa heremo quemquam excessisse culpabile est. qua refectione transacta repromissam quaestionis absolutionem

2 Ioh. 8, 44

1 diabulo *VD*[1] intellegatur *O* 2 quia *om.* *O* est] sit *D* eius. Expli capl *D* Explicit capitulatio *O* Expl. capitula subsequentis conlationis *X* Incipit eiusdem senis (sereni *P*) conlatio (conlac̃ *D* collatio *P*) secunda de principatibus (principalibus nequitiis *P*) *VDWPX* Incipit conlatio VIIIa *O* 3 ecclisiae *V* ęcle *D* 4 demissa *D*[1]*W*[1] tellam *D*[1] 5 letissime *O* moria *D*[1]*W* 6 cottid. *VD*[2]*WX* cottidiana *D*[1] 7 soleto *D*[1] 8 cott. *D* 9 stillat *O* gustus *D*[2] quamdam *W*[1] 11 lenire *VDOP* 12 abstinentiam *W*[1] districtiorem *W* destrictiore *OX* 13 inripere *V* ut *D*[1] stimulus *V* 14 quamto *O* 16 sale *D*[2] frictu *D*[1] 19 myxtaria *V* mixaria *DWP* mizaria *O* 20 nomerum *V*

cum reposcere coepissemus, proferte, inquit senex, interrogationem uestram, cuius in hanc horam distuleramus indaginem.

II. Tum GERMANVS: Vnde, quaesumus, tanta uarietas aduersariarum potestatum contra hominem ac diuersitas ista processit, quam beatus apostolus ita dinumerat: non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus, et iterum: neque angeli neque principatus, neque uirtutes neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei quae est in Christo Iesu domino nostro? unde ergo tantae malitiae aemula nobis emersit aduersitas? an ad hoc potestates istas a domino conditas esse credendum est, ut his contra hominem gradibus atque ordinibus militarent?

III. SERENVS: Diuinarum scripturarum auctoritas de his in quibus nos uoluit erudire quaedam etiam his qui acumine ingenii carent tam lucide et euidenter effata est, ut non solum nulla occultioris sensus obscuritate uelentur, sed ne ullo quidem patrocinio interpretationis indigeant et in superficie uocis ac litterae suos intellectus ac sententias praeferant: quaedam uero ita contecta et quibusdam sunt obscurata mysteriis, ut in eorum discussione et intellectu inmensum nobis exercitii
2 campum ac sollicitudinis reseruaret. quam rem multas ob causas deum dispensasse manifestum est: primum ne sacramenta diuina nullum habentia spiritalis intellectus uelamen obductum cunctis hominibus, id est tam fidelibus quam profanis aequali

5 Eph. 6, 12 10 Rom. 8, 38—39

1 inquid *VDP* senes *O* 2 oram *D*W^1*O* 3 tunc *O* aduersarium *D* 4 hac *W* 5 dinomerat V^1 6 sanguenim *V* 9 nequitia *O* 11 karitate *O* 13 militiae D^1 15 hominum D^1*W* adque *VP* 16 scribt. *X* 18 affata D^1 19 occultorib; *D* occultiores *W* uelent *D* uellentur W^1 21 suus *V* intellectur D^1 22 obscura *O* mist. *DO* 24 reseruarent *P* 25 deum *om.* D^1 sagramenta *V*

scientia et notitia panderentur et per hoc inter inertes ac
studiosos nulla esset uirtutis prudentiaeque distantia, tum ut
etiam inter ipsos domesticos fidei, dum intellectuum spatia
coram eis inmensa tenduntur, esset in quibus et desidiosorum
argueretur ignauia et studiosorum alacritas atque industria
probaretur. ideoque satis proprie scriptura diuina agro opimo 3
ac fertili conparatur, qui cum multa gignat ac proferat quae
ad hominum uictum sine aliqua ignis coctione proficiant,
quaedam nisi prius flammae calore mitigata atque mollita
omnem asperitatem suae deposuerint cruditatis, uel incongrua
usibus humanis uel noxia sentientur. nonnulla uero ita utri-
que usui apta nascuntur, ut nec incocta sua cruditate dis-
pliceant uel offendant et tamen ignis calore decocta salubriora
reddantur. plura quoque ad escam tantummodo inrationabilium
iumentorum et animalium uel ferarum ac uolucrum proferuntur,
cibis hominum minime profutura, quae etiam in sua asperitate
manentia absque ulla ignis confectione uitalem iumentis con-
ferunt sanitatem. quam rationem satis euidenter aspicimus 4
in hoc uberrimo spiritalium scripturarum paradiso contineri,
in quo ita quaedam significatione litterae plana ac luculenta
resplendent, ut, cum sublimiore interpretatione non egeant,
simplici tantum litterae sono abunde pascant ac nutriant
audientes, ut est illud: audi, Israhel, dominus deus
tuus dominus unus est, et: diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et
ex tota uirtute tua. quaedam autem si allegorica ex-
planatione extenuata non fuerint et spiritalis ignis examinatione
mollita, nullo modo ad salutarem interioris hominis cibum

23 Deut. 6, 4 24 l. c. 5

1 inertis D^1 hac *W* 2 studiosus *V* tum *eras. in D* tam W^2 ut *om. O* 3 ipsus domesticus V^1 4 eis] ipsis *O* desidiorum *W* 5 adque *VOP* 6 scribt. *O* 9 calorem W^1 adque *VP* 12 crudetate *D* displeceant W^1 18 sanitatem *V*: saturitatem *rell.* 19 paradisso *D* conteneri D^1 20 hac *W* 22 hac *W* 23 isrl *VWX* irl *D* 24 dominus] deus *O* diligis V^1D^1P 26 alligorica V^1P illegorica D^1 algorica *W* 28 nullu W^1

sine corruptionis labe peruenient magisque ex eorum percepti-
one laesio quam utilitas aliqua subsequetur, ut est illud: sint
lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes, et:
qui non habet gladium, uendat tunicam suam et
emat sibi gladium, et: qui non accipit crucem suam
5 et sequitur me, non est me dignus. quod quidam
districtissimi monachorum, habentes quidem zelum dei, sed
non secundum scientiam, simpliciter intellegentes fecerunt
sibi cruces ligneas easque iugiter umeris circumferentes non aedi-
ficationem, sed risum cunctis uidentibus intulerunt. nonnulla
uero ad utramque perceptionem, id est tam historicam quam
allegoricam ita conmode ac necessarie capiuntur, ut utraque
explanatio uitales sucos animae subministret, ut est illud: si
quis te percusserit in dextera maxilla tua, praebe
illi et alteram, et: cum persequuntur uos in ciui-
tate ista, fugite in aliam, et: si uis perfectus esse,
uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et
habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me.
6 producit sane et faenum iumentis, quibus pabulis omnes
scripturarum repleti sunt campi, simplicem scilicet puramque
narrationem historicae lectionis, qua simpliciores quique ac
minus capaces perfectae et integrae rationis, de quibus dicitur:
homines et iumenta saluabis domine, secundum status

2 Luc. 12, 35 4 Luc. 22, 36 5 Mt. 10, 38 7 Rom. 10, 2 13 Mt. 5, 39 15 Mt. 10, 23 16 Mt. 19, 21 19 Ps. 103, 14 23 Ps. 35, 7

1 puenient *D* peruenίunt *O* 2 subsequitur *V* 4 gaudium D^1 uindat W^1 5 accepit V^1W^1P crocem V^1 7 destrict. *O* 8 intellig. *W* 9 crocis V^1 humeris *DWOP* 11 storicam *O* (*passim*) 12 alligoricam *VP* utrasque D^1 13 sucus V^1 14 dextra WX^1 dexterā maxillā tuā D^1OPX^2 15 persecuntur *DW* 16 perfectur D^1 17 uinde V^1D^1 et uende *W* 18 thensaurum V^1W 19 fenum *DO* foenum *X* 20 scil-licet *V* 21 sthoricae *V* istoricae *W* q;q; D^1 22 munus D^1 perfectae et] et perfectis *D*, *sed deletum m. 2* 23 statum D^2P

ac mensurae suae condicionem ad opus tantum et laborem actualis uitae uegetiores robustioresque reddantur.

IIII. Quamobrem de his, quae aperta explanatione prolata sunt, nos quoque constanter possumus definire audenterque nostram proferre sententiam. ea uero, quae meditationi et exercitio nostro reseruans obtecta sanctis scripturis spiritus diuinus inseruit, quibusdam ea uolens indiciis et opinionibus colligi, ita pedetemptim debent cauteque conferri, ut sit eorum adsertio uel confirmatio in disputantis uel suscipientis arbitrio conlocata. nonnumquam enim cum super una re diuersa pro- 2
matur sententia, potest utraque rationabilis iudicari et sine detrimento fidei uel fixe uel medie suscipi, id est ut ei nec plena credulitas nec absoluta refutatio deputetur priorique sequens opinio derogare non debeat, cum neutra earum fidei inueniatur obsistere. quale est illud, quod Helias uenerit in Iohanne et iterum sit aduentum domini praecursurus, et de abominatione desolationis, quod steterit in loco sancto per illud simulacrum Iouis quod Hierosolymis in templo positum legimus et iterum stare habeat in ecclesia per aduentum Antichristi, illaque omnia quae in euangelio sequuntur, quae et inpleta ante captiuitatem Hierosolymorum et in fine mundi huius intelleguntur inplenda. e quibus neutra opinio inpugnat aliam nec sequentem prior intellectus euacuat.

16 cf. Mt. 11, 14 20 cf. Dan. 9, 27. II Maccab. 6, 2. Mt. 24, 15 sqq.

1 conditionem *VX* conditionem aditionem *D* conditione *W* tantum *om.* *D* et] ac *O* 2 actuales D^1 4 consonanter (sonant *in ras. m. 2*) *W* 7 quibusdem audens D^1 quibusdam ea uidens D^2 inditis D^1 indicionem *W* *ex corr.* 8 collegi D^1P pediteptim D^1 pedetemtim *O* 11 iudecari V^1 iudicare D^1 12 suscepi VD^1W^1 eis *PX* 13 crudelitas D^1 15 haelias *V* elias *OP* uenerat D^1 16 praecursurus *V*: praecessurus *DWOP* (praecursor domini *contra Nestor. VI, 23, 4*) 17 abuminatione W^1 stetit *O* pro illo simulacro D^1 18 iobis *O* hierusolymis *V* hierusolimis *WP* hierosolimis *DOX* 19 ecclisia *V* eglesia *O* p aduentu D^1 20 anticristi *VW* antechristi D^1OP secuntur *W* 21 hierusolymorum *V* hierusolim. *WP* hierosolim. *DOX* finem *W* 23 alia D^1

V. Et idcirco proposita a uobis quaestio licet non satis uideatur nec frequenter inter homines uentilata nec apud plurimos pateat, et ex hoc ipso apud aliquos ea quae proferemus forsitan uideantur ambigua, ita debemus nostram temperare sententiam, quoniam fidei trinitatis nihil praeiudicat, ut inter illa habeatur quae medie sunt tenenda, quamquam non tali opinione qualis suspicionibus tantum et coniecturis colligi solet, sed manifestis scripturarum testimoniis omnia conprobentur.

VI. Absit ergo ut deum quicquam creasse confiteamur quod substantialiter malum sit, dicente scriptura: *omnia quae fecit deus, bona ualde.* si enim a deo tales isti creati sunt uel ad hoc facti, ut hos malitiae gradus teneant ac semper deceptionibus et ruinis hominum uacent, contra praedictae scripturae sententiam infamabimus deum uelut creatorem atque inuentorem malorum, quod scilicet pessimas uoluntates ac naturas ipse condiderit, ad hoc eas creans, ut semper in nequitia perseuerantes numquam transire possint in bonae uoluntatis adfectum. hanc igitur rationem diuersitatis huius traditione patrum de sanctarum scripturarum fonte percepimus.

VII. Ante conditionem huius uisibilis creaturae spiritales caelestesque uirtutes deum fecisse, quae pro hoc ipso quod scirent se ad tantam beatitudinis gloriam beneficio creatoris ex nihilo fuisse productas perpetuas ei gratias referentes indesinenter eius laudibus inhaererent, nemo fidelium dubitat.
2 nec enim existimare debemus creationis et opificii sui principia ab huius mundi constitutione deum primitus inchoasse, quasi

11 Gen. 1, 31

2 aput *OP* 3 plurimus *V* aput *DOP* proferemus D^1PX: proferimus VD^2WO 4 forsitam D^1W 5 praeiudicat *scripsi*: praeiudicant *codd. v* 6 illas *V* habeatur *W*: habeantur *rell. v* media *WOPX* 8 collegi D^1 manefestis D^1 9 conprobantur *WO* 10 confiteatur D^1 11 scribt. *O* 12 enim] uero *D* 13 malitiae *Ov*: militiae *rell.* 16 adque *VP* 17 condederit D^1 18 possent *O* 20 scribt. *OX* 22 deus D^1 24 deferentes *O* 25 eius] ei D^1 dubitant D^1 26 extimare *O* 27 incoasse *W* inquoasse *O*

in illis anterioribus atque innumeris saeculis ab omni pro-
uidentia et dispensatione diuina fuerit otiosus, ac tamquam
non habens in quos bonitatis suae exerceret beneficia solitarius
atque ab omni munificentia alienus fuisse credatur. quod de
illa inmensa ac sine principio et inconprehensibili maiestate
satis humile est incongruumque sentire, ipso domino de illis
potestatibus haec dicente: *quando facta sunt simul
sidera, laudauerunt me uoce magna omnes angeli
mei.* qui ergo intersunt creationi siderum, ante istud prin- 3
cipium in quo factum dicitur caelum et terra creati fuisse
manifestissime conprobantur, quippe qui pro istis omnibus
uisibilibus creaturis quas uidebant ex nihilo processisse crea-
torem magna uoce referuntur et admiratione laudasse. ante
istud ergo temporale principium, quod a Moyse dicitur quod-
que mundi huius secundum historicum, immo Iudaicum sensum
signat aetatem (saluo scilicet nostro sensu, quo nos interpre-
tamur omnium rerum Christum esse principium, in quo omnia
creauerit pater secundum illud: *omnia per ipsum facta
sunt, et sine ipso factum est nihil*), ante istud, inquam,
Geneseos temporale principium omnes illas potestates caelestes-
que uirtutes deum creasse non dubium est. quas apostolus 4
per ordinem dinumerans ita describit: *quia in Christo
creata sunt omnia in caelis et in terra, uisibilia
et inuisibilia, siue angeli siue archangeli, siue
throni siue dominationes, siue principatus siue
potestates. omnia per ipsum et in ipso creata sunt.*

VIII. De istorum itaque numero nonnullos principes fuisse conlapsos lamentatio Ezechielis siue Esaiae manifestissime

7 Iob 38, 7 (LXX) 18 Ioh. 1, 3 22 Col. 1, 16

1 adque *VP* innomeris *V* saeculis] singulis *D* 2 utiosus V^1 hac V^1 4 adque *VP* monific. *V* 9 creatione D^1 14 mose V^1W^1 moise W^2 quodqui D^1 15 istoricum *W* 19 sini V^1 ipsū W^1 20 geneiseus *V* caelistisque *V* 21 uirtutis V^1 22 per] p̄ *V* discribit *O* 23 condita sunt uniuersa *V et Vulgata* 25 troni *WO* 27 nonnullus V^1 28 conlapsus V^1 condilapsos *X* hiezechielis *O* ezechihelis *X* esayae *O*

docent, in quibus principem Tyri uel illum Luciferum, qui
2 mane oriebatur, flebili planctu cognoscimus lamentari. et de illo quidem ita dominus ad Ezechiel: fili hominis, leua planctum super principem Tyri: et dices ei: haec dicit dominus deus: tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in deliciis paradisi dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius et iaspis, chrysolithus et onyx et beryllus, sapphirus et carbunculus et smaragdus: aurum opus decoris tui: et foramina tua in die, qua conditus es, praeparata sunt. tu cherub extentus et protegens, et posui te in monte sancto dei, in medio lapidum igneorum ambulasti. perfectus in uiis tuis a die conditionis tuae, donec inuenta est iniquitas in te. in multitudine negotiationis tuae repleta sunt interiora tua iniquitate, et peccasti: et eieci te de monte dei, et perdidi te o cherub protegens, in medio lapidum igneorum. eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam a decore tuo, in terram proieci te: ante faciem regum dedi te ut cernerent te. in multitudine iniquitatum tuarum, et iniquitate negotiationis tuae polluisti
3 sanctificationem tuam. Esaias quoque de alio: quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane orie-

3 Ezech. 28, 11—18 24 Esai. 14, 12—14

1 docet *Pv* 2 fleuili *D*¹*X* flebeli *W*¹ cognuscimus *V* lamentare *D* 3 hezeciel *O* ezechihel *P*¹*X* 4 prencipem *V*¹ 6 diliciis *VP* delitiis *D* 8 topagius *D*¹ chrysolitus *VD* chrisolitus *WX* crisolitus *O* 9 et *om. O* onix *codd.* berillus *W OX* sapphyrus *V* saffirus *DW* saphirus *OPX* et *post* saph. *om. O* 10 ismaragdus *V*¹*P* zmaracdus *O* carbunc. et acates, smaragdus iacintus et ametistus *D* decuris *V* 12 cerub *W* extensus *O* protigens *V* 13 ignitorum *W*²*Xv* 15 donec .... 16 negotiationis tuae *om. O* 16 interriora *V* 18 perdedi *D*¹*P* cerub *W* protigens *V* 19 ignitorum *W*²*Xv* 20 perdedisti *V D*¹*P* 21 terra *VO* regum *om. W* 22 multitudinem *VW* 24 isaias *W* esayas *O*

baris? conruisti in terram, qui uulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: in caelum conscendam, super astra dei ponam solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. quos tamen non solos ex illo beatissimae stationis apice conruisse scriptura conmemorat, dicens tertiam partem stellarum draconem illum secum pariter pertraxisse. unus quoque apostolorum euidentius dicit: angelos uero qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt domicilium suum, in iudicium magni diei uinculis aeternis sub caligine reseruauit. illud etiam quod 4
ad nos dicitur: uos autem sicut homines moriemini: et sicut unus de principibus cadetis, quid aliud quam multos principes cecidisse significat? quibus indiciis ratio diuersitatis huius ista colligitur, has differentias ordinum, quas instar sanctarum caelestiumque uirtutum aduersae potestates habere dicuntur, uel ex illius anterioris ordinis gradu in quo unaquaeque creata fuerat nunc etiam retentare, uel certe de caelestibus deuolutas ad similitudinem illarum uirtutum, quae ibidem perseuerant, pro nequitiae suae merito, in qua unaquaeque in malum creuit, hos inter se gradus et ordinum uocabula in parte contraria uindicasse.

VIIII. GERMANVS: Nos hactenus credebamus causam atque initium ruinae seu praeuaricationis diabolicae, qua de angelica statione deiectus est, inuidiam specialiter extitisse, quando Adam et Euam liuida calliditate decepit.

7 cf. Apoc. 12, 4 9 Epist. Iudae 6 13 Ps. 81, 7

1 terra *O* 4 montem *D*¹*O* aquilonis] apłm (*i. e.* apostolum) *D*¹ 5 altissimi *D*¹ 6 solus *V*¹ beatissima *W*¹ 7 scribt. *VO* 8 ptraxisse *D* 10 seruauirunt *V* 11 suum domicilium *DW et Vulg.* 12 aetirnis *V* 14 fut (*i. e.* sicut ut) *D* 15 multus *V*¹ ratione *W* 16 ista *V*¹*DW*: ita *V*²*v om. O* 17 caelistiumque *V* 18 ordines *V*¹: *om. D* 22 creauit *VP*¹ grados *D*¹*W*¹ 24 actenus *D*¹*WOPX* adque *VP* 26 specialeter *V* extetisse *W* 27 caliditate *V* decipit *V*¹

X. SERENVS: Non esse istud praeuaricationis illius seu deiectionis initium Geneseos lectio manifestat, quae ante illorum deceptionem serpentini nominis nota eum credidit inurendum ita dicens: serpens autem erat sapientior siue, ut Hebraici exprimunt libri, callidior cunctis bestiis terrae quas fecit dominus deus. intellegitis ergo, quod ante illam circumuentionem primi hominis de angelica discesserat sanctitate, ita ut non solum nominis huius insigniri mereretur infamia, sed etiam in nequitiae tergiuersatione ceteris praeferretur bestiis terrae. non enim tali uocabulo scriptura bonum angelum designasset nec de his qui in illa beatitudine perseuerant diceret: serpens autem erat sapientior
2 omnibus bestiis terrae. nam hoc cognomen non solum Gabriheli siue Michaeli nullo modo posset aptari, sed ne bono quidem cuiquam homini conueniret. apertissime itaque et serpentis uocabulum et conparatio bestiarum non sonat angeli dignitatem, sed praeuaricatoris infamiam. denique liuoris ac seductionis materia, qua ut hominem deciperet instigatus est, de anterioris ruinae extitit causa, quod scilicet de limo terrae nuperrime figuratum ad illam eum gloriam cerneret euocandum, unde, cum esset unus de principibus, se meminerat conruisse.
3 et idcirco priorem eius lapsum quo superbiendo conruerat, quo etiam serpens meruerat nuncupari, secunda ruina per inuidiam subsecuta est. quae inueniens eum adhuc aliquid in sese erectum habentem, ita ut etiam cuiusdam conloquii atque consilii cum homine posset habere consortium, sententia

4 Gen. 3, 1 (LXX)

2 deieccionis *V* geneseus V^1 leccio *V* 3 crededit D^1 5 besteis D^1W^1 6 intellegetis *V* 7 illam *om. D* 10 praeferetur DPX^1 preueretur (*i. e.* praeberetur) *O* besteis D^1W^1 uocabolo *V* D^1 scribt. *VO* 11 angelom D^1 13 hominibus W^1 besteis $V^1D^1W^1$ 14 gabrieli *WOPX* siue] uel *DWOP* michaheli *D* micaheli *O* nullū W^1 possit *VDWP* 15 conueneret D^1 16 sonant *O* 18 deceperet *V* deceperit D^1P^1 19 extetit *W* scilecet *V* 20 illum V^1 euocatum V^1P uocandum *O* 23 quod etiam D^1 25 sese erectum *VX*: se erectum *D* sese rectum *WO P* 26 adque *VOP* possit *VDWO*

domini utiliter in ima deiectus est, ut non iam sicut ante sublime aliquid intuens et excelsus incederet, sed ut solo cohaerens reperet et humiliatus super uentrem terrenis uitiorum escis et operibus pasceretur, occultum deinceps publicans inimicum ac ponens inter ipsum et hominem utiles inimicitias salutaremque discordiam, ut dum cauetur tamquam hostis nōxius, amicitiis fraudulentis ulterius homini nocere non posset.

XI. In quo tamen et illud nos praecipue debet instruere, ut a malis consiliis declinemus, quod licet deceptionis auctor congrua poena et condemnatione plectatur, ne ille quidem qui seducitur supplicio careat, licet aliquantulo leuiore quam ille qui auctor deceptionis extiterit. quod hic expressum planissime cernimus. Adam namque qui seductus est, immo ut apostoli uerbis eloquar qui s e d u c t u s n o n e s t, sed seductae adquiescens in exitiabilem uidetur accessisse consensum, sudore uultus ac labore tantummodo condemnatur, qui tamen illi non per suam, sed per terrae maledictionem sterilitatemque decernitur. mulier uero quae huius rei persuasor extitit multiplicati- 2
onem gemituum ac dolorum atque tristitiae promeretur, perpetuo pariter iugo subiectionis addicta. serpens autem, qui primus incentor huius offensae est, perenni maledictione multatur. quamobrem summa sollicitudine et circumspectiōne cauendum est a consiliis prauis, quia sicut auctorem puniunt, ita deceptum nec peccato faciunt carere nec poena.

XII. Tanta uero spirituum densitate constipatur aër iste qui inter caelum terramque diffunditur, in quo non quieti

15 I Tim. 2, 14

1 utileter *V* antea *DWO* 2 incedere *W* 3 cuhaerens *V* 7 fraudolentis *VX*[2] 8 possit *VDWOP* 10 auctur *V* 12 caret *W* aliquantolo *V* aliquantulū *D* 13 auctur *V* plenissime *OPv* plaen. *X* 15 eloquitur *D*[1] seducta eua *W*[2] 16 exitiabelem *V*[1] 17 tanto modo *V* 18 sterelitatemque *WPX* 19 uiro *V* qui *D*[1] extiterat *W corr.* 20 adque *VP* 21 subieccionis *V* subiect. iugo *D* 22 incentur *V*[1] est *om.* *W*[1] perenne *D*[1] 26 constipatur *V*: constipatus est *rell.* *v*

otiosique peruolitant, ut satis utiliter humanis aspectibus eos prouidentia diuina subtraxerit. aut enim terrore concursus eorum uel horrore uultuum, in quos se pro uoluntate sua cum libitum fuerit transformant atque conuertunt, intolerabili formidine homines consternarentur atque deficerent, nequaquam ualentes haec carnalibus oculis intueri, aut certe nequiores cotidie redderentur exemplis eorum iugibus et imitatione uitiati, et per hoc inter homines et inmundas atque aërias potestates fieret noxia quaedam familiaritas ac perniciosa coniunctio, quia haec flagitia quae nunc inter homines admittuntur uel parietum saeptis uel locorum interuallo et quadam uerecundiae confusione
2 celantur. quae si aperta iugiter uisione conspicerent, ad maiorem furoris incitarentur insaniam, nullo scilicet interueniente temporis puncto quo ab istis sceleribus eas cernerent desinentes, quippe quas nulla lassitudo carnalis seu occupatio familiaris rei ac sollicitudo cotidiani uictus quemadmodum nos a coeptis intentionibus etiam inuitissimos nonnumquam cessare conpellunt.

XIII. Has namque inpugnationes quibus homines inpetunt etiam contra se inuicem eos adfectare certissimum est. nam discordias atque conflictus super nonnullis gentibus pro quadam sibi nequitiae uernacula familiaritate susceptis indefesso certamine similiter exercere non desinunt. quod etiam in uisione Danihelis prophetae manifestissime legimus figuratum, angelo Gabrihele ita narrante: noli timere Danihel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intellegendum

25 Dan. 10, 12—14

1 peruolutant *O* utileter V^1 3 quo *WP* 4 adque *VW OP* 5 formidene *V* formidini *W* adque *VOP* 7 cottid. *D* rederentur *V* uitiarentur *W* 8 adque *VP* aereas *WP* 9 pernit. *DW* 10 amittuntur *D* 11 septis *codd.* quaedam uericundiae *V* 13 scelicet V^1 14 tempuris *V* eos *ex* eus *V*(*X*) 15 desistentes *O* quos *X* 16 cottid. *DW* 17 inuitissimus *V* inuitissimo W^1 ! 20 cirtissimum *V* 21 adque *VOP* 22 familiritate *W* susceptas W^1 24 daniheles V^1 danielis *W* prof. *VD* 25 gabriele *WPX* temere V^1

ut te adfligeres in conspectu dei tui, exaudita
sunt uerba tua: et ego ueni propter sermones tuos.
princeps autem regni Persarum restitit mihi
uiginti et uno diebus: et ecce Michael unus de
principibus primis uenit in adiutorium meum, et
ego remansi ibi iuxta regem Persarum. ueni autem
ut docerem te quae uentura sunt populo tuo in
nouissimis diebus. quem principem regni Persarum ad- 2
uersariam potestatem esse, quae fauebat genti Persarum
inimicae populo dei, minime dubitandum est, quique ad inpedi-
endam utilitatem, quam uidebat per absolutionem quaestionis
pro qua propheta dominum exorauerat ab archangelo ministran-
dam, liuens semet ipsum, ne ocius ad Danihelem salutaris
angeli consolatio perueniret deique populum cui Gabrihel
archangelus praeerat confortaret, obiecit. qui tamen ait ne
tunc quidem ob inpugnationis illius uehementiam se ad eum
peruenire potuisse, nisi in adiutorium sibi Michael archangelus
aduenisset et occurrens principi regni Persarum seseque con-
flictui eius interserens et obponens eumque ab ipsius inpugnati-
one defendens ad instructionem prophetae post uicensimum et
unum diem peruenire fecisset. et post pauca et ait, inquit, 3
angelus: numquid scis quare uenerim ad te? et
nunc reuertar ut proelier aduersus principem Per-
sarum. cum enim ego egrederer, apparuit prin-
ceps Graecorum ueniens. uerumtamen adnuntiabo
tibi quod expressum est in scriptura ueritatis:

21 Dan. 10, 20—21

1 adfligeris *V* dñi dei *O* 2 sirmones V^1 3 p̄sarum *V* 4 michahel *DP* micael *O* (*passim*) 5 adiuturium *V* 10 inimicanti *X* inpediendum *D* 11 per] p̄ *V* ꝑ D^1 12 prof. *VD* 13 otius *D* danielem *WO* 14 peruiniret *V* gabriel WP^1X 15 ubiecit *V* abiecti W^1 qui] q; D^1 quia *W* 16 tū D^2 17 adiuturium *V* michahel *DP* 18 rigni *V* 20 prof. *V* uicesimum *WOX* 21 p̄uenire *V* et *ante* post *om. D* inquid *VDWP* 22 angelus numquid *om.* D^1 23 praelier *W* aduirsus *V* regni persarum *O* 26 scribt. *V*

et nemo est adiutor meus in his omnibus, nisi
Michael princeps uester. et iterum: in tempore illo
consurget Michael princeps magnus, qui stat pro
4 filiis populi tui. legimus ergo Graecorum quoque principem
similiter alium nuncupari, qui utique fauens genti sibi sub-
ditae tam populo Israheli quam nationi Persarum uidebatur
aduersus. ex quo liquido peruidetur, quod discordias gentium
et conflictus ac simultates, quas inter se istis instigantibus
gerunt, etiam contra se aduersae exerceant potestates et illarum
uel uictoria gaudeant uel deminutione crucientur et ob hoc
non possint inter se esse concordes, dum unusquisque pro his
quibus praeest contra alterius gentis praesulem inquieta
semper aemulatione contendit.

XIIII. Hos ergo praeter illas quas superius exposuimus
opiniones etiam idcirco dici principatus uel potestates euidenti
possumus ratione colligere, quod scilicet uel diuersis gentibus
dominentur ac praesint, uel certe quod in inferiores spiritus
atque daemonia, de quibus etiam euangelia legiones esse
propria ipsorum confessione testantur, suos exerant princi-
patus. non enim dominationes dici possunt, nisi habeant in
quos dicionem suae dominationis exerceant, nec potestates aut
principatus uocari queunt, nisi fuerint super quos sibi uindi-
2 cent principatus. quod etiam in euangelio designari a blasphe-
mantibus Pharisaeis manifestissime repperimus: in Beelze-
bub principe daemoniorum hic eicit daemones.

2 Dan. 12, 1 18 cf. Luc. 8, 30 24 Luc. 11, 15

1 adiutur *V* omnibus his *D* 2 michahel *DP* principis *V* 3 consurgit D^1P michahel DPX^2 5 gente D^1 6 natione D^1 10 uel *om.* *W* uicturia *V* diminutione *V* demunitione *W* 12 praesolem D^1 15 openiones W^1 16 pussumus *V* collegere D^1WP scilecit *V* 17 ꝑcent *D* in *om.* D^1O 18 adque *VWP* euangelica D^1 legionis *V* 19 exerant *VW*: exerceant *DPXv* excesserant *O* pncip patos *D* 21 ditionem *DW* 23 blasfem. *VO* 24 farisaeis *VWOX* belzebub D^1P 25 eicet D^1

nam et rectores tenebrarum legimus appellari et alium mundi huius principem nuncupari. quos tamen gradus beatus apostolus in futurum, cum omnia fuerint Christo subiecta, adserit uacuandos cum tradiderit, inquiens, regnum deo et patri, cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et dominationem. quod utique non aliter fiet, nisi fuerint de ipsorum dicione sublati, supra quos in hoc saeculo potestates seu dominationes uel principatus administrare noscuntur.

XV. Nam quia bonae parti eadem ordinum uocabula non sine ratione causaue sint indita et officiorum uel meritorum seu dignitatum sint nomina, nulli dubium est. etenim de officio nuntiandi angelos, id est nuntios manifestum est appellari, et archangelos eo quod ipsis angelis praesint, nominis ipsius proprietas docet, dominationes etiam ab eo quod quibusdam dominentur, principatus quoque quod habeant quorum sint principes, et sedes quod ita scilicet deo cohaereant et domesticae ac familiares ei sint, ut in ipsis uelut in quadam sede diuina maiestas peculiarius requiescat et quodammodo in eis firmius reclinetur.

XVI. Regi autem inmundos spiritus a nequioribus potestatibus eisque esse subiectos praeter illa scripturarum testimonia, quae in euangeliis quoque calumniantibus Pharisaeis domini legimus responsione descripta: si ego in Beelzebub principe daemoniorum eicio daemones, etiam perspicuae uisiones et experimenta sanctorum multa nos edocent.

1 Eph. 6, 12 2 Ioh. 14, 30 4 I Cor. 15, 24 24 Luc. 11, 19

1 rectures V^1 3 apostulus V in xp̄o D 4 uacuandus V^1 euacuandos O^1PXv tradederit D^1W^1 5 omnim V^1 7 ditione D super OP 11 sunt O 13 nuntius V^1 17 scelicet V^1 quohereant W 18 domisticae V 19 magestas W quiescat D requiescit W^1 22 subiectus V^1 scribt. V 23 farisaeis VOX 24 describta VO discripta D^1W belzebub D^1WP 25 eiecio D daemonas P perspicum aeuisiones V 26 docent O

nam cum unus e fratribus nostris in hac solitudine iter ageret, aduesperante iam die antrum quoddam repperiens ibidem substitit, uespertinam uolens in eo synaxin celebrare: ubi dum psalmos ex more decantat, tempus mediae noctis
2 excessit. cumque finita sollemnitate refecturus lassum corpus paululum resedisset, repente coepit cateruas daemonum undique confluentium innumerabiles intueri, quae infinita constipatione atque ordine longissimo procedentes aliae praeibant principem suum, aliae sequebantur. qui tandem aliquando et magnitudine procerior cunctis et aspectu terribilior aduenit, ac posito solio cum in tribunali quodam sublimissimo consedisset, uniuscuiusque actus diligenti coepit examinatione discutere: illosque qui necdum se circumuenire aemulos suos potuisse dicebant uelut inertes ignauosque a conspectu suo cum nota et iniuria iubebat expelli, spatia temporis tanti et opus inaniter inpensum cum fremitu furoris exprobrans, illos uero qui se nuntiabant consignatos sibimet decepisse summis laudibus cum exultatione ac fauore cunctorum ut fortissimos bellatores ad exemplum cunctorum gloriosissimos coram omni-
3 bus emittebat. in quorum numero cum quidam nequissimus spiritus, utpote quendam triumphum sublimissimum delaturus, laetior aduenisset, nomen monachi optime cogniti designauit, adserens post quindecim annos quibus eum iugiter obsedisset tandem aliquando se praeualuisse, ut eum eadem ipsa nocte ruina fornicationis elideret: nam cum quadam sacra puella non solum inpulisse ut stupri crimen incurreret, sed etiam persuasisse ut eam sibimet iure coniugii retentaret. super cuius relatione cum inmane cunctorum gaudium fuisset exor-

2 aduesperanti *O* aduesperascente *Xv* 3 substetit W^1 subsistit *O* sinaxin *WP* sinaxsi *O* 5 corpusculum *DP* 6 residisset *DO* 8 adque *VP* praehibant *W* 9 tamen *W* 11 considisset W^1 12 unuscuius D^1 13 aemolos *W* 14 enertes *W* 16 expensum *OPXv* 17 consignatus V^1 18 ferbore *O* fortissimus V^1 19 cuncturum *V* gloriosissemos D^1 22 aduenisse W^1 optimi *V* obtime *OP* 23 quindicim V^1 obsedisset D^2 *OPX*: obsidesset *V* obsidisset D^1W 25 fornitationis *V* 26 inpulisset *V* 27 sibimet *VX*: sibi *DWPv* sub *O* 28 elatione D^1

tum, summis a principe tenebrarum laudibus eleuatus magnisque praeconiis coronatus abscessit. aurora itaque superueniente 4 cum omnis ab oculis euanuisset daemonum multitudo, dubitans frater de adsertione spiritus inmundi magisque id ratus quod inolita consuetudinis suae fallacia sibi uoluisset inludere et innocenti fratri inurere crimen incesti, memor euangelicae sententiae, quod in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo: cum loquitur mendacium, de propriis loquitur, quia mendax est et pater eius, Pelusium petit, ubi illum quem spiritus inmundus adseruit esse deiectum nouerat conmorari. erat siquidem illi etiam notissimus frater. quem cum requisisset, repperit, quod eadem nocte, qua taeterrimus ille daemon ruinam eius suae cohorti uel principi nuntiarat, monasterio pristino derelicto uicum petisset et cum designata puella fuisset lapsu miserabili deuolutus.

XVII. Nam quod unicuique nostrum duo cohaereant angeli, id est bonus ac malus, scriptura testatur. et de bonis quidem saluator ne contemnatis, inquiens, unum ex pusillis istis: dico enim uobis quod angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei qui in caelis est. illud quoque: inmittet angelus domini in circuitu timentium eum: et eripiet eos. nec non etiam quod in Actibus apostolorum de Petro dicitur, quia angelus eius est. de utrisque uero liber Pastoris plenissime docet. si 2 autem consideremus et illum qui beatum Iob expetiit, aper-

7 Ioh. 8, 44 19 Mt. 18, 10 22 Ps. 33, 8 24 Act. 12, 15 25 Hermae Pastor lib. II mand. 6 (Dressel)

2 praecuniis *V* 4 iratus *WO* 5 consitudinis W^1 fallatia *VW* 6 inuehaere *W* incesti *om.* *W* 7 stetit et *W* 8 in eū *W* mendatium *VDWX* 10 petiit O^2P^2X 11 illic *O* 13 teterrimus *DOX* deterrimus *P* choorti *D* 15 petisse *O* fuisse DW^2 16 deuolutum *D* deuolutūs W^1 17 quohereant *O* 18 ac] et *OXv* scribt. *VO* 19 saluatur *V* 22 angelos *D* angelum *O* dominus *DO* 23 eripuit *O* 24 angelos D^1 25 utriusque *W* docit *V* 26 expetit D^1OP

tissime instruimur illum fuisse, qui semper insidiatus ei numquam eum ad peccatum potuerit incitare, et idcirco potestatem a domino poposcisse, uelut qui non uirtute illius, sed domini defensione qui illum semper protexerit uinceretur. de Iuda quoque dicitur: et diabolus stet a dextris eius.

XVIII. De differentiis sane daemonum etiam per illos duos philosophos, qui quondam magicis artibus uel inertiam eorum uel fortitudinem saeuamque nequitiam fuerant frequenter experti, multum cognitionis accepimus. hi namque despicientes beatum Antonium uelut inperitum ac sine litteris uirum uolentesque eum, si nihil amplius laedere potuissent, saltim de cella sua magicis praestigiis et circumuentione daemonum proturbare, spiritus ei nequissimos inmiserunt, ad inpugnationem hanc morsu liuoris adducti, eo quod maximae hominum
2 turbae ad eum uelut famulum dei cotidie conuenirent. cumque illo nunc quidem inprimente pectori suo frontique signaculum crucis, nunc uero orationi suppliciter incubante ne adproximare quidem dirissimi daemones eidem prorsus auderent atque ad eos qui illos direxerant absque ullo reuerterentur effectu et alios illi in nequitia uehementiores rursus inmitterent itidemque ipsis in cassum suas expendentibus uires atque inaniter redeuntibus potentiores nihilominus aduersus militem Christi uictorem iterum destinati nihil penitus praeualerent, eo profecerunt tales tantaeque eorum insidiae tota magica arte quaesitae, ut per haec euidentissime conprobarent magnam

5 Ps. 108, 6

1 instruemur *OPXv* 2 ad peccatum eum *D* putuerit W^{1} 4 protexerat *DP* 5 stetit *D* ad $D^{1}WP$ 6 illus *V* duos *om. V* 7 filosofos *OX* condam *DO* 9 accipimus *WP* hii $D^{1}WOX^{1}$ 10 literis *V* 11 saltem *O* 13 perturbare *DP* 14 morsum W^{1} 15 cottid. *DW* conuenerent D^{1} 16 fronteque D^{1} 17 oratione *D* suppliceter *V* incumbante W^{1} 18 daemonis *V* prossus *O* 19 adque *VP* dixerant *D* dirixerant W^{1} ullu *V* 21 ipsis ..... atque *om. V* expetentibus *O* adque *OP* 22 potentioris *V* aduirsus *V* aduersum *DW* 23 distinati $D^{1}P$ 24 proficerunt *VP*

professioni Christianorum inesse uirtutem, quibus illae tam saeuae et tam potentes umbrae, quas aestimabant solem lunamque, si ad eas directae fuissent, obducere potuisse, hunc non solum nihil laedere, sed ne ad punctum quidem de monasterio suo ualuerint proturbare.

XVIIII. Cumque pro hac admiratione confestim uenientes ad abbatem Antonium inpugnationum suarum magnitudinem et causas atque insidias patefecissent liuoris occulti, Christianos se fieri protinus poposcerunt. requisito autem ab illis proditae inpugnationis die adseruit se amarissimis cogitationum stimulis tunc fuisse pulsatum. quo experimento sententiam 2 nostram quam hesterno die in conlatione protulimus probauit ac definiuit beatus Antonius, nullatenus daemonas posse mentem cuiusquam uel corpus inuadere nec habere facultatem in cuiuslibet animam penitus inruendi, nisi eam primo destituerint omnibus cogitationibus sanctis ac spiritali contemplatione uacuam nudamque reddiderint. sciendum tamen duobus modis spiritus inmundos hominibus oboedire. aut enim sanctitati fidelium diuina gratia ac uirtute subduntur aut sacrificiis inpiorum seu quibusdam carminibus deleniti uelut familiaribus adulantur. qua opinione Pharisaei quoque decepti arbitrati 3 sunt etiam dominum saluatorem hac arte daemoniis imperasse, dicentes: in Beelzebub principe daemoniorum hic eicit daemones, secundum illam scilicet consuetudinem,

23 Luc. 11, 15

1 professionē *D* 2 et tam] etiam *W* existimabant *D* extimabant *O* 3 dirictae *V* 5 suo *om.* *D* ualuerit D^1 ualuerent W^1 ualuerunt *O* perturbare *DO* 6 hanc *D* 8 adque *VOP* patificessint *V* liuore D^1 9 si *V* popuscirent *V* 10 amarissimus V^1 12 aeterno W^1 externo *O* 13 hac *W* beatos *V* demones D^2 *ex* demon doemonem *X* posse] se *V* 14 mente *V* corpos *V* 15 in *om.* *D* anim̄ *D* primo *om.* *W* distituerent W^1 16 spiritale D^1 18 spiritos D^1 hoiū D^1 omnibus *O* enim] in *W* sanitate *V* sanctitate *W* 20 deleniti VD^1X: deliniti *rell.* familiarius *W* 21 adolantur W^1OP farisaei *VOP* 22 ac W^1 demones (*ex* demonis) *D et O* inperasse *OX* 23 belzebub D^1P hic *om.* *D* 24 eiecit *DWP* scilecit consuitud. *V*

qua norant suos magos uel maleficos per inuocationem nominis illius ac ritum sacrificiorum, quo eum delectari et gaudere cognoscunt, uelut domesticos eius habere etiam in daemonas ei subditos potestatem.

XX. GERMANVS: Quia Geneseos lectio paulo ante in medium dei dispensatione prolata est, quae nos oportune commonuit, ut id quod semper discere cupiebamus nunc possimus congrue sciscitari, quid etiam de illis apostatis angelis sentiendum sit optamus agnoscere, qui se cum filiabus hominum miscuisse dicuntur, utrum hoc possit spiritali naturae secundum litteram conuenire. illud quoque euangelii testimonium quod de diabolo paulo ante dixisti: quia mendax est et pater eius similiter desideramus audire quinam eius pater intellegendus sit.

XXI. SERENVS: Duas quaestiones non mediocres pariter protulistis, de quibus quantum possum eodem quo proposuistis ordine respondebo. nullo modo credendum est spiritales naturas coire cum feminis carnaliter posse. quodsi aliquando hoc secundum litteram fieri potuisset, quomodo nunc quoque id ipsum non uel raro contingeret et absque semine uel coitu uiri aliquos nasci similiter de mulieribus conceptu daemonum cerneremus? cum praesertim constet eos libidinum sordibus admodum delectari, quas procul dubio per semet ipsos exercere quam per homines mallent, si id ullo modo posset inpleri, Ecclesiaste quoque id ipsum pronuntiante: quid est quod fuit? ipsum quod est: et quid est quod factum est? ipsum quod fiet: et non est omne recens sub sole

8 cf. Gen. 6, 2 12 Ioh. 8, 44 24 Eccles. 1, 9—10 (LXX)

1 nouerant *O* magis *D*[1] maleficus *V* 2 ritu *W* quo eum] quā *ex* qua *D* 3 domisticos *V* 5 geneseus *V* 6 dispinsatione *V* 7 discere *om.* *W*[1] 8 suscitari *D*[1] sentiendo *W*[1] 9 obtamus *OP* 10 literam *V* 13 pater eius *D* 14 quaestionis *V*[1] 16 mudo *V* 17 cuire *V* fimenis *V* carnaleter *V*[1] 18 literam *V* 19 cuitu *V*[1] 20 uirili *O* concepto *O* 22 āmodum *D* 23 id ullo] idolo *V* posset *OPr*: possit *VDW* potuisset *Xc* expleri *O* 24 id] ad *V* pronuntiate *W* 26 umne *V*

quod loquatur et dicat: ecce hoc nouum est, iam
fuit in saeculis quae fuerunt ante nos. sed ita quae- 2
stio huius propositionis absoluitur. post necem Abel iusti,
ne a fratricida et impio omne hominum genus exordium
sumeret, in locum fratris extincti nascitur Seth, qui non solum
posteritati sed etiam fraternae iustitiae pietatique succederet.
cuius progenies patris secuta iustitiam a societate et coniuncti-
one cognationis illius quae ex Cain sacrilego descendebat
semper diuisa permansit, sicut etiam genealogiae discretio
manifeste declarat ita dicens: Adam genuit Seth, Seth
genuit Enos, Enos genuit Cainam, Cainam autem
genuit Maleleel, Maleleel autem genuit Iaret,
Iaret genuit Enoc, Enoc genuit Mathusalam,
Mathusalam genuit Lamec, Lamec genuit Noë.
item genealogia Cain ita diuisa describitur: Cain genuit
Enoc, Enoc genuit Cainam, Cainam genuit Male-
leel, Maleleel genuit Mathusalam, Mathusalam
genuit Lamec, Lamec genuit Iobel et Iubal. itaque 3
illa generatio quae de Seth iusti propagine descendebat suae
lineae iugiter agnationique permixta in patrum atque ataui
sanctitate longa aetate durauit, nequaquam scilicet sacrilegiis

10 Gen. 5, 4—30   15 Gen. 4, 17—21

2 fuit] fuerunt *X* fuerant *X* 5 geth *D*[1] sed *O* 6 posteritate *V* poterit at *D*[1] posteritatis *D*[2]*P* 7 sicuta *V* sequuta *O* societatem *W*[1]*O* 8 sacriligo *W* 9 genealugiae *V* genealogia *W* discretio *DOP*: discricio *V* discriptio *WX* 11 cainam cainam *D*(*P*) cainam cainan *VW* cainan cainan *OX* autem *om.* *O* 12 maleleel *bis* *W*: malaeleel *bis* *V* malalehel *bis* *D* malaleel malalehel *O* malelehel *bis* *X* malelehel maleleel *P* autem *om.* *W* *O* gennet *V*[1] iennit *O* iareth *bis* *OPX* 13 enoch *bis* *O* matusalam *bis* *DWO* 14 lamech *bis* *OP* 15 genalogia *W* 16 enoch *bis* *O* cainam] *ita* *VDWP* (Γαϊδάδ LXX) cainan *OX* maleleel *bis* *WP*: malaeleel *bis* *V* malelehel *bis* *D* malaleel malalehel *O* 17 matusalam *bis* *DW* matusahel *bis* *O* 18 lamech *bis* *OPX* iohel *D* iubel *P* iubal *DW*[2]*OX*: iobal *VP* iobel *W*[1] 19 descindebat *V* 20 acnationique *V* agnitioneque *D*[1] adque *VP* athaui *V* attaui *D*[2]*X* 21 scilecit *V* sacrilegis *VD*[2]*OP* sacrilegius *D*[1]

ac malitia nequissimae prolis infecta, quae in semet inpietatis germen uelut auita traditione retinebat insertum. donec ergo perseuerauit inter illos generationis eorum ista discretio, semen illud Seth, utpote de optima radice procedens, pro merito sanctitatis angeli dei siue ut diuersa exemplaria continent filii dei uocati sunt, et e contrario illi propter inpietatem uel suam uel patrum suorum et opera terrena filii hominum

4 nuncupantur. cum esset ergo inter ipsos usque ad illud tempus haec utilis sanctaque diuisio, uidentes post haec filii Seth qui dei filii erant filias eorum qui de Cain progenie nascebantur desiderio pulchritudinis earum succensi acceperunt de ipsis sibimet uxores, quae uiris suis parentum suorum nequitias infundentes ab illa eos ingenita sanctitate ac simplicitate paterna protinus conruperunt. ad quos satis congrue directum est illud eloquium: ego dixi: dii estis, et filii excelsi omnes. uos autem sicut homines moriemini: et sicut unus de principibus cadetis, quique ab illa uera physicae philosophiae disciplina tradita sibi a maioribus exciderunt, quam primus homo ille, qui uniuersarum naturarum institutionem e uestigio subsecutus est, potuit euidenter ad-

5 tingere suisque posteris certa ratione transmittere. quippe qui mundi ipsius infantiam adhuc teneram et quodammodo palpitantem rudemque conspexerat et in quem tanta fuit non solum sapientiae plenitudo, sed etiam gratia prophetiae diuina illa insufflatione transfusa, ut uniuersis animantibus nomina rudis adhuc mundi huius habitator inponeret ac non solum omnigenum bestiarum atque serpentum furores uirusque discerneret,

15 Ps. 81, 6—7

1 malitiae *DP* niquissimae *V* 2 abita *DWO* ataui *P* attaui *X* 3 intir *V* illis D^1 illas W^2 generationes *W* 4 obtima *OP* 6 proptir *V* 7 fili *V* 8 nunccupantur *V* 9 utiles V^1D^1 10 in progenie W^1 11 pulcritud. *WO* 12 sibemet V^1 eorum D^2 14 dirictum *V* 15 di *V* fili *V* 16 ut homines *O* 17 ab] ali *V* 18 philosof. *D* filosoph. *W* filosof. *O* moioribus *V* 20 e *om. O* subsequutus *O* 21 suis *W* 23 redemque *V* 24 proficiae *V* 26 omne genus D^2P 27 adque *VP* serpentum *VP*: serpentium *rell. v* furures *V*

sed etiam uirtutes herbarum et arborum lapidumque naturas ac temporum necdum expertorum uicissitudines partiretur, ita ut efficaciter potuerit dicere: dominus dedit mihi eorum, quae sunt, scientiam ueram: ut sciam dispositionem orbis terrarum et uirtutes elementorum, initium et consummationem et medietatem temporum, uicissitudinum inmutationes et diuisiones temporum, annorum cursus et stellarum dispositiones, naturas animalium et iras bestiarum, uim spirituum et cogitationes hominum, differentias arborum et uirtutes radicum, et quaecumque sunt abscondita et in promptu cognoui. hanc ergo scientiam 6 omnium naturarum per successiones generationum semen Seth paterna traditione suscipiens, donec diuisum a sacrilega propagine perdurauit, quemadmodum sancte perceperat, ita etiam uel ad dei cultum uel ad utilitatem uitae communis exercuit. cum uero impiae generationi fuisset admixtum, ad res profanas ac noxias quae pie didicerat instinctu quoque daemonum deriuauit curiosasque ex ea maleficiorum artes atque praestigias ac magicas superstitiones audaciter instituit, docens posteros suos, ut sacro illo cultu diuini numinis derelicto uel elementa haec uel ignem uel aërios daemonas uenerarentur et colerent. haec igitur quam diximus curiosarum rerum notitia quomodo 7 in diluuio non perierit ac superuenientibus saeculis innotuerit, licet hoc minime absolutio propositae quaestionis exposcat, tamen, quia nos occasio huius expositionis admonuit, praestringendum breuiter puto. quantum itaque antiquae traditi-

3 Sap. 7, 17—21 (LXX)

1 erbarum *W* 3 poterit *W* 6 consummationū *D* 7 uicissitudinum .... temporum *om.* *DX* uicissitudinem et mutationes *W* 8 stelarum *V* 9 bestearum *D* 12 proptu. *V* pruṁptu *D* 14 diuisum a] diuisa *W* 16 utilitate *V* 17 generationes fuissit *D*[1] 18 dedicerat *D*[1]*OP* 19 diriuauit *VD*[1]*P* adque *V* 20 audaciter *VP*: audacter *rell.* *v* 21 numinis *V*: nominis *rell.* *v* derilecto *V* 22 aereos *D*[1]*WP*[2] 23 quomodu *V* 24 superuenientebus *V*[1] 25 quaestiones *D*[1] 26 perstring. *DWXv* 27 brebiter *W*[1]*O* putu *V*

ones ferunt, Cham filius Noë, qui superstitionibus istis et sacrilegis ac profanis erat artibus institutus, sciens nullum se posse super his memorialem librum in arcam prorsus inferre, in qua erat una cum patre iusto ac sanctis fratribus ingressurus, scelestas artes ac profana conmenta diuersorum metallorum lamminis, quae scilicet aquarum conrumpi inundatione non possent, et durissimis lapidibus insculpsit.
8 quae peracto diluuio eadem qua celauerat curiositate perquirens sacrilegiorum ac perpetuae nequitiae seminarium transmisit in posteros. hac itaque ratione illa uulgi opinio, qua credunt angelos uel maleficia uel diuersas artes hominibus tradidisse, in ueritate conpleta est. de illis ergo quemadmodum diximus filiis Seth et filiabus Cain nequiores filii procreati sunt, qui fuerunt robustissimi uenatores, uiolentissimi ac truculentissimi uiri, qui pro inormitate corporum uel crudelitatis atque
9 malitiae gigantes nuncupati sunt. hi namque finitimos populari ac rapinas inter homines primi exercere coeperunt, praeda potius exigentes uitam suam quam sudore operis ac labore contenti, et quorum usque eo scelera supercreuerant, ut expiari mundus alias nisi diluuii inundatione non posset. ita ergo filiis Seth libidinis instigatione transgressis illud mandatum, quod ab exordio mundi huius naturali instinctu diutissime fuerat custoditum, necesse fuit per litteram legis postea reparari: *filiam tuam non dabis filio eius uxorem nec de filiabus eorum accipies filio tuo, quia*

16 cf. Gen. 6, 4 24 Deut. 7, 3. Ex. 34, 16. III Reg. 11, 2

1 fuerunt VW^1OP^1 2 se nullum D 4 qua. V 5 diuirsorum V 6 laminis X scilecit V 7 possint VW 8 qua] quae V 9 siminarium V 10 hec O opinione D^1 11 angelus V malefitia V hominum D 12 ueretate V^1 14 fuerint V^1 robostissimi V ueneratores D 15 enormitate WX crudelitates W^1 adque VP 16 hii OPX^1 p̃pli *i. e.* populi O 17 hōis D 18 exegentes D^1 exientes O labori V^1 19 supercreuerunt W supercreberunt O expiare D 20 possit VDW 23 fuerit O custuditum V 24 reparare D 25 accepies V

seducent corda uestra, ut discedatis a deo uestro et sequamini deos earum ac seruiatis eis.

XXII. GERMANVS: Merito potuisset illis ex hac praesumptione coniugii crimen transgressionis adscribi, si data fuisset eis ista praeceptio. at cum seiunctionis istius obseruantia necdum aliqua fuisset constitutione praefixa, quemadmodum illis permixtio generis ad noxam debuit inputari, quae nullo fuerat interdicta mandato? lex enim non praeterita solet crimina, sed futura damnare.

XXIII. SERENVS: Deus hominem creans omnem naturaliter ei scientiam legis inseruit. quae si fuisset ab homine secundum propositum domini ut coeperat custodita, non utique necessarium fuisset aliam dari quam litteris postea promulgauit: erat enim superfluum extrinsecus offerri remedium quod adhuc intrinsecus uigebat insertum. sed quia haec ut diximus penitus corrupta iam fuerat libertate usuque peccandi, uelut huius exsecutor ac uindex et ut ipsis scripturae uerbis eloquar adiutrix adposita est Moysaicae legis seuera districtio, ut uel metu poenae praesentis non penitus bonum scientiae naturalis extinguerent, secundum prophetae sententiam dicentis: legem dedit in adiutorium. quae etiam secundum apostolum 2
paedagogus uelut paruulis data fuisse describitur, erudiens scilicet eos atque custodiens, ne ab illa disciplina in qua naturaliter fuerant instituti quadam obliuione discederent. nam quia sit homini omnis scientia legis ab initio creationis infusa, hinc manifeste probatur, quod mandata legis absque

20 Esai. 8, 20 (LXX) 22 cf. Gal. 3, 24

2 sequimini *O* ac] et *D* 3 ac *W* 4 coniugi *V* contagii *W* 5 eis *V*: illis *rell.* *v* at] ut *O* 8 intirdicta *V* interdicto *D* 10 Serenus *om.* *D*[1] 11 insiruit *V* 12 dei *DW* custudita *V* 13 letteris *V*[1] 14 extrinsicus *V* 15 intrinsicus *V* uegebat *V*[1]*D* dixemus *V*[1] 17 exsecutur *VP*[1] executor *DW* exsequutor *O* uerbū *D*[1] 18 moysaicae *D*[1]*PX*: mos. *rell.* destrictio *O* 20 extinguerint *V*[1] prof. *VD* sententie prophete *O* 21 adiuturium *V* 22 pedagogus *codd.* paruolis *V*[1]*O* fuesse *V* describetur *V*[1] 23 scilecit *V*[1] adque *V* *P* custudiens *V* 24 disciderent *V* 26 manifestissime *O*

litterae lectione ante legem, immo ante diluuium omnes
sanctos obseruasse cognoscimus. quemadmodum enim scire
potuit Abel necdum lege mandante, quod de primitiuis ouium
suarum et de adipe ipsarum sacrificium deo deberet offerre,
nisi per insitam sibi legem naturaliter fuisset edoctus? quem-
admodum Noë quod mundum uel quod inmundum esset animal
discreuisset nondum haec legali distinguente mandato, nisi
3 scientia naturali fuisset instructus? unde Enoc didicit ambu-
lare cum deo, nullam legis inluminationem ab aliquo conse-
cutus? ubi Sem et Iapheth legerant: turpitudinem patris
tui non reuelabis, ut incedentes retrorsum patris uere-
cunda uelarent? unde monitus Abraham spoliis hostium quae
sibi offerebantur, ne retributionem laboris sui consequeretur,
abstinuit, uel decimas sacerdoti Melchisedec, quae Moysaica
lege praecipiuntur, exsoluit? unde idem ipse Abraham, unde
Loth transeuntibus ac peregrinis humanitatis iura et abluti-
onem pedum necdum euangelico coruscante mandato suppliciter
4 obtulerunt? unde Iob tantam deuotionem fidei, tantam casti-
moniae puritatem, tantam humilitatis, mansuetudinis, miseri-
cordiae, humanitatis scientiam consecutus est, quantam nunc
ne ab illis quidem qui euangelia memoriter tenent uidemus
inpleri? quem sanctorum legimus ante legem ullum legis non
obseruasse mandatum? quis illorum non custodiuit: audi
Israhel, dominus deus tuus dominus unus est?
quis non inpleuit illorum: non facies tibi sculptile

3 Gen. 4, 4 6 Gen. 7, 2 8 Gen. 5, 22 10 Gen. 9, 23. Lev. 18, 7 12 Gen. 14, 22 14 Gen. 14, 20 15 Gen. 18 et 19 17 Ioh. 13, 34 23 Deut. 6, 4 25 Ex. 20, 4

1 electione *W*[1] 2 sanctus *V* enim *om.* *OP* 7 discriuisset *V*[1] discernisset *O* distintenguente *W*[1] 8 enoc *VPX*: enoch *DWO* 10 iafeth *VDWOX* iaphet *P* 11 uericundia *V* uerecundā *P* 13 consequerentur abstenuit *V*[1] 14 melchisedhec *DP* melcisedec *W* melcisedech *O* melchisedech *X* moysaica *X*: mos. *rell.* 15 abraam *W* 16 transeuntebus *V*[1] sura *D* 17 choruscante *VP* suppliceter *V* 18 tantum *VP* tantum cast. *V* 19 humilitatem *W* mansuetudinem *D*[1]*P* 20 humanitati *V* consequutus *O* 21 memorie *O* 22 implere *D* 23 custudiuit *V* 24 irl *D* isrl *WP* deus (*post* tuus) *W*

neque ullam similitudinem eorum quae in caelo sunt siue quae in terra uel eorum quae sunt in aquis sub terra? quis eorum non obseruauit: honora 5
patrem tuum et matrem uel illa quae in Decalogo subsequuntur: non occides, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, non concupisces uxorem proximi tui aliaque his multo maiora, quibus non solum legis, sed etiam euangelii praeuenere mandata?

XXIIII. Ita ergo intellegimus ab initio deum omnia creasse perfecta nec fuisse quod ordinationi eius principali uelut inprouidae et inperfectae necesse esset adiungi, si in illo statu ac dispositione qua ab ipso creata sunt uniuersa mansissent. et idcirco in eos qui ante legem, immo ante diluuium peccauerunt, iusto iudicio animaduertisse deum probamus, quia transgressi naturalem legem sine ulla meruerunt excusatione puniri, nec in illorum incidemus blasphemam calumniam, qui ignorantes hanc rationem derogant deo ueteris testamenti ac detrahentes nostrae fidei subsannantesque respondent: quid ergo placuit deo uestro, ut post tot annorum milia legem uoluerit promulgare, tanta saecula passus sine lege transire? quodsi postea melius 2
aliquid adinuenit, apparet eum in primordio mundi inferiora uel deteriora sapuisse et post haec uelut experimentis edoctum coepisse rectiora prospicere ac principales ordinationes suas in melius emendare. quod inmensae praescientiae dei penitus conuenire non poterit nec sine ingenti blasphemia haec de

3 Ex. 20, 12 5 Ex. 20, 13—17

2 qui sunt D^1 3 sub terra] uel eorum sub terra *D* obseruabit *D* serbauit *O* 4 dicaloco (i *in* e *mutat.*) *V* subsecuntur *DW PX* 6 testimunium *V* concupiscis *D* 8 praeuenire D^1WP X^1 12 inperfetae *V* 13 uniuirsa *V* 14 deluuium *V* 15 inditio *VWP* animaduirtisse *V* probabimus *Xv* 16 punire D^1 17 incedimus D^1 incidimus D^2W incedamus *O* blasfemam *VO*: blasphemiam *D* blasphemiae *W* blasphemiam *PX* calumniamque *PX* 21 passus est *VP* lige V^1 potest ea W^1 23 experimintis *V* 24 principalis *V* ordinationis V^1 ordenationes D^1 26 blasf. *VDO* blasphemiae W^1P

ipso ab haeretica insania proferentur, dicente Ecclesiaste: cognoui quoniam omnia quae fecit deus ab initio ipsa erunt in aeternum: super illa non est quod addatur, et ab illis non est quod auferatur. et idcirco iustis lex non est posita, iniustis autem et non subditis, inpiis et peccatoribus, sceleratis et
3 contaminatis. illi namque habentes naturalis atque insitae legis sanam atque integram disciplinam nequaquam lege hac extrinsecus adhibita litterisque descripta quaeque in adiutorium illi naturali data est indigebant. ex quibus apertissima ratione colligitur nec legem istam perscriptam litteris dari ab initio debuisse (erat enim hoc superfluum fieri stante adhuc naturali lege nec ad integrum uiolata) nec euangelicam perfectionem tradi ante legis potuisse custodiam. non enim poterant audire:
4 qui te percusserit in dextera maxilla tua, praebe illi et alteram, qui contenti non erant talionis aequalitate iniurias proprias uindicare, sed letales calces ac telorum uulnera pro alapa leuissima rependebant et pro uno dente percutientium animas expetebant. sed nec dici illis poterat: diligite inimicos uestros, in quibus magnus fructus et utilitas ducebatur, ut amicos suos diligerent, declinarent uero ab inimicis et solo ab eis odio dissiderent nec obprimere illos et interficere festinarent.

XXV. Illud uero quod uos de diabolo mouerat: quia mendax est et pater eius, quod uidelicet tam ipse quam pater

2 Eccles. 3, 14 (LXX) 5 I Tim. 1, 9 15 Mt. 5, 39 20 Mt. 5, 44 24 Ioh. 8, 44

1 ipsa *OPX* a D^{1}: *om.* OX^{2} haeritica *V* aecclesaste *D* 7 naturales $D^{1}W^{1}$ adque *bis VOP* 8 legem V^{1} 9 extrinsicus *V* adibita *WO* describta *V* discribta *W* discripta D^{1} *P* adiuturium *V* 10 *post* indigebant *in* $VD^{1}WOP$ *cap. 25 incipit* 11 collegitur V^{1} perscribtam *VWO* 13 ad] in *W* intigrum *V* nec in *V* 14 custudiam *V* potuerant *ex* potuerunt *W* 15 percusserat D^{1} dextra *X* 16 aequitate *V* 20 diligete V^{1} inimicus uestrus *V* 21 ducibatur *V* diclinarent V^{1} 22 discederent *W* oppraemere W^{1} 23 intirficere fistin. *V* 24 XXVI *VWO*: *om. PX* diabulo *VP*

suus mendax pronuntiari uideatur a domino, satis absurdum est hoc uel leuiter opinari. ut enim paulo ante diximus spiritus spiritum non generat, sicut ne animam quidem potest anima procreare, licet concretionem carnis non dubitemus humano semine coalescere, ita de utraque substantia, id est carnis et animae, quae cui adscribatur auctori, apostolo manifestius distinguente: deinde patres, inquit, carnis nostrae habuimus eruditores et reuerebamur: non multo magis subiciemur patri spirituum et uiuemus? quid hac diuisione clarius potuit definire, ut carnis 2
quidem nostrae patres homines pronuntiaret, animarum uero deum solum esse patrem constanter exprimeret? quamquam et in ipsa corporis huius concretione ministerium tantummodo sit hominibus adscribendum, summa uero conditionis deo omnium creatori, dicente Dauid: manus tuae fecerunt me, et plasmauerunt me. et beatus Iob: nonne sicut lac, inquit, mulsisti me, coagulasti me ut caseum? ossibus et neruis inseruisti me. et dominus ad Hieremiam: priusquam te in utero formarem, noui te. Ecclesiastes uero utriusque substantiae naturam atque originem 3
examinatione ortus atque initii, ex quo uidelicet unaquaeque processit, et consideratione finis ad quem unaquaeque contendit satis euidenter ac proprie colligens pariterque de huius corporis atque animae separatione disceptans ita disseruit: priusquam conuertatur puluis in terram sicut fuit, et spiri-

7 Hebr. 12, 9   15 Ps. 118, 73   16 Iob 10, 10—11 (LXX)   19 Hierem. 1, 5   24 Eccles. 12, 7 (LXX)

1 suus] eius *WP*   pronuntiare *V*   3 spiritum] scs (*sic*) *V*   nec *X*   anima .... animam D^2WO (animā potest *D*)   5 humanu V^1 coaliscere V^1 substantiam V^1 6 adscribitur D^1 auctore *V*   7 inquid *VDWOP*   8 reuerebamur eos *W*   10 definiri *OP*   carnes D^1 12 parem D^1 exprimerit *V*   13 concreatione D^1 minesterium V^1 14 condictionis V^1 condicionis *O*   17 inquid *VDP*   coagolasti *VOPX*   18 hierimiam *V* iheremiam *O*   20 ecclesiastis V^1 adque origenem *V*   21 adque *V OP*   22 at quem *DWO*   23 collegens V^1 de *om.* VD^1 24 adque *VP*   separationē V^2 reparatione *W*   dissiruit *V*

tus reuertatur ad deum, qui dedit eum. quid apertius dici potuit quam ut materiam carnis, quam pulnerem nominauit, quia de hominis semine sumit exordium eiusque uidetur ministerio seminari, uelut e terra sumptam iterum reuerti pronuntiaret ad terram, spiritum uero, qui non per conmixtionem sexus utriusque generatur, sed peculiariter a
4 deo solo tribuitur, ad auctorem suum redire signaret? quod etiam per illam dei insufflationem, qua Adam primitus animauit, euidenter exprimitur. itaque his testimoniis manifeste colligimus patrem spirituum dici neminem posse nisi deum solum, qui eos ex nihilo cum uoluerit facit, homines uero carnis nostrae patres tantummodo nominari. igitur et diabolus secundum hoc quod uel spiritus uel angelus uel bonus creatus est patrem neminem habuit nisi deum conditorem suum. qui cum superbia fuisset elatus et dixisset in corde suo: ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo, factus est mendax et in ueritate non stetit, sed de proprio nequitiae thesauro mendacium proferens non solum mendax, sed etiam pater ipsius mendacii factus est, quo deitatem homini repromittens ac dicens: eritis sicut dii, in ueritate non stetit, sed ab initio factus est homicida, uel Adam in condicionem mortalitatis inducens uel Abel instigatione sua per manum fratris interimens.

5 Sed iam disputationem nostram duarum ferme noctium lucubratione confectam subsequens aurora concludit ac de profundissimo quaestionum pelago cumbam conlationis huiusce ad tutissimum silentii portum conpendium nostrae rusticitatis

15 Esai. 14, 14 17 Ioh. 8, 44 20 Gen. 3, 5

1 reuirtatur *V* reuertetur *W*¹ 3 quia de *PX*: quiad. *V* qui de *DW* que de *O* 4 siminari *VW*¹ e] et *D*¹: *om.* *O* 6 specialiter *OX* 7 solo *om.* *D*¹ tribuetur *V*¹ 8 insuflat. *V* 9 testem. *V*¹ 10 collegimus *D*¹ nimenem *V* 11 uiro *V* 12 diabulus *VP* 13 angelum *D*¹ 14 conditurem *V* 15 elatus fuisset *D* 16 et ero *V* simelis *V*¹ 18 thensauro *V*¹*P*¹ mendatium *VW* 19 quod *D* 20 reprometens *V* hac *D*¹ di *V* 22 condit. *W* ditionem *D*(*P*) 23 interemens *V*¹ 24 sed etiam *D*

adtraxit. in quo quidem profundo quanto nos interius diuini spiritus introduxerit flatus, tanto diffusior praecedens oculorum aciem semper aperietur inmensitas ac secundum sententiam Salomonis longius fiet a nobis magis quam erat, et alta profunditas, quis inueniet eam? quamobrem 6
dominum deprecemur, ut in nobis uel timor eius uel caritas quae nescit cadere inmobilis perseueret, quae nos et sapientes in omnibus faciet et a diaboli telis proteget semper inlaesos. his etenim custodibus inpossibile est quempiam laqueos mortis incurrere. inter perfectos autem et inperfectos ista distantia est, quod in illis quidem fixa et ut ita dixerim maturior caritas tenacius perseuerans firmius eos ac facilius facit in sanctitate durare, in his uero uelut infirmius conlocata ac facilius refrigescens cito ac saepius eos peccatorum conpellit laqueis inplicari. quibus auditis ita nos conlationis huius sermo flammauit, ut maiore mentis ardore abeuntes a cella senis quam ante uenientes doctrinae eius plenitudinem sitiremus.

4 Eccles. 7, 24 (LXX) 6 cf. I Cor. 13, 8

1 quidam *V*[1] 2 introduxit *WOPX* 3 imminsitas *V* 4 solomonis *V* salamonis *P* magis *om. V fort. recte* 5 eum *V* 6 nubis *V* 7 immobiles *V*[1] perseuerit *V*[1] nobis *D* sapientis *V* 8 faciat *O* a *om. V* diabuli *VP* 'thelis *W* protiget *V* protegit *D*[1] protegat *O* inlaesus *V* 9 custudibus *V* 10 incurrire *V*[1] perfectus *V* inperfectus *V* distatia *D* 11 maturiur *V*[1] 12 karitas *O* tenatius *VDX* firmios *W*[1] eas *D* 13 uel *D* ac] et *W* 14 refrigiscens *D* refriescens *O* 15 inplicare *W* consolationis *V* 16 flamauit *D* 17 doctrina *D*[1] 18 siterimus *V* Explicit abbatis sereni conlatio ·II· (conl abb sereni secunda *D* secunda conlatio abbatis sereni *WX*) de initio principatuum (seu potestatum *add. X*) *VDWX* De principatib. abb. sereni coll secunda expl. *P* Explicit conlatio abbatis sereni de principatibus. Deo gratias. Incipit abbatis isac prima de oratione *O*

VIIII.

CONLATIO ABBATIS ISAAC PRIMA.

DE ORATIONE.

CAPITVLA.

4 Item (Incp̄ *D*) capitula de abbatis isaac conlatione prima *VD* Incipit capitulatio *O* Incipit conlatio prima abbatis isaac de oratione *X* (*quae inscriptio post capitula iteratur*) 5 proemium *DOX* conlationes D^1 6 orationes D^1 7 paritur *X* 8 pinnolae *X* pennulae D^2 9 grabatur *O* 10 patris *D* 11 p̄uidit *D* prospexit *O* 12 custudire *V* 13 parare *Xv* 14 diuirsis *V* 16 speciorum *V* orationib; *D* 17 pununtur V^1

9 sqq. Mt. 6, 10—13

2 quatuor *X* orationis *VO*: orationum *DXv* 3 ac singulatim *D* an sigillatim *O* uicissem *D*[1] 4 tenere *D* 5 ualeamus *X* 6 quatuor subplic. *X* initiatis a dño *O* 11 supersubstantiale *DO* cottid. *D* 12 nubis *V* 14 et ne *D* nos inducas *O* tẽtatione *O* 17 modo *D*[1] 18 sublimis *O* 25 eligi *D* deici *O* lacrimas *D* 27 istatu *O* 28 inditio *D* iudicio *O*

I. De perpetua orationis atque incessabili iugitate quod in secundo Institutionum libro promissum est, conlationes senis huius quem nunc in medium proferemus, id est abbatis Isaac domino fauente conplebunt. quibus explicatis et praeceptis beatissimae memoriae papae Castoris et desiderio uestro, beatissime papa Leonti et sancte frater Helladi, satisfecisse me credo, uoluminis amplitudine primitus excusata, quae studentibus nobis non solum sermone succincto narranda praestringere, sed etiam plurima silentio praeterire in maiorem modum quam disposueramus extensa est. praemissa namque super diuersis institutis disputatione copiosa, quam nos studio breuitatis resecare maluimus, haec ad extremum beatus Isaac intulit uerba.

II. Omnis monachi finis cordisque perfectio ad iugem atque indisruptam orationis perseuerantiam tendit, et quantum humanae fragilitati conceditur, ad inmobilem tranquillitatem mentis ac perpetuam nititur puritatem, ob quam omnem tam laborem

7 cap. 9, 1

1 fidutiā *D* tantumudo *V* tantum *Xv* 4 cluso *V*: clauso *DOXv* 5 tacitate *D* orationis. Expliciunt capitula *DX* Explicit capitulatio. cxL VIIII a *O* Incipit conlatio (conlaci: *V*) abbatis isaac (isac *V*) prima (I *V*) [conl. (coll *P*) pr. abb. isaac *WPX*] de oratione *VDWPX*: *om. O hoc loco* 6 orationis instantia *W* adque *VW²OP* adquae *W¹* incissabili *V* 7 conlationis *VO* senes *D¹* 8 proferimus *VX* isahac *O* 10 pap̄ *D* disiderio *V¹* 11 elladi *WOPX* 12 uolumenis *V¹* 14 praestringere *VOP*: perstringere *WXv* perstingere *D* selentio *D¹* 15 dispusueramus *V* 17 isahac *O* 19 omnes *D¹* adque *VWOP* 21 concidetur *VP¹* 22 nititur] peruenire nit. *W*

corporis quam contritionem spiritus indefesse quaerimus et iugiter exercemus. et est inter alterutrum reciproca quaedam inseparabilisque coniunctio. nam sicut ad orationis perfectionem omnium tendit structura uirtutum, ita nisi huius culmine haec omnia fuerint conligata atque conpacta, nullo modo firma poterunt uel stabilia perdurare. quemadmodum enim 2 sine illis adquiri uel consummari non potest haec de qua loquimur perpetua orationis iugisque tranquillitas, ita ne illae quidem uirtutes quae hanc praestruunt absque huius possunt adsiduitate conpleri. et ideo nec recte tractare de orationis effectu nec ad eius principalem finem, qui uniuersarum uirtutum molitione perficitur, subitanea disputatione poterimus intrare, nisi prius uniuersa, quae illius obtentu uel abscidenda sunt uel paranda, per ordinem dinumerata fuerint atque discussa, et secundum euangelicae parabolae disciplinam ea, quae ad spiritalis ac sublimissimae illius extructionem pertinent turris, subputata fuerint ac diligenter ante congesta. quae 3 tamen nec proderunt praeparata nec recte superponi sibimet excelsa culmina perfectionis admittent, nisi egesto prius omni repurgio uitiorum et effossis succiduis mortuisque ruderibus passionum uiuae ut aiunt ac solidae terrae pectoris nostri, immo illi euangelicae petrae superiecta fuerint simplicitatis et humilitatis firmissima fundamenta, quibus haec turris spiritalium uirtutum molitionibus extruenda et inmobiliter ualeat stabiliri et ad summa caelorum fastigia confidentia propriae firmitatis adtolli. fundamentis etenim talibus inniten- 4 tem, quamuis passionum imbres largissimi profundantur, quam-

15 cf. Luc. 14, 28 22 cf. Luc. 6, 48

2 alterum D^1 4 tendit] puritatis tendit *W* statura *D* 5 adque *VP* 6 potuerunt *D* poterint *P* 7 illius plena cordis quiete adquiri *W* 9 ha*c *V* praestruunt animi puritatem *W* possunt] poss. orationis *W* 10 adseduetate *D* tratare *D* 11 affectu *X* qui] q; *D* 13 instare *V* 14 adque *VP* 15 parabulae *VP* in ea W^1 16 ac *om. O* exstruct. *WX* 18 prodeerunt *O* 20 effosis V^1 effusis V^2P 22 superiacta *X* 24 exstruenda *WX* 25 summę *D* 26 propiae *W* 27 ymbres *D* inbres *O*

uis ei persecutionum uiolenti torrentes instar arietis inlidantur, quamuis inruat et incumbat aduersariorum spirituum saeua tempestas, non solum ruina non diruet, sed nec ipsa aliquatenus uexabit inpulsio.

III. Et idcirco ut eo feruore ac puritate qua debet emitti possit oratio, haec sunt omnimodis obseruanda. primum sollicitudo rerum carnalium generaliter abscidenda est, deinde nullius negotii causaeue non solum cura, sed ne memoria quidem penitus admittenda, detractationes, uaniloquia seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter amputandae, irae prae omnibus siue tristitiae perturbatio funditus eruenda, concupiscentiae carnalis ac filargyriae noxius fomes radicitus
2 euellendus. et ita his ac similibus uitiis extrusis penitus et abscisis, quae hominum quoque possunt patere conspectibus, talique ut diximus repurgii emundatione praemissa, quae simplicitatis et innocentiae puritate perficitur, iacienda sunt primum profundae humilitatis inconcussa fundamina, quae scilicet turrem intraturam caelos ualeant sustinere, deinde superponenda uirtutum spiritalis extructio et ab omni discursu atque euagatione lubrica animus inhibendus, ut ita paulatim ad contemplationem dei ac spiritales intuitus incipiat sublimari.
3 quidquid enim ante orationis horam anima nostra conceperit, necesse est ut orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat. quamobrem quales orantes uolumus inueniri, tales nos ante orationis tempus praeparare debemus. ex praecedenti enim statu mens in supplicatione formatur, eorundemque actu-

1 ei] et *V* persequnt. *O* 3 deruit D^1 5 qua hinc W^1 7 absciedenda *D* 8 nulius negutii *V* 9 detractationes WO^1: detrectationes *VD* detractiones O^2PXv seu multiloquia *om.* *O* 10 scurrilitatis V^1 scurilitates *DWP* 12 concupiscentia *V* ac] affectus ac *W* fylargiriae *W* filargiriae *OPX* 14 abscissis V^1P omnium *O* quoque *om.* *DWO* 15 repurgi *OP* permissa *V* 17 inconcusa *W* 19 adque *VOP* 20 inhibendũ D^1 21 spiritalis V^1P intuitos D^1 22 quidquid V^1DP: quicquid *rell.* rationis *D* oram *O* 23 ut hoc *W* 24 inuenire tale D^1 25 tempore *D* 26 eorumque *O*

um procumbentibus nobis ad precem, uerborum quoque uel sensuum ante oculos imago praeludens aut irasci nos secundum praecedentem qualitatem aut tristari aut concupiscentias causasue praeteritas retractare aut risu fatuo, quod etiam pudet dicere, cuiusquam scurrilis dicti uel facti titillatione pulsari aut ad priores faciet uolitare discursus. et idcirco 4 quidquid orantibus nobis nolumus ut inrepat, ante orationem de adytis nostri pectoris extrudere festinemus, ut ita illud apostolicum possimus inplere: sine intermissione orate, et: in omni loco leuantes puras manus sine ira et disceptatione. alias namque mandatum istud perficere non ualebimus, nisi mens nostra ab omni uitiorum purificata contagio uirtutibus tantum uelut naturalibus bonis dedita iugi omnipotentis dei contemplatione pascatur.

IIII. Etenim qualitas animae non inepte subtilissimae plumae seu pennae leuissimae conparatur. quae si umoris cuiuspiam extrinsecus accedentis corruptione uitiata non fuerit uel infusa, mobilitate substantiae suae tenuissimi spiritus adiumento uelut naturaliter ad sublimia caelestiaque sustollitur. sin uero umoris cuiusquam aspargine uel infusione fuerit praegrauata, non modo in nullos aërios uolatus naturali mobilitate raptabitur, sed etiam ad ima terrae concepti umoris pondere deprimetur. ita mens quoque nostra si accedentibus uitiis curis- 2 que mundanis adgrauata non fuerit noxiaeue libidinis umore corrupta, uelut naturali puritatis suae beneficio subleuata leuissimo spiritalis meditationis adflatu sublimabitur ad superna,

9 I Thess. 5, 17 10 I Tim. 2, 8

5 scurilis *DPX* 6 aut] uel *OX* ad *om. V* 7 quicquid *W OX* inripat *W*¹ 8 aditis *WOX* abditis *Pv* 9 intirmissione *V* 10 manos *D*¹ 11 disciptatione *V* 12 ualibimus *V* contagio purificata *D* 13 tantum uelut naturalibus *om. W* didita *V* 15 III *V* ineptae sed *D* suptil. *W* 16 pinnae *D*¹*O* pinnulae *P* humoris *WOP* 17 accedentis *P*: accidentis *V DWOXv* 19 sustullitur *V* 20 humoris *WOP* aspargine *O*: aspergine *rell.* 22 ad ima] a (*sic*) *D* humoris *WOPX* deprimitur *VDW* 23 accidentibus *VDO* 24 noxiae uel *DOP* humore *WOX* 25 currupta *V*¹ uelut in *W*¹ beneftio *V*

et humilia deserens atque terrena ad illa caelestia et inuisibilia transferetur. unde proprie satis praeceptis dominicis admonemur: uidete ne quando grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis saecularibus.
3 et idcirco si uolumus orationes nostras non solum caelos, sed etiam ea quae super caelos sunt penetrare, curemus mentem ab omnibus terrenis uitiis expurgatam cunctisque mundatam faecibus passionum ad subtilitatem perducere naturalem, ut ita ad deum oratio eius nullo uitiorum pondere praegrauata conscendat.

V. Notandum tamen quibus ex causis grauari mentem dominus designauerit. non enim adulteria, non fornicationes, non homicidia, non blasphemias, non rapinas, quae mortalia esse et damnabilia nullus ignorat, sed crapulam posuit et ebrietatem et curas siue sollicitudines saeculares. quae in tantum nemo hominum mundi huius cauet aut damnabilia iudicat, ut etiam nonnulli, quod pudet dicere, semet ipsos monachos nuncupantes isdem ipsis distentionibus uelut innoxiis
2 et utilibus inplicentur. quae tria licet secundum litteram perpetrata adgrauent animam atque a deo separent ac deprimant ad terrena, est tamen eorum facilis declinatio et maxime nobis, qui tam longa remotione ab omni saeculi huius conuersatione disiungimur et istis uisibilibus curis et ebrietatibus et crapulis nulla penitus occasione miscemur. uerum est alia quoque crapula non minus noxia et ebrietas spiritalis difficilius euitanda, cura quoque ac sollicitudo saecularis, quae nos etiam post omnium facultatum nostrarum perfectam renuntiationem et uini epularumque cunctarum continentiam et quidem in soli-

3 Luc. 21, 34

1 adque *VP* caelistia *V* 2 transfertur eterna *O* satis proprie *D* 3 admonetur D^{1} adgrabentur *O* 8 fecibus *DWOPX* sublimitatem *VO* suptilitatem *DX* 9 praegratta D^{1} 11 *V non distinguit* 12 furnic. V^{1} fornicationis *W* 13 humicidia *V* blasf. *VO* murtalia *V* 18 monachus V^{1} isdem DOP^{1}: hisdem *rell.* 20 adque *VOP* 22 tamen W^{1} 23 curis et *VWO*: c. atque *DPXv* 27 facultatem D^{1} 28 equidem *OX*

tudine constitutos frequenter inuoluunt (de quibus propheta:
expergiscimini, inquit, qui estis ebrii, et non a uino.
alius quoque: obstupescite et admiramini, fluctuate 3
et uacillate: inebriamini, et non a uino: mouemini,
et non ebrietate. cuius ebrietatis uinum consequenter
necesse est ut secundum prophetam furor draconum sit,
ipsumque uinum de qua radice procedat aduerte: ex uinea,
inquit, Sodomorum uitis eorum et sarmenta eorum
ex Gomorra. uis etiam fructum uitis istius atque sarmenti 4
germen agnoscere? uua eorum uua fellis, botrus amaritudinis ipsis), quia omnino nisi fuerimus cunctis uitiis expurgati et ab omnium passionum crapula sobrii, absque ebrietate uini epularumque omnium afluentia erit cor nostrum ebrietate et crapula magis noxia praegrauatum. nam quia saeculares curae etiam in nos, qui nullis actibus mundi istius admiscemur, cadere nonnumquam possint, manifesta ratione monstratur secundum regulam seniorum, qui quidquid necessitatem uictus cotidiani et ineuitabilem usum carnis excedit, ad saecularem definierunt curam et sollicitudinem pertinere:
ut uerbi gratia si, cum possit operatio unius solidi necessitatem 5
nostri corporis expedire, ad duorum uel trium solidorum adquisitionem nosmet ipsos propensiore uelimus opere ac labore distendere, et cum duarum uelamen sufficiat tunicarum ad

2 Ioel 1, 5 (LXX) 3 Esai. 29, 9 6 Deut. 32, 33 (LXX) 7 Deut. 32, 32 (LXX) 10 l. c. (LXX)

1 constitutus *V* inuoluit *D* prof. *VD* 2 expergesc. *WO* inquid *VDW*: *om. P* ebri *V* 3 alios *D*¹ obstupiscete *V* 4 mouemini] uomite *D* 5 ebrietatē *D* ab ebrietate *Wv* 6 prof. *VD* 7 ipsum quoque *O* aduertite *W* 8 inquid *VDOP*: enim *X* sarmenta (ἡ κληματίς) *V*: *cf. Roensch, It. u. Vulg.*² *p. 269* sarmentis *O* sarmentum *rell. v* 9 fructus *D* istius *om. O* adque *VOP* 10 uuae *W*¹ (*ante* eorum) butrus *D*¹ 11 in ipsis *D*²*X* ipsius *P* quia omnino (*an* quoniam?) *scripsi*: quae omnia *VDWOX*¹*c* quae omnes si *P* quae omnia docent quia *X*² propter quae omnia *r* 12 subrii *V*¹ 13 affluentia *PX* 15 qui nos in *D* 17 qui *om. O* quicquid *V*²*WOX* necessitatatem *V* 18 cottid. *DX* inuitabilem *V* 19 difinierunt *DP* 20 necissitatem *V* necessitate *D*² 21 expidire *V*¹ 22 uellimus *D*¹*P*

usum scilicet noctis ac diei, trium uel quattuor fieri domini procuremus, cumque unius siue duarum habitatio sufficiat cellularum, ambitione saeculari atque amplitudine delectati quattuor seu quinque cellas et has easdem exquisiti ornatus et capaciores quam usus desiderat extruamus, passionem libidinis mundialis in quibus possumus praeferentes.

VI. Quod non sine instinctu daemonum fieri manifestissima nos experimenta docuerunt. nam quidam probatissimus seniorum cum transiret iuxta cellam cuiusdam fratris hac animi qua diximus aegritudine laborantis, utpote qui in extruendis reparandisque superfluis inquietus cotidianis distentionibus desudaret, et eminus conspexisset eum graui malleo saxum durissimum conterentem uidissetque Aethiopem quendam adstantem illi et una cum eodem ictus mallei iunctis consertisque manibus inlidentem eumque ad operis illius instantiam ignitis facibus instigantem, diutissime substitit uel inpressionem dirissimi daemonis uel fraudem tantae inlusionis ad-
2 mirans. cum enim nimia lassitudine fatigatus frater requiescere iam finemque operi uoluisset inponere, instigatione spiritus illius animatus iterum resumere malleum nec desinere ab intentione coepti operis urguebatur, ita ut isdem eius incitamentis infatigabiliter sustentatus tanti laboris non sentiret iniuriam. tandem igitur senex tam dira daemonis ludificatione permotus ad cellam fratris diuertit salutansque eum, quod, inquit, est, frater, istud opus quod agis? at ille: laboramus, ait, contra istud durissimum saxum uixque illud potuimus
3 aliquando conterere. ad haec senex: bene dixisti ʻpotuimusʼ. non enim solus eras, cum illud caederes, sed fuit alius tecum

1 scilécet V^1 dñi *eras. in D* 3 adque *VP* 5 capatiores *DWX* 6 mundialis *om. O* 8 *post* docuerunt *in OX cap. 6 incipit* 9 ac *D* animae *W* 11 cottid. *W* distintionibus *V* 13 uidisetque *D* etiopem *O* 15 ab *V* 16 instigantem *V* substetit V^1 18 nimia *om. W* 19 opere D^1 20 desinire W^1 21 urgebatur *OP* isdem *X*: hisdem *rell.* 22 sustentatur D^1 25 inquid *VDWOP* 26 istum *O* saxum] lapidem *DW* illum *DW* aliquando potuimus *D* 27 conterrere *D* senes *O* uix potuimus *Pv*

quem non uidisti, qui tibi in hoc opere non tam adiutor quam uiolentissimus inpulsor adstabat. et idcirco morbum ambitus saecularis nostris mentibus non inesse non utique eorum tantum negotiorum abstinentia conprobabit, quae etiam si uelimus expetere uel explere non possumus, neque illarum despectus rerum, quas si adfectauerimus tam apud spiritales uiros quam apud saeculi homines notabiles prima fronte reddemur, sed cum etiam illa, quae nostrae subpetunt potestati et honestate quadam uidentur obnubi, rigida mentis districtione respuimus. et re uera non minus haec, quae parua uidentur et minima 4
quaeque ab his qui nostrae professionis sunt cernimus indifferenter admitti, pro qualitate sua adgrauant mentem, quam illa maiora quae secundum suum statum saecularium sensus inebriare consuerunt, non sinentes deposita faece terrena ad deum in quo semper defixa esse debet intentio monachum respirare, cui ab illo summo bono uel parua separatio mors praesens ac perniciosissimus interitus est credendus. cumque 5
mens tali fuerit tranquillitate fundata uel ab omnium carnalium passionum nexibus absoluta, et illi uni summoque bono tenacissima adhaeserit cordis intentio, apostolicum illud inplebit: sine intermissione orate, et: in omni loco leuantes puras manus sine ira et disceptatione. hac enim puritate, si dici potest, sensu mentis absorto ac de terreno situ ad spiritalem atque angelicam similitudinem reformato quidquid in se receperit, quidquid tractauerit, quidquid egerit, purissima ac sincerissima erit oratio.

21 I Thess. 5, 17. 1 Tim. 2, 8

1 tantum *O* 2 ambitur D^1 3 esse *V* 4 conprobauit *D* 5 inplere *O* dispectus *WP* 6 aput *O* 7 aput *DO* hominis W^1 9 destrict. *O* 10 parca *V* 11 qui] que *OP* 12 amitti *W* 14 sinentes *VDWOPv*: sinentia (ia *in ras. m. 2*) *X* (*error non librariis, sed auctori inputandus*: *cf. I, 20, 3*) fece *D* W^2OX fecet W^1 feci *P* 15 monacum *W*(*O*) 18 talis W^1 19 uno *D* 22 leuat̃. *D* 23 haec W^1 hec *O* sensum *W* absorto *VDWOX* absorbate *P* 24 adque *VP* 25 quicquid V^2 *WOX* in se ... tract. quidquid *om.* *V* sese *O* reciperit *WP* quicquid *bis* *WOX*

VII. GERMANVS: Vtinam simili modo atque eadem facilitate,
qua semina spiritalium cogitationum plerumque concipimus,
etiam perpetuitatem earum possidere possimus. cum enim
fuerint siue per memoriam scripturarum seu per recordationem
spiritalium quorumque actuum uel certe per intuitum sacra-
mentorum caelestium nostro corde conceptae, insensibili qua-
2 dam fuga lapsae quantocius euanescunt. cumque alias quaslibet
occasiones spiritalium sensuum mens nostra reppererit, rursus
aliis inrepentibus ipsae quoque quae adprehensae fuerant lubrica
uolubilitate diffugiunt, ita ut nullam constantiam sui retinens
animus nec potestate propria sanctarum cogitationum possidens
firmitatem etiam tunc, cum eas uidetur utcumque retinere,
fortuito illas et non de industria concepisse credatur. quo-
modo enim ortus earum nostro arbitrio putabitur adscribendus,
3 quarum perseuerantia non consistit in nobis? sed ne forte sub
huius quaestionis indagine a coepto narrationis ordine longius
euagantes expositionem propositam super orationis statu diutius
retardemus, suo hanc tempori reseruantes de qualitate orationis
instantissime quaesumus informari, praesertim cum nullo tem-
pore nos ab ea cessare beatus apostolus moneat dicens: sine
4 intermissione orate. et ideo primum de qualitate eius
desideramus institui, id est qualis debeat emitti semper oratio,
deinde qualiter hanc eandem quaecumque est possidere uel
exercere sine intermissione possimus. non enim parua cordis
intentione eam perfici posse et experientia cotidiana et prose-
cutio tuae sanctitatis ostendit, qua finem monachi ac totius

20 I Thess. 5, 17

1 adque *VOP* 2 simina D^1 concep. D^1 3 perpetuet. D^1 possemus D^1Ov 4 scribt. *VWO* 5 quorum *D* 7 fuga quadam *DW* labsae *W* quantotius *VDWX* 8 occassiones *V* occansiones *D* repererit *X* 13 fortuitu V^1 *OP* furtuito *D* concipisse V^1 14 earū *ex* aerū *V* 15 nun V^1 nubis V^1 16 a cepto VW^2OX accepto D^1W^1P ab cepto D^2 18 tempore *DWP* 19 praesirtim V^1 20 admoneat *D* dicins V^1 21 de *om.* *D* 24 intirmissione V^1 25 et *om.* *O* cottid. *D* prosequutio *O* 26 tua *V* sanctititatis *W* quā *D* que *O*

perfectionis culmen in orationis consummatione consistere definisti.

VIII. ISAAC: Vniuersas orationum species absque ingenti cordis atque animae puritate et inluminatione sancti spiritus arbitror conprehendi non posse. tot enim sunt quot in una anima, immo in cunctis animabus status queunt qualitatesque generari. et ideo licet sciamus nos pro hebitudine cordis 2 nostri uniuersas orationum species non posse perspicere, tamen, in quantum mediocritas experientiae nostrae adsequi praeualuerit, digerere eas utcumque temptabimus. secundum mensuram namque puritatis, in quam mens unaquaeque proficit et qualitatem status in quo uel ex accedentibus inclinatur uel per suam renouatur industriam, ipsae quoque momentis singulis reformantur: et idcirco uniformes orationes emitti semper a nemine posse certissimum est. aliter enim quisque 3 supplicat cum alacer est, aliter cum tristitiae seu desperationis pondere praegrauatur, aliter cum spiritalibus successibus uiget, aliter cum inpugnationum mole deprimitur, aliter cum ueniam peccatorum, aliter cum adquisitionem gratiae seu cuiuslibet uirtutis exposcit uel certe extinctionem cuiuscumque uitii deprecatur, aliter cum consideratione gehennae ac futuri iudicii timore conpungitur, aliter cum spe futurorum bonorum desiderioque flammatur, aliter cum in necessitatibus ac periculis, aliter cum in securitate ac tranquillitate uersatur, aliter cum sacramentorum caelestium reuelationibus inlustratur, aliter cum sterilitate uirtutum ac sensuum ariditate constringitur.

VIIII. Et idcirco his super orationum qualitate digestis, licet non quantum exposcit materiae magnitudo, sed quantum

3 uniuirsas *V*[1] 4 cordis contritione *Pc* adque *VP* animi *Xv* 5 etenim *D*[1] quod *DWOP* 7 haebitudine *V* hebet. *W*[1]*O*[1] 11 quam *scripsi*: qua *codd. v cf. cap. 9, 2. 15, 2 et Indic. s. v.* proficere profecit *D*[1]*W* 12 qua *D* accidentibus *VO* 13 reuocatur *O* 14 refurmantur *V* et] sed *W* unifurmes *V* 16 disper. *D*[1]*OP* 18 depraemitur *W* 19 gratiae seu *om. W* 21 hac *W*: *om. OP* 22 iuditii *V* 26 sterelitate *D*[1]*WP* uirtutū *D*

uel temporis admittit angustia uel certe capere tenuitas ingenii nostri et cordis praeualet hebitudo, maior nobis nunc inminet difficultas, ut ipsas singillatim orationum species exponamus, quas apostolus quadripertita ratione distinxit ita dicens: deprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. quae non inaniter ab apostolo ita fuisse diuisa minime dubitandum
2 est. et primitus indagandum quid obsecratione, quid oratione, quid postulatione, quid gratiarum actione signetur. deinde perquirendum utrum hae quattuor species ab orante sint pariter adsumendae, id est ut omnes simul in unaquaque supplicatione iungantur, an uicissim singillatimque sint offerendae, ut puta nunc quidem obsecrationes, nunc uero orationes, nunc autem postulationes seu gratiarum actiones oporteat promi, an certe alius quidem obsecrationes, alius uero orationes, alius uero postulationes, alius gratiarum actiones deo debeat exhibere secundum mensuram scilicet aetatis suae, in quam unaquaeque mens per intentionis proficit industriam.

X. Et ideo primum proprietates ipsae sunt nominum uerborumque tractandae ac discutiendum quid inter orationem et obsecrationem ac postulationem intersit, deinde similiter perscrutandum utrum singillatim sint an pariter exhibendae, tertio indagandum utrum etiam ipse ordo qui ita est apostoli auctoritate dispositus aliquid amplius instruat auditorem, an simpliciter accipienda sit ista distinctio et indifferenter putanda sit ab illo taliter fuisse digesta. quod mihi satis uidetur absurdum. non enim credendum est aliquid transitorie ac sine ratione spiritum sanctum per apostolum protulisse. et

4 I Tim. 2, 1

1 angustias W^1 2 haebit. *V* ebetudo *O* 4 quatripertita *D* 8 opsecr. *X* 9 signitur *V* 10 hęc *O* 13 utpote *ex* utpota *W* num *O* (*post* puta) 14 seu gratiarum ... 15 orationes *om.* *V* acciones *W* 15 alius uero orationes *om.* W^1P alius orationes W^2 16 uero postul. *VWP* autem post. *OXv* post. *D* alius uero grat *P* 17 scilecit *V* qua V^2OP 18 profecit D^1O 21 pustul. V^1 22 an] ac *D* 25 accepienda *V* 27 transitoreae V^1 transitoriae V^2WOP

idcirco eodem quo coepimus ordine, prout dominus donauerit, singula retractemus.

XI. Deprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes. obsecratio inploratio est seu petitio pro peccatis, qua uel pro praesentibus uel pro praeteritis admissis suis unusquisque conpunctus ueniam deprecatur.

XII. Orationes sunt quibus aliquid offerimus seu uouemus deo, quod Graece dicitur εὐχή, id est uotum. nam ubi dicitur in Graeco τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω, in Latino legitur: uota mea domino reddam, quod secundum proprietatem uerbi ita exprimi potest: orationes meas domino reddam. et illud quod legimus in Ecclesiaste: si uoueris uotum deo, ne moram feceris reddere illud, in Graeco similiter scribitur: ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν τῷ κυρίῳ, id est: si oraueris orationem domino, ne moram feceris reddere illam. quod ita ab unoquoque nostrum inplebitur. oramus, cum 2
renuntiantes huic mundo spondemus nos mortificatos cunctis actibus et conuersationi mundanae tota cordis intentione domino seruituros. oramus, cum pollicemur saeculari honore contempto ac terrenis opibus spretis in omni contritione cordis ac paupertate spiritus nos domino cohaesuros. oramus, cum promittimus nos purissimam corporis castitatem seu inmobilem patientiam exhibituros esse perpetuo, uel cum de corde nostro radices irae siue tristitiae mortem operantis uouemus funditus eruendas. quae cum desidia resoluti atque ad antiqua uitia

10 Ps. 115, 14 12 Eccles. 5, 3 (LXX)

1 pruut V^1 2 retractamus W^1 5 quia D^1 ammissis *W* 6 diprec. D^1 7 offeremus D^1 8 grece *et* greco *codd. praeter V* 9 ΝΟΥ *V* ωογ *D* ωу *W* ΜΟ *O* κυρίῳ] κω *V* κ͠ω *DW* ΑπΟΔωCO *V* ccπωαω *O* podoso *X* 12 deo *om. W*: dño *OP* 13 ne] et D^1 grego *D* 14 εὔξῃ] ΕΥΧΗ *codd.* εὐχὴν] CVXHN *V* ΕΥΧΗ *W* τῷ] ω *V* κυρίῳ] κω *VW* κ͠ω *D graeca corrupta in O*: *om. P* 15 redere *V* 17 mortificatis *D* 18 conuersatione *DOPX* mundana *DX* mundana et *O* 19 pullicimur V^1 20 terrinis *V* 21 quohesuros *O* 22 promittemus D^1 castitem *W* 23 exhibiturus V^1 exibituros *WO* 24 operantes $V^1D^1W^1$ uonimus V^1 nouemus D^1 25 adque *VP*

recurrentes minime fecerimus, erimus orationum nostrarum ac uotorum rei diceturque de nobis: melius est non uouere, quam uouere et non reddere. quod secundum Graecum dici potest: melius est non orare te, quam orare et non reddere.

XIII. Tertio loco ponuntur postulationes, quas pro aliis quoque, dum sumus in feruore spiritus constituti, solemus emittere, uel pro caris scilicet nostris uel pro totius mundi pace poscentes, et ut ipsius apostoli uerbis eloquar cum pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt supplicamus.

XIIII. Quarto deinde loco gratiarum actiones ponuntur, quas mens, uel cum praeterita dei recolit beneficia uel cum praesentia contemplatur, seu cum in futurum quae et quanta praeparauerit deus his qui diligunt eum prospicit, per ineffabiles excessus domino refert. qua etiam intentione nonnumquam preces uberiores emitti solent, dum illa quae reposita sunt in futuro sanctorum praemia purissimis oculis intuendo ineffabiles deo gratias cum inmenso gaudio spiritus noster instigatur effundere.

XV. Ex quibus quattuor speciebus licet nonnumquam soleant occasiones supplicationum pinguium generari (nam et de obsecrationis specie quae de conpunctione nascitur peccatorum, et de orationis statu quae de fiducia oblationum et consummatione uotorum pro conscientiae profluit puritate, et de postulatione quae de caritatis ardore procedit, et de gratiarum actione quae beneficiorum dei et magnitudinis ac pietatis eius consideratione generatur, feruentissimas saepissime nouimus preces ignitasque prodire, ita ut constet omnes has quas prae-

2 Eccles. 5, 4 (LXX) 9 I Tim. 2, 1—2

1 fecirimus *V*[1] 2 diciturque *VDPX* de *om. DP* 3 grecum *DWPX* 4 te *D*[1]*WO*: *om. VD*[2]*PX* 8 scilicit *V*[1] 10 et pro omnibus *DW* 11 sublimi *W* 12 pununtur *VP*[1] quas] q; *D*[1] 13 recolit.... praesentia *om. O* benefitia *V* 16 refret *D*[1] quia *D* 20 quatuor *X* licet *om. W* solent *W* 21 occassiones *V* occansiones *D*[1] 22 cunpunctione *V* 24 uutorum *V* profuit *V* 25 caritatis procedit affectu *W* 26 benefit. *V* pietates *V*[1] 28 ita ut constet] et *W* has *om. V*

diximus species omnibus hominibus utiles ac necessarias inueniri, ut in uno eodemque uiro nunc quidem obsecrationum, nunc autem orationum, nunc postulationum puras ac feruentissimas supplicationes uariatus emittat affectus), tamen prima ad incipientes uidetur peculiarius pertinere, qui adhuc uitiorum suorum aculeis ac memoria remordentur, secunda ad illos qui in profectu iam spiritali adpetituque uirtutum quadam mentis sublimitate consistunt, tertia ad eos qui perfectionem uotorum suorum operibus adinplentes intercedere pro aliis quoque consideratione fragilitatis eorum et caritatis studio prouocantur, quarta ad illos qui iam poenali conscientiae spina de cordibus uulsa securi iam munificentias domini ac miserationes, quas uel in praeterito tribuit uel in praesenti largitur uel praeparat in futuro, mente purissima retractantes ad illam ignitam et quae ore hominum nec conprehendi nec exprimi potest orationem feruentissimo corde raptantur. nonnumquam 2 tamen mens, quae in illum uerum puritatis proficit adfectum atque in eo iam coeperit radicari, solet haec omnia simul pariterque concipiens atque in modum cuiusdam inconprehensibilis ac rapacissimae flammae cuncta peruolitans ineffabiles ad deum preces purissimi uigoris effundere, quas ipse spiritus interpellans gemitibus inenarrabilibus ignorantibus nobis emittit ad deum, tanta scilicet in illius horae momento concipiens et ineffabiliter in supplicatione profundens, quanta non dicam ore percurrere, sed ne ipsa quidem mente ualeat alio tempore recordari. et inde est, quod in qualibet mensura 3 quis positus nonnumquam puras intentasque preces inuenitur emittere, quia et de illo primo et humili ordine, qui est super recordatione futuri iudicii, is qui adhuc sub terroris est poena

1 inuenire D^1 2 ita ut *W* 3 postol. *V* 7 in quadam *DW* 9 intercidere V^1 12 euulsa *WOPXv* iam *om. O* magnificentias *D* 16 firuent. *V* feruentessimo D^1 reptantur *W* 17 profecit D^1 18 adque *VOP* radicare *D* 19 concepiens *V* concupiens *O* adque *VP* immodum W^1 20 flammae *om. D* 23 scilecit *V* 24 concepiens V^1 25 ipse *W* 26 tempure *V* 27 pusitus *V* 29 his D^1*WOP* subterioris *D* est om. *PX*

ac metu examinis constitutus ita ad horam conpungitur, ut non minore spiritus alacritate de obsecrationis pinguedine repleatur, quam ille qui per puritatem cordis sui munificentias dei perlustrans atque percurrens ineffabili gaudio laetitiaque resoluitur. incipit enim secundum sententiam domini plus diligere, quia sibimet ampliora cognoscit indulta.

XVI. Tamen expetendae sunt nobis per profectum uitae consummationemque uirtutum illae potius supplicationum species, quae uel de contemplatione futurorum bonorum uel de caritatis ardore funduntur seu certe, ut humilius et secundum incipientium mensuram loquar, pro adquisitione quarumcumque uirtutum seu uitii cuiuslibet extinctione generantur. aliter enim ad illa sublimiora quae praediximus supplicationum genera peruenire nullatenus poterimus, nisi per ordinem postulationum istarum sensim mens nostra fuerit gradatimque prouecta.

XVII. Has quattuor supplicationum species ita etiam dominus exemplo suo nobis initiare dignatus est, ut in hoc quoque inpleret illud quod de ipso dicitur: quae coepit Iesus facere et docere. nam obsecrationis genus adsumit cum dicit: pater, si possibile est, transeat a me calix iste, uel illud quod ex persona eius cantatur in psalmo: deus deus meus respice me: quare me dereliquisti?
2 aliaque his similia. oratio est cum dicit: ego clarificaui te super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem, siue illud: et pro eis sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati in ueritate. postulatio est cum dicit: pater, quos dedisti mihi,

5 cf. Luc. 7, 47 19 Act. 1, 1 21 Mt. 26, 39 23 Ps. 21, 2 24 Ioh. 17, 4 26 l. c. 19 28 l. c. 24

1 exanimis *W* 2 pinguedine *D^2W^2OX*: pinguidine *VD^1W^1* pinguitudine *P* 3 per] p *eras. in D* puritate *D* 4 adque *VOP* 6 quam *O* qui *P* 8 consumat. *W* 11 quarumque *X* 17 quatuor *V* 18 nubis *V* 21 possibele *V* 22 persana *V* 23 me *VX*: in me *DWOPv et Vulg.* 24 his *om. O* 25 consumaui *W* quod] et *D^1* 26 sanctfico (*sic*) *V* 27 et ipsi sunt (sint *m. 2*) *D*

uolo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum, ut uideant gloriam meam quam dedisti mihi, uel certe cum dicit: pater, ignosce eis: non enim sciunt quid faciunt. gratiarum actio est cum dicit: confiteor tibi 3
pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. ita pater, quia sic fuit placitum ante te, uel certe cum dicit: pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. ego autem sciebam quia semper me audis. quae tamen quattuor supplicationum genera licet singillatim ac diuerso tempore secundum illum quem conprehendimus modum idem dominus noster distinxerit offerenda, tamen etiam simul ea in supplicatione perfecta conprehendi posse identidem suis ostendit exemplis, per illam scilicet orationem quam ad finem euangelii secundum Iohannem legimus eum copiosissime profudisse. ex cuius textu quia 4
longum est uniuersa percurri, diligens inquisitor haec ita esse lectionis ipsius serie poterit edoceri. quem sensum apostolus quoque in epistula ad Philippenses has quattuor supplicationum species aliquantum inmutato ponens ordine euidenter expressit ostenditque debere eas nonnumquam simul sub ardore unius supplicationis offerri, ita dicens: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud deum. per quod uoluit nos in hoc specialius erudire, quod et in oratione et in obsecratione gratiarum actio debeat cum postulatione misceri.

XVIII. Haec itaque supplicationum genera sublimior adhuc status ac praecelsior subsequetur, qui contemplatione dei solius et caritatis ardore formatur, per quem mens in illius dilecti-

3 Luc. 23, 34 4 Mt. 11, 25—26 8 Ioh. 11, 41—42 15 cf. Ioh. 17 22 Phil. 4, 6

5 qui *D²WOP* 7 ante te bene placitum *D* 11 cumprehend. *D* 12 distincxerit *WP* 14 idemtidem *O* 15 fidem *X* euangeliis *D¹* iohanem *V* ioh̄ *D* ioannem *O* 16 profundisse *D¹* texto *D¹* 17 percurrere *D¹Xv* inquisitur *V¹* 19 epistola *D²PX* filipp. *VO* 24 aput *OP* 25 in *post* oratione et *om.* *DX* 28 subsequitur *WPv* 29 karitatis *O* in *om.* *VOPX* dilectione *OX*

onem resoluta atque reiecta familiarissime deo uelut patri
2 proprio peculiari pietate conloquitur. quem statum debere nos
diligenter expetere formula dominicae orationis instituit dicens:
pater noster. cum ergo uniuersitatis deum ac dominum
patrem nostrum esse uoce propria confitemur, profecto de
condicione seruili in adoptionem filiorum nos profitemur ad-
scitos, adicientes deinde: qui es in caelis, ut conmorationem
uitae praesentis qua in hac degimus terra uelut peregrinam
atque a nostro patre nos longissime separantem toto horrore
uitantes ad illam potius regionem, in qua patrem nostrum
conmorari fatemur, summo desiderio properemus nihilque ad-
mittamus eiusmodi, quod indignos nos hac nostra professione ac
nobilitate tantae adoptionis efficiens et hereditate paterna uelut
degeneres priuet et iram nos faciat iustitiae eius ac seueritatis
3 incurrere. in quem filiorum ordinem gradumque prouecti illa
continuo quae est in bonis filiis pietate flagrabimus, ut iam
non pro nostris utilitatibus, sed pro nostri patris gloria totum
inpendamus affectum, dicentes ei: sanctificetur nomen
tuum, nostrum desiderium, nostrum gaudium gloriam nostri
patris esse testantes, imitatores effecti illius qui dixit: qui
a semet ipso loquitur, gloriam propriam quaerit:
qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum,
hic uerax est, et iniustitia in eo non est. denique
uas electionis hoc repletus affectu etiam anathema fieri optat
a Christo, dummodo familia ei multiplex adquiratur et ad

4 Mt. 6, 9   7 l. c.   18 l. c.   20 Ioh. 7, 18   24 cf. Rom. 9, 3

1 soluta *O* adque *VP* ac *O* 3 furmula *V* dicens pater noster *om.* *DWP* 4 cum ergo *VO*: qua *D*W^{1}*PX* quia W^{1} 5 confitemur (confiteamur *O*) profecto *VO*: confitentes *rell.* 6 condit. *DWPX* adoptinem *D* adscitus *V* *post* adscitos *W addit*: cum dicimus pater n̄r 7 adiciendos *D* 9 adque *VWP* toto] summo *O* 11 amitamus *W* 12 indignus V^{1} hac] a *ex* ac *W* ac *O* 13 officiens *D* 16 fraglabimus *W* 17 nostris W^{1} 20 emitatores D^{1} 22 qui quaerit (*om.* autem) *in marg. m. 2 V* 23 eo] illo D^{1} 25 dm̄ modo D^{1} familia ei *V*: ei fam. *rell.* *v*

gloriam sui patris salus totius Israheliticae plebis adcrescat. securus enim optat interire pro Christo, qui nouit neminem 4
mori posse pro uita. et iterum gaudemus, inquit, quando nos infirmi sumus, uos autem potentes estis. et quid mirum si uas electionis pro Christi gloria et fratrum suorum conuersione gentisque priuilegio anathema fieri optat a Christo, cum Michaeas quoque propheta uelit se mendacem fieri et ab inspiratione sancti spiritus alienum, dummodo plagas illas et captiuitatis exitia quae sua uaticinatione praedixerat plebs Iudaicae nationis euadat, utinam, inquiens, non essem uir habens spiritum, et mendacium potius loquerer: ut praetermittamus illum legislatoris adfectum, qui cum fratribus suis etiam perituris non rennuit interire dicens: obsecro, domine, peccauit populus iste peccatum magnum: aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. potest autem congrue satis istud quod dicitur 5
sanctificetur nomen tuum etiam taliter accipi: sanctificatio dei nostra perfectio est. itaque dicentes ei sanctificetur nomen tuum aliis uerbis hoc dicimus: tales nos facito, pater, ut sanctificationem tuam uel intellegere quanta sit uel capere mereamur, uel certe ut in nostra conuersatione spiritali sanctus appareas. quod tunc efficaciter inpletur in nobis, quando uident homines opera nostra bona et glorificant patrem nostrum qui est in caelis.

XVIIII. Secunda petitio mentis purissimae aduenire iam iamque regnum sui patris exoptat, uel istud scilicet quo

3 II Cor. 13, 9 10 Mich. 2, 11 14 Ex. 32, 31—32
24 Mt. 5, 16

1 isra[h]elliticae W^1 3 inquid $VDWOP$ 4 es**tis V
6 conuersatione OX gentisque] fratresque D^1 optet D obtet P 7 miceas W micheas *rell.* prof. V uelle P uellet Xv
8 insper. D^1 spiratione O 9 captiuitates et exitia D 10 nationes W^1 11 mendatium VDW 12 loquererer W 13 rennuit $DWOX$: renuit VP 15 demitte D^1P 16 noxiam D^1P^1
17 scribsisti V 18 accepi $V^1D^1W^1$ 19 santificetur V
22 ut *om.* W 27 sui *bis* W quod O

cotidie Christus regnat in sanctis (quod ita fit, cum diaboli imperio per extinctionem faetentium uitiorum de nostris cordibus pulso deus in nobis per uirtutum bonam fragrantiam coeperit dominari et deuicta fornicatione castitas, superato furore tranquillitas, calcata superbia humilitas in nostra mente regnauerit), uel certe illud quod praestituto tempore omnibus est perfectis ac dei filiis generaliter repromissum, in quo eis dicetur a Christo: uenite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi, intentis illud quodammodo obtutibus ac defixis desiderans et expectans dicensque ad eum: ueniat regnum tuum. nouit enim testimonio conscientiae suae, cum apparuerit, mox eius se futuram esse consortem. haec enim dicere uel optare criminosorum nullus audebit, quia nec uidere tribunal iudicis uolet, quisque sub aduentu eius non palmam nec praemia suis meritis, sed poenam nouit protinus repensandam.

XX. Tertia supplicatio filiorum est: fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra. non potest esse iam maior oratio quam optare, ut terrena mereantur caelestibus coaequari. nam quid est aliud dicere fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra quam ut sint homines similes angelis, et sicut uoluntas dei ab illis inpletur in caelo, ita etiam hi qui in terra sunt non suam, sed eius uniuersi faciant uoluntatem? hoc quoque nemo ex affectu dicere praeualebit nisi is solus, qui deum credit omnia quae uidentur uel aduersa uel prospera pro nostris utilitatibus dispensare, magisque eum pro suorum salute et commodis prouidum atque sollicitum quam nos

8 Mt. 25, 34 11 Mt. 6, 10 17 l. c.

1 cottid. D^1W diabuli *VP* 2 fetentium *DOPX* 3 uirtutem *W* bona *V* flagrantiam *VDX* fraglantiam *WO* 4 furnic. *V* 5 furure *V* 8 dicitur *VWP* 10 illuc D^2 optutibus *DW* defixsis *W* 13 se *eras. in D* futuram *W*: futurum *rell. v* 14 criminos·orum *D* 16 protenus D^1P: *om.* *W* 19 optās (ās *in ras. m. 2*) *W* iam caelesti *D* quoequari *DO* 22 hii $DWOPX^1$ 24 his D^1OP^1 27 adque *VWP*

ipsos esse pro nobis. uel certe taliter accipiendum: uoluntas 2
dei salus omnium est secundum illam beati Pauli sententiam: qui omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. de qua etiam uoluntate Esaias propheta ex persona dei patris et omnis, inquit, uoluntas mea fiet. dicentes ergo ei fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra hoc eum aliis oramus uerbis, ut sicut hi qui in caelo sunt, ita omnes qui in terra consistunt tua, pater, agnitione saluentur.

XXI. Deinde panem nostrum ἐπιούσιον id est supersubstantialem da nobis hodie, quod alius euangelista cotidianum dixit. illud nobilitatis ac substantiae eius significat qualitatem, qua scilicet super omnes substantias sit atque omnes creaturas sublimitas magnificentiae eius ac sanctificationis excedat, hoc uero proprietatem usus ipsius atque utilitatis expressit. nam cum dicit cotidianum, ostendit quod sine ipso nullo die spiritalem uitam capere ualeamus. cum dicit hodie, ostendit eum cotidie esse sumen- 2
dum et hesternam praebitionem eius non sufficere, nisi nobis hodie quoque similiter fuerit adtributus. omnique nos tempore hanc orationem debere profundere indigentia eius cotidiana conmoneat, quia non est dies quo non opus sit nobis huius esu ac perceptione cor interioris nostri hominis confirmare, licet istud quod dicitur hodie et ad praesentem uitam possit intellegi, id est: dum in hoc saeculo conmoramur, praesta nobis hunc panem. nouimus enim eum his qui meruerint a

3 I Tim. 2, 4 5 Esai. 46, 10 10 Mt. 6, 11 12 Luc. 11, 3

1 nubis V^1 aliter *OPX* accipiendum ....*cap. 34, 2* habes in elemosynarum *desunt in W, uno quaternione deperdito* 3 omnis *V* 4 esayas *O* 5 prof. *VD* inquid *VOP* 8 hii OPX^1 10 εττιογcιοн *DO* επιογcιωн *X*: *om. P* substantialem *O* 12 cottid. D^1 13 quia *D* scilecet V^1 14 adque *VP* 15 excludat *O* 16 adque *VP* utilitatē (ē *in ras. m. 2*) *D* cottid. D^1 17 nullu V^1 nullo die] nequaquā *in ras. m. 2 D* uictimam *O* uiam *X* carpere *OX* 18 cott. D^1 21 et indigentia *O* cottid. *D* 22 opus sit] possit D^1 25 commemoramur D^1 26 meruerunt *O*

te et in futuro esse praestandum, sed rogamus ut eum nobis hodie largiaris, quia nisi eum percipere quis in hac uita meruerit, in illa eius particeps esse non poterit.

XXII. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. o ineffabilis dei clementia, quae non solum nobis orationis tradidit formam et acceptabilem sibi morum nostrorum instituit disciplinam ac per necessitatem traditae formulae, qua se praecepit a nobis semper orari, irae pariter ac tristitiae euellit radices, sed etiam occasionem rogantibus tribuit eisque reserat uiam, qua clemens ac pium erga se prouocent dei iudicium promulgari, et quodammodo potestatem tribuit qua iudicis nostri possimus sententiam temperare, ad ueniam delictorum nostrorum exemplo eum nostrae remissionis artantes, dum dicimus ei: dimitte
2 nobis sicut et nos dimisimus. itaque securus huius orationis fiducia de suis admissis ueniam postulabit, quisque remissus erga suos dumtaxat, non erga domini sui extiterit debitores. solemus etenim nonnulli, quod est deterius, erga illa quidem quae admittuntur ad iniuriam dei, quamuis magnorum sint criminum, placidos nos et clementissimos exhibere, erga nostrarum uero uel paruissimarum offensionum debita exactores
3 inmites atque inexorabiles inueniri. quisquis igitur in se delinquenti fratri non ex corde remiserit, non indulgentiam, sed condemnationem deprecatione hac sibimet inpetrabit, suaque professione semet ipsum poscet dirius iudicari dicens: remitte mihi sicut et ego remisi. quod cum illi secundum suam petitionem fuerit repensatum, quid aliud subsequetur quam ut exemplo suo inplacabili ira et inremissa sententia puniatur?

4 Mt. 6, 12

3 alia X 4 demitte D^1P 5 dibitoribus V^1 6 tradedit D^1 7 sibi] sibi in nobis OX 8 pro D necessitate D^2O furmulae V^1 9 orare D^1 euelli O^2 11 clemnte D^1 clementē D^2 iuditium V 12 possumus VP 14 demitte D^1P 15 dimittimus D^2OPv 18 quae quidem O 22 adque VP inuenire D^1 24 inpetrauit DP 25 poscet OX: poscit VDP 26 sicut] sunt D^1 (*ortum ex compendio* ẛ) 27 alius V subsequitur DP

ideoque si clementer uolumus iudicari, nos quoque erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse clementes. tantum enim remittetur nobis, quantum nos remiserimus eis qui nobis quacumque malignitate nocuerunt. quod formidantes nonnulli, 4
cum in ecclesia haec oratio ab uniuersa plebe concinitur, hunc locum taciti praetermittunt, ne scilicet semet ipsos obligare potius quam excusare sua professione uideantur, non intellegentes quod frustra cauillationes has iudici omnium praetendere moliantur, qui quemadmodum iudicaturus sit supplicibus suis uoluit praemonstrare. dum enim erga eos non uult inmitis atque inexorabilis inueniri, formam sui iudicii designauit, ut quemadmodum nos ab illo iudicari cupimus, ita nostros fratres, si quid in nobis deliquerint, iudicemus, *quia iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam.*

XXIII. Deinde sequitur: *et ne nos inducas in temptationem*, de quo non minima nascitur quaestio. si enim oramus ne permittamur temptari, et unde erit in nobis uirtus constantiae conprobanda secundum illam sententiam: *omnis uir qui non est temptatus, non est probatus*, et iterum: *beatus uir qui suffert temptationem?* non ergo hoc sonat *ne inducas nos in temptationem*, id est: ut non permittas nos aliquando temptari, sed: ne permittas nos in temptatione positos superari. temptatus est 2
enim Iob, sed non est inductus in temptationem. non enim dedit insipientiam deo nec ad illam ad quam trahebatur temptatoris uoluntatem ore impio blasphemus intrauit. temptatus est Abraham, temptatus est Ioseph, sed neuter illorum inductus est in temptationem, quia nullus eorum consensum

13 Iac. 2, 13 15 Mt. 6, 13 18 Sir. 34, 11 20 Iac. 1, 12

3 remittitur *V* nubis *V*[1] remisserimus *V* nubis *V*[1] 5 uniuirsa *V*[1] 6 tacite *D*[1] oblegare *D*[1] 10 inmites *D*[1] 11 adque *VOP* inuenire *D*[1] 13 nubis *V*[1] in nos *DP* (*non OX*) 15 inducas] patiaris induci *D* 16 pascitur *D*[1] 17 nubis *V*[1] 19 et iterum ... 20 temptationem *om. DPX* 22 ut non] ne *D* 23 superare *D* 26 blasf. *VO* 27 temtatus (*post* Abraham) *V* iosep *D* 28 temptatione *D*[1]*P*

praebuit temptatori. denique sequitur: sed libera nos a malo, id est, ne permittas nos a diabolo temptari supra id quod possumus, sed fac cum temptatione et exitum, ut sustinere possimus.

XXIIII. Videtis ergo qualis nobis ab ipso qui per illam exorandus est iudice orationis sit modulus et forma proposita, in qua nulla diuitiarum petitio, nulla memoria dignitatum, nulla potentatus ac fortitudinis postulatio, nulla corporeae sanitatis seu temporalis uitae mentio continetur. nihil enim caducum uult a se, nihil uile, nihil temporale aeternitatum conditor inplorari. itaque magnificentiae eius ac munificentiae maximam inrogabit iniuriam, quisque his sempiternis petitionibus praetermissis transitorium aliquid et caducum ab eo maluerit postulare, et offensam potius quam propitiationem iudicis sui uilitate orationis incurret.

XXV. Haec igitur oratio licet omnem uideatur perfectionis plenitudinem continere, utpote quae ipsius domini auctoritate uel initiata sit uel statuta, prouehit tamen domesticos suos ad illum praecelsiorem quem superius commemorauimus statum eosque ad illam igneam ac perpaucis cognitam uel expertam, immo ut proprius dixerim ineffabilem orationem gradu eminentiore perducit, quae omnem transcendens humanum sensum nullo non dicam sono uocis nec linguae motu nec ulla uerborum pronuntiatione distinguitur, sed quam mens infusione caelestis illius luminis inlustrata non humanis atque angustis designat eloquiis, sed conglobatis sensibus uelut de fonte quodam copiosissimo effundit ubertim atque ineffabiliter eructat ad deum, tanta promens in illo breuissimo temporis puncto, quanta nec eloqui facile nec percurrere mens in semet ipsam

1 Mt. 6, 13 3 I Cor. 10, 13

1 temptaturi V^{1} 2 diabulo *VDPX* super *OP* 5 quales D^{1} 6 modus *D* 11 conditur V^{1} 12 quisquis *Pv* 13 aliquod *D* 14 pustulare *V* 15 incurret *OX*: incurrit *VD* 16 perfectionem plenitudinis *V* 20 aut propaucis *D* 22 ꝑducit *D* 23 non *om.* *O* 24 quam] quia (ia *in ras.*) *V* 25 adque *VP* 26 de] e *O* 27 effudit D^{2} adque *VOP* eructuat *O* 29 ipsa *D*

reuersa praeualeat. quem statum dominus quoque noster illarum supplicationum formula, quas uel solus in monte secedens uel tacite fudisse describitur, similiter figurauit, cum in orationis agonia constitutus etiam guttas sanguinis inimitabili intentionis profudit exemplo.

XXVI. Quis uero possit diuersitates et causas ipsas atque origines conpunctionum quantalibet experientia praeditus sufficienter exponere, quibus inflammata mens atque succensa ad orationes puras ac feruentissimas incitatur? quarum pauca, quantum potuerimus ad praesens per inluminationem domini reminisci, exempli gratia proponemus. nonnumquam etenim psalmi cuiuscumque uersiculus occasionem orationis ignitae decantantibus nobis praebuit. interdum canora fraternae uocis modulatio ad intentam supplicationem stupentium animos excitauit. nouimus quoque distinctionem grauitatemque psal- 2
lentis etiam adstantibus plurimum contulisse feruoris. nec non exhortatio uiri perfecti et conlatio spiritalis frequenter ad uberrimas preces iacentium erexit affectum. scimus etiam fratris seu cari cuiuslibet interitu non minus nos ad plenam conpunctionem fuisse raptatos. recordatio quoque teporis ac neglegentiae nostrae nonnumquam nobis salutarem spiritus inuexit ardorem. atque in hunc modum nulli dubium est occasiones innumeras non deesse, quibus per dei gratiam tepor ac somnolentia nostrarum mentium ualeat excitari.

XXVII. Quemadmodum uero uel quibus modis istae ipsae conpunctiones de intimis animae conclauibus proferantur, non minoris difficultatis est indagare. frequenter enim per ineffabile gaudium et alacritatem spiritus saluberrimae conpunctionis

2 cf. Luc. 5, 16 4 cf. Luc. 22, 44

3 discrib. *D*¹*PX* 4 guttas *OPX*: gutta *V*¹*D*¹ guttā *V*²*D*² 5 profūdit *O* 6 diuirsit. *V*¹ adque *VOP* 7 origenis *V* suffitienter *V* 8 inflamata *VO* adque *VOP* 9 feruint. *V* 12 uersiculis *D*¹ 15 districtionem *D*² 16 contullisse feruores *V* 17 exortatio *VP* exoratio *O* 20 temporis *O* 22 adque *VOP* 23 occassionis *V* 24 somnulentia *D*¹*O* 25 ipsae *om.* *OP* 28 alacritate *V*

fructus emergit, ita ut etiam in clamores quosdam intolerabilis gaudii inmensitate prorumpat et cellam uicini iucunditas cordis et exultationis penetret magnitudo. nonnumquam uero tanto silentio mens intra secretum profundae taciturnitatis absconditur, ut omnem penitus sonum uocis stupor subitae inluminationis includat omnesque sensus adtonitus spiritus uel contineat intrinsecus uel amittat ac desideria sua gemitibus inenarrabilibus effundat ad deum. interdum uero tanta conpunctionis abundantia ac dolore suppletur, ut alias eam digerere nisi lacrimarum euaporatione non possit.

XXVIII. GERMANVS: Hunc equidem conpunctionis affectum ex parte aliqua mea quoque exiguitas non ignorat. frequenter enim recordatione delictorum meorum obortis lacrimis ita sum hoc ineffabili ut praefatus es gaudio uisitante domino uegetatus, ut desperare me illorum ueniam non debere laetitiae ipsius magnitudo dictaret. quo statu reor nihil esse sublimius,
2 si reparatio eius nostro subiaceret arbitrio. nam nonnumquam cupiens ad similem me lacrimarum conpunctionem totis uiribus excitare omnesque errores meos atque peccata ante oculos statuens ubertatem illam fletuum reuocare non possum, et ita oculi mei in modum cuiusdam durissimae silicis praedurantur, ut nulla prorsus ex eis umoris gutta destillet. et ideo quantum mihi in illa lacrimarum profusione congaudeo, tantum doleo quod illam, cum uoluero, recuperare non possum.

XXVIIII. ISAAC: Non omnis lacrimarum profusio uno adfectu uel una uirtute depromitur. aliter enim ille emanat fletus, qui peccatorum spina cor nostrum conpungente profertur, de quo dicitur: laboraui in gemitu meo, lauabo

28 Ps. 6, 7

1 in] cum *O* cosdam *O* intolerabiles *D* 2 iocund. *X* 3 exultationes *V*¹ 7 intrinsicus *V*¹ emittat *OP* 8 effundit *O* 9 habund. *DOP* 11 cunpunctionis *V* 13 abortis *D*¹*P* 14 uegitatus *V* 18 tutis *V*¹ 19 adque *VOP* 22 humoris *DOX* distillet *DP* 23 in illa *om.* *D*¹ congaudio *D*¹ gaudeo *O* 24 possum *VO*: ualeam *DPX* 26 illi *OX* 28 qua *VX* gemito *D*¹

per singulas noctes lectum meum: lacrimis stratum meum rigabo, et iterum: deduc quasi torrentem lacrimas per diem et per noctem: et non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui: aliter 2
qui de contemplatione aeternorum bonorum et desiderio futurae illius claritatis exoritur, pro qua etiam uberiores lacrimarum fontes de intolerantia gaudii et alacritatis inmensitate prorumpunt, dum sitit anima nostra ad deum fortem uiuum dicens: quando ueniam et apparebo ante conspectum dei? fuerunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte, cum heiulatu cotidie et lamentatione proclamans: heu mihi, quod incolatus meus prolongatus est, et: multum incola fuit anima mea. aliter profluunt lacrimae, quae 3
absque ulla quidem letalium criminum conscientia, sed tamen de metu gehennae et terribilis illius iudicii recordatione procedunt, cuius terrore propheta perculsus orat ad deum non intres, inquiens, in iudicio cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. est etiam aliud lacrimarum genus, quod non pro sua conscientia, sed pro aliena duritia peccatisque generatur: quo Samuhel Saulem, quo illam quoque ciuitatem Hierusalem uel dominus in euangelio uel in praeteritis Hieremias fleuisse describitur, ita dicens: quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrimarum? et plorabo in die et in nocte interfectos filiae populi mei. uel certe quales 4
illae sunt lacrimae, de quibus in psalmo centensimo primo

2 Thren. 2, 18 9 Ps. 41, 3—4 11 Ps. 119, 5 12 l. c. 6 16 Ps. 142, 2 20 cf. I Reg. 15, 35 22 cf. Luc. 19, 41 sqq. 23 Hierem. 9, 1

1 in lacrimis meis *O* lacrimis meis *D²Xv* 3 et per] atque per *D¹* per *post* et *om.* *O* 5 qui de] quidem *D¹O* 7 intollerantia *VX¹* 8 sitis *D* et uiuum *OX* 9 dicens *om.* *DOP* 10 panis (ἄρτος) *V¹O*: pañ *D* panes *V²PXv* 11 eiulatu *DOX* cottid. *D* 13 incula *V* incł *D* 16 prof. *V* 17 iudicium *Vv*: *cf. XXIII, 17, 1* 18 iustificatur *V¹* conspecto *D¹* 23 capite *D¹* 24 in *bis om.* *O* 25 interfectus *V¹* 26 centes. *DOX* centiss. *P*

canitur: quia cinerem sicut panem manducaui, et poculum meum cum fletu miscebam. quas certum est non illo adfectu promi, quo in sexto psalmo ex persona paenitentis emergunt, sed pro anxietatibus uitae huius atque angustiis et aerumnis, quibus iusti in hoc mundo positi deprimuntur. quod etiam psalmi ipsius non solum textus, sed etiam titulus euidenter ostendit, qui ex persona pauperis illius de quo in euangelio dicitur: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, ita describitur: oratio pauperis, cum anxiatus fuerit, et coram deo effuderit precem suam.

XXX. Ab his ergo lacrimis multum distant illae quae obdurato corde de siccis oculis exprimuntur. quas licet non penitus infructuosas esse credamus (bono enim proposito earum adtemptatur emissio, ab his praesertim qui necdum uel ad scientiam peruenire perfectam uel pristinorum seu praesentium uitiorum potuerunt ad purum labe mundari), ab his tamen qui in affectum iam transiere uirtutum nequaquam debet hoc modo extorqueri profusio lacrimarum nec exterioris hominis magno opere adfectandi sunt fletus, qui etiamsi fuerint utcumque producti, numquam pertingere illam spontanearum
2 lacrimarum poterunt ubertatem. magis enim supplicantis animum suis conatibus detrahentes humiliabunt atque ad humana demergent et ab illa caelesti sublimitate deponent, in qua adtonita mens orantis indeclinabiliter debet esse defixa, eamque conpellent precum suarum intentione laxata erga steriles et coacticias lacrimarum guttulas aegrotare.

1 Ps. 101, 10 8 Mt. 5, 3 10 Ps. 101, 1

1 cenerem V^1 sicut] sunt *D* 2 puculum V^1 pocl *D* potum *OX* 3 quod *O* 4 adque *VP* 9 discrib. *DP* 11 domino *O* 12 *distinguit V numero omisso,* X^2 *addito*: XXX, *non distinguunt* $DOPX^1$ 13 obdurato *OX*: obturato *VDP* quas licet] qua scilicet D^1P 17 *post* mundari *distinguunt* $VDOPX^1$ 18 transire V^1P 19 exturquiri V^1 20 magno opere *O*: magnopere *VDPXv* 21 ad illam OX^2v 22 potuerunt *OP* ubertate *V* enim] autem *D* 23 detrahentes *V*: distrah. *DXv* distraentes *O* destrah. *P* adque *VP* 24 caelisti *V* caeleste D^1 25 indiclin. V^1 26 stereles D^1 27 coactitias *D*

XXXI. Et ut orationis uerae percipiatis adfectum, non meam uobis, sed beati Antoni sententiam proferam. quem ita nonnumquam in oratione nouimus perstitisse, ut eodem in excessu mentis frequenter orante cum solis ortus coepisset infundi, audierimus eum in feruore spiritus proclamantem: quid me inpedis, sol, qui ad hoc iam oreris, ut me ab huius ueri luminis abstrahas claritate? cuius etiam haec quoque est super orationis fine caelestis et plus quam humana sententia: non est, inquit, perfecta oratio, in qua se monachus uel hoc ipsum quod orat intellegit. et ut nos quoque secundum mensuram tenuitatis nostrae huic admirandae sententiae superadicere aliquid audeamus, orationis quae exauditur a domino, in quantum experti sumus, indicia proferemus.

XXXII. Cum orantes nos nulla interpellauerit haesitatio et fiduciam petitionis nostrae quadam desperatione deiecerit, sed obtinuisse nos ipsa orationis effusione quod poscimus senserimus, non ambigamus preces nostras ad deum efficaciter penetrasse. tantum enim quis exaudiri atque obtinere merebitur, quantum uel inspici se a deo uel deum crediderit posse praestare. inretractabilis namque est domini nostri illa sententia: quaecumque orantes petitis, credite quia accipietis, et ueniet uobis.

XXXIII. GERMANVS: Hanc exauditionis fiduciam nimirum de conscientiae puritate credimus emanare. ceterum nos, quorum cor adhuc peccatorum spina conpungit, quemadmodum eam habere possumus nullis patrocinantibus meritis, quibus exaudiendas orationes nostras fiducialiter praesumamus?

XXXIIII. ISAAC: Diuersas exauditionum causas esse secundum animarum diuersum ac uarium statum euangelica siue

21 Marc. 11, 24

1 oraciones D^1 2 antonii *DPX* nonnuquam *D* 4 ortu *V* 6 oriris $V^2D^1OP^2Xv$ 9 inquid *VDOP* ipsut *O* 12 orationes D^2O exaudiuntur *D* exaudiantur *O* 15 fidutiam *V* disper. D^1P 16 in ipsa *DOPv* hora ipsa *X* 17 ad *om.* *O* 18 exaudire D^1 adque *P* merebimur D^1 21 petieritis *O* 22 uenient D^1v 23 fidutiam *D* 28 diuirsas V^1

prophetica testantur eloquia. habes enim in duorum consensi-
one fructum exauditionis dominica uoce signatum secundum
illud: si duo ex uobis consenserint super terram de
omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre
meo qui in caelis est. habes aliam in fidei plenitudine
quae grano senapis conparatur. si enim habueritis, inquit,
fidem sicut granum senapis, dicetis monti huic:
transi hinc, et transibit, et nihil inpossibile erit
2 uobis. habes in adsiduitate orationum, quam propter inde-
fessam petitionum perseuerantiam inportunitatem sermo domi-
nicus nominauit: amen enim dico uobis, quia si non
propter amicitiam, uel propter inportunitatem
eius surget et dabit ei quantum opus habuerit.
habes in elemosynarum fructu: include, inquit, elemosy-
nam in corde pauperis, et ipsa exorabit pro te in
tempore tribulationis. habes in emendatione uitae et
operibus misericordiae secundum illud: dissolue conli-
gationes inpietatis, solue fasciculos deprimentes.
3 et post pauca quibus infructuosi ieiunii sterilitas castigatur:
tunc, inquit, inuocabis, et dominus exaudiet te:
clamabis, et dicet: ecce adsum. nonnumquam sane
exaudiri etiam tribulationum nimietas facit secundum illud:
ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit
me, et iterum: ne adflixeritis aduenam, quia si
clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors
sum. uidetis ergo quot modis obtineatur exauditionis gratia,
ut nullus ad inpetranda ea quae salutaria sunt et aeterna

3 Mt. 18, 19   6 Mt. 17, 19   11 Luc. 11, 8   14 Sir. 29, 15   17 Esai. 58, 6   20 l. c. 9   23 Ps. 119, 1   24 Ex. 22, 21 et 27

1 prof. *V*   duarum D^1 3 consenserent V^1 6 sinapis V^2D^2OPX inquid *VDOP*   7 senapis V^2: senapes V^1 sinapis *rell.*   12 inpurtun. V^1 13 surgit D^1 14 elymosinarum *D* elemosin. *O*   fructu] *hinc pergit W*   inquid *VDWOP*   ęlymosinam *D* elemosinam *WO*   15 pauperes *V*   18 deprimentis VP^1 19 sterelitas *WP*   20 inquid *VDWOP*   te *om.* *O*   22 exaudire D^1W^1 26 quod D^1OP

conscientiae suae desperatione frangatur. ut enim miseriarum 4
nostrarum contemplatione concedam nos omnibus quas supra
memorauimus penitus destitutos esse uirtutibus et nec illam
nos habere laudabilem duorum consensionem nec illam fidem
grano senapis conparatam nec illa opera pietatis quae pro-
pheta describit, num uel inportunitatem quae omni uolenti
subpeditat habere non possumus, per quam etiam solam
daturum se dominus quidquid oratus fuerit repromittit? et
idcirco absque haesitationis infidelitate precibus insistendum
est obtenturosque nos earum iugitate cuncta quae secundum
deum poposcerimus minime dubitandum. hortatur enim nos 5
dominus uolens ea quae sunt aeterna caelestiaque praestare,
ut eum inportunitate nostra quodammodo coartemus, qui
inportunos non modo non despicit nec refutat, sed etiam
inuitat et laudat, eisque praestiturum se quidquid perseue-
ranter sperauerint benignissime pollicetur dicens: petite, et
accipietis: quaerite, et inuenietis: pulsate, et
aperietur uobis. omnis enim qui petit accipit, et
qui quaerit inuenit, et pulsanti aperietur, et
iterum: omnia quaecumque petieritis in oratione
credentes accipietis, et nihil inpossibile erit
uobis. et idcirco si cunctae nos exauditionum quas prae- 6
diximus causae omnino deficiunt, saltim animet inportunitatis
instantia, quae absque ulla uel meriti uel laboris difficultate
in cuiuscumque uolentis sita est potestate. pro certo autem
non exaudiendum se supplicans quisque non dubitet, cum se
dubitauerit exaudiri. quod autem infatigabiliter sit domino

16 Luc. 11, 9—10 20 Mt. 21, 22. 17, 19

2 contemplationi V^2 quas] q; *D* 3 destitutus *V* 5 senapis V^1: sinapis *rell.* prof. *VD* 6 discribit D^1W nam *W* inpurtun. *V* uiolenti *V* 8 quicquid *OX* 11 nemine *O* a nemine *P* ortatur *W* 14 inportunos *euanuit in W* nos non modo *X* dispicit D^1P 15 quicquid V^2WOX 16 sperauirint V^1 17 accepietis V^1 18 accep̄ *D* 21 accepietis V^1 23 deficiant *W* saltem *WO* inpurtun. V^1 24 instantiam *V* instantia quod precatur accipiet *W* 25 uoluntatis *D* 26 quisque] quisị *V* se] si V^1

supplicandum, etiam illo beati Danihelis docemur exemplo,
quod exauditus a prima die qua coepit orare post primum et
7 uicensimum diem consequitur suae petitionis effectum. unde
nos quoque non debemus a coepta orationum nostrarum
intentione cessare, si nos exaudiri tardius senserimus, ne
forte aut exauditionis gratia dispensatione domini utiliter
differatur aut angelus diuinum ad nos beneficium delaturus a
facie omnipotentis egressus resistente diabolo demoretur:
quem certum est transmissum muneris desiderium ingerere non
posse, si nos a propositae petitionis intentione cessasse
reppererit. quod etiam supra dicto prophetae procul dubio
accidere potuisset, nisi uirtute inconparabili in primum atque
uicensimum diem orationum suarum perseuerantiam prote-
8 lasset. ab huius igitur fidei confidentia nulla penitus de-
speratione frangamur, cum orata nostra nos obtinuisse minime
senserimus, nec haesitemus super domini sponsione dicentis:
omnia quaecumque petieritis in oratione credentes
accipietis. retractare namque nos conuenit illam beati
euangelistae Iohannis sententiam, qua ambiguitas huius quae-
stionis euidenter absoluitur: haec est, inquit, fiducia
quam habemus ad eum, quia quidquid petierimus
9 secundum uoluntatem eius, audit nos. ergo super
his tantum plenam nos et indubitabilem iussit exauditionis
habere fiduciam, quae non nostris commodis nec solaciis
temporalibus, sed domini congruunt uoluntati. quod etiam

1 cf. Dan. 10, 2 sqq. 17 Mt. 21, 22 20 I Ioh. 5, 14

1 danielis *WO* 3 uicesimum *D²WO* uiciss. *P* 4 ab incepta *W* accepta *O* 7 diferatur *W* 8 omnipotentes *V¹* diabulo *VP* 9 quem] q; *D¹* transmissa *W* 10 proposita *W* cessare *DW* cessasse *O* 11 reppereret *V* prof. *VD* 12 accedere *VD¹OP* adque *VP* 13 uicesimum *D²WOX* uiciss. *P* 14 fidei *om.* *O* disper. *DWP* 15 orata (urata *V*) nostra *VO*: oratione nostra *D* oratio nostra *P* orationem nostram *WXv* non statim obtenuisse quod poscimus sens. *W* 17 orationem *W* 18 accepietis *V* 19 ioh. euang. *DWv* 20 inquid *VDWOP* fidutia *VW* 21 quicquid *WOX* 24 fidutiam *D* solatiis *WX*

in oratione dominica admiscere praecipimur dicentes fiat uoluntas tua, tua scilicet, non nostra. si enim et illud apostoli recordemur, quoniam quid oremus secundum quod oportet nescimus, intellegimus nos nonnumquam saluti nostrae contraria postulare et commodissime nobis ab eo qui utilitates nostras rectius quam nos ac ueracius intuetur ea quae poscimus denegari. quod illi quoque magistro 10
gentium accidisse non dubium est, cum oraret auferri a se angelum Satanae, qui utiliter ad colafizandum eum adpositus fuerat domini uoluntate, dicens: propter quod ter dominum rogaui ut discederet a me. et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. quem sensum dominus etiam noster orans ex persona hominis adsumpti, ut formam quoque orandi nobis quemadmodum cetera suo praeberet exemplo, ita cum oraret expressit: pater, si possibile est, transeat a me calix iste: uerumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu, cum utique eius a patris uoluntate non discreparet uoluntas. uenerat enim saluare quod peri- 11
erat, et dare animam suam redemptionem pro multis, de qua ipse dicit: nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a me ipso: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. ex cuius persona super unitate uoluntatis suae quam cum patre iugiter possidebat per beatum quoque Dauid in psalmo tricensimo nono ita cantatur: ut facerem uoluntatem tuam: deus meus uolui. nam et si de

3 Rom. 8, 26 10 II Cor. 12, 8—9 16 Mt. 26, 39
19 Mt. 18, 11. 20, 28 21 Ioh. 10, 18 26 Ps. 39, 9

1 praecepimur *VD*[1] dicentis *V*[1] 2 tua tua *X*: tua *rell. v* scilecit *V* et *om. D* 3 secundum quod] sicut *D* 6 utilitatis *V* ueratius *W* intuitur *W*[1] 7 denegare *W* ille *D*[1] 8 accedisse *VP* 9 colafyzandum *V* adpossitus *V* 12 uirtum *D*[1] 14 adsumti *D* 15 exemplū *D*[1] 21 dicet *V*[1] tollet *O* 22 a me *om. O* ponam a me *O* 24 sumendi] adsmd̄ *D* 25 possedebat *D*[1] 26 dabid *O* tricesimo *D*[2]*O* *X* trecesimo *W* tricess. *P* 27 si] sic *V*[2]*O*

patre legimus: sic enim dilexit deus mundum ut unigenitum filium suum daret, et de filio nihilominus inuenimus: qui dedit semet ipsum pro peccatis
12 nostris. et quemadmodum de illo refertur: qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, ita de isto narratur: oblatus est quia ipse uoluit. et ita patris ac filii uoluntas una per omnia designatur, ut etiam in ipso resurrectionis dominicae sacramento operatio non dissona fuisse doceatur. nam sicut resurrectionem corporis eius patrem operatum beatus apostolus praedicat dicens: et deum patrem qui suscitauit eum a mortuis, ita filius suscitaturum se templum sui corporis protestatur soluite, inquiens, templum hoc, et ego in
13 tribus diebus suscitabo illud. et idcirco his quae praediximus exemplis dominicis eruditi cunctas obsecrationes nostras simili nos quoque debemus oratione concludere et hanc uocem cunctis petitionibus nostris semper adiungere: uerumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu. satis uero constat illum trinae curuationis numerum, qui solet in congregationibus fratrum ad concludendam synaxin celebrari, eum qui intento animo supplicat obseruare non posse.

XXXV. Ante omnia sane illud euangelicum praeceptum diligentius obseruandum est, ut intrantes in cubiculum nostrum cluso ostio nostro oremus patrem nostrum. quod a nobis ita inplebitur. intra nostrum cubiculum supplicamus, cum ab omnium cogitationum siue sollicitudinum strepitu cor nostrum penitus amouentes secreto quodammodo ac familia-
2 riter preces nostras domino reseramus. clauso oramus ostio,

1 Ioh. 3, 16   3 Gal. 1, 4   4 Rom. 8, 32   6 Esai. 53, 7
11 Gal. 1, 1   13 Ioh. 2, 19   18 Mt. 26, 39   22 cf. Mt. 6, 6

1 hunc mundum *D*   2 traderet *O*   5 filio] filio suo *DP*
7 fili D^1W 9 sicut] sunt D^1 10 resurrectione *DO*   13 inquid *D OP*   15 cunctis D^1 18 ueruntamen D^1 non sicut] non sunt D^1
19 curuationis *WX*: curbationis *O* curationis *VD* orationis *P*
20 sinaxin *WPX*   celebrare D^1P 21 non supplicat *r*   24 clauso *OX*   nubis V^1 25 intra nostrum] cum intra cordis nostri *W*

cum strictis labiis omnique silentio supplicamus non uocum, sed cordium scrutatori. in abscondito oramus, quando corde tantum et intenta mente petitiones nostras soli pandimus deo, ita ut ne ipsae quidem aduersae ualeant potestates genus nostrae petitionis agnoscere. propter quod cum summo 3
est orandum silentio, non solum ne fratres adstantes nostris susurris uel clamoribus auocemus et orantium sensibus obstrepamus, sed ut ipsos quoque inimicos nostros, qui orantibus nobis maxime insidiantur, lateat nostrae petitionis intentio. ita enim praeceptum illud inplebimus: ab ea, quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

XXXVI. Ob quod frequenter quidem, sed breuiter est orandum, ne inmorantibus nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. istud namque est sacrificium uerum, quia sacrificium deo spiritus contritus: haec salutaris oblatio, ista sunt pura libamina, istud sacrificium iustitiae, istud sacrificium laudis, hae sunt uerae ac pingues hostiae, ista sunt holocaustomata medullata, quae contritis et humiliatis cordibus offeruntur, quaeque hac qua diximus disciplina et intentione spiritus exhibentes efficaci poterimus uirtute cantare: dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. quod etiam nos 2
oportuna commonet deuotione persoluere horae ipsius ac noctis aduentus: de quo quidem licet pro tenuitatis nostrae

10 Mich. 7, 5 15 Ps. 50, 19 16 l. c. 21 17 Ps. 49, 23 18 Ps. 65, 15 21 Ps. 140, 2

1 strinctis D^1 2 scrutaturi *V* 3 p̱dimus *D* 4 ipsi *V* 6 fr̃s nr̃os *O* 7 susurr^{i}s *D* susurriis *X* 11 sino *O* 12 *codd. non distinguunt* 13 imorantibus *W* aliquod *D* corde D^1 15 contritus] c̃tribl̃t *D* contribulatus *O* 17 istud sacrif. laudis VD^1X: istud est s. l. D^2WOP haec D^1WOP sunt (*post* hae) *om. DWOP* 18 pinguis V^1P holocaustum. *V* holocustom. *O* 19 contristis D^1W^1 20 exibentes *W* efficati *D* 22 conspecto *O* manum *VO* 23 sacrificrificium (*sic!*) *V* 24 opurtuna V^1

mensura multa prolata uideantur diuque sit protracta conlatio, pro sublimitate tamen ac difficultate materiae paucis admodum credimus disputatum.

3 His sancti Isaac sermonibus stupefacti potius quam repleti uespertina synaxi celebrata sopore paululum membra laxauimus, primoque diluculo sub placito plenioris tractatus iterum reuersuri ad nostra discessimus tam de praeceptorum adquisitione quam de promissorum securitate gaudentes. excellentiam siquidem orationis nobis tantummodo praemonstratam, ordinem uero atque uirtutem, qua etiam perpetuitas eius uel adquirenda est uel tenenda, necdum nos integre percepisse illis disputationibus senseramus.

1 mensurae W^1 uideatur D^1 3 ammodum *OX* 5 uesperitina W^1 sinaxi *OX* paulolum W^1X 6 dilucolo *V* 7 praecepturum *V* perceptorum D^1X^1 9 nubis *V* 10 adque *V OP* 11 est *om.* *W* 12 senseramus. Explicit conlatio abbatis isaac prima (prima *om.* *X*: conlatio prima abb. isaac *DWO*) de oratione (de oratione I *X*) *VDWOX* Explicit. amen *P*

X.

CONLATIO ABBATIS ISAAC SECVNDA.

DE ORATIONE.

CAPITVLA.

Incipit eiusdem senis secunda de oratione. Amen *O* Incipit collatio secunda eiusdem senis de oratione *P* Incipit eiusdem rei conlatio secunda *X* Item (Incipiunt *D*: *om.* *P*) capitula de secunda conlacione (conlaci· *D* collatione *P*) eiusdem senis (eiusdem..... *V*) *VDP*: *om.* *X* Incp̃ capitula *O* 5 proemium *DX* premium *O* prohemium *P*: *in V uocabulum euanuit* 6 consuet.] conuersatione *P* pasce *O* 7 prouintiam *X* retentantur *D* 8 seraphione *X* anthropomorf. *VX* antropomorf. *DP* atropomorf. *O* hęris• (i *eras.*) *D* heresi *OP* 10 et de *O* 11 quam *D* predictus senes *O* 12 hereseos *DOPX* 13 humiles *D*[1] 14 iesus christus *O* 15 fines *D* 18 qui] q; *D*[1]

X. De institutione orationis perpetuae.
XI. De perfectione orationis, ad quam praedicta traditione conscenditur.
XII. Interrogatio, quemadmodum spiritales cogitationes inmobiliter teneantur.
XIII. De mobilitate cogitationum.
XIIII. Responsio, quemadmodum stabilitas cordis seu cogitationum possit adquiri.

I. Inter haec anachoretarum instituta sublimia, quae utcumque donante deo licet inperito digesta sunt stilo, quiddam nos interserere atque contexere, quod uelut pulchro corpori naeuum quendam uideatur adponere, narrationis ipsius ordo conpellit: quamquam non dubitem etiam ex hoc ipso non minimam instructionem super omnipotentis dei quae in Genesi legitur imagine quibusque simplicioribus conferendam, praesertim cum tanti dogmatis causa uertatur, ut ignoratio eius sine ingenti blasphemia et catholicae fidei detrimento esse non possit.

II. Intra Aegypti regionem mos iste antiqua traditione seruatur, ut peracto Epiphaniorum die, quem prouinciae illius sacerdotes uel dominici baptismi uel secundum carnem natiuitatis esse definiunt et idcirco utriusque sacramenti sollemnitatem non bifarie ut in occiduis prouinciis, sed sub una diei huius festiuitate concelebrant, epistulae pontificis Alexandrini per

3 conscendetur *V* 6 mutabilitate *X* 7 XIIII *om.* *D* quemammodum *X* 8 adquiri. Finiunt capł conlāt (conłac *D*) *VD* Explicit *O* Expliciunt capitulę *X* Incipit (Item *X*) eiusdem senis conlatio secunda (·II· *V*) de oratione (de orat. *om.* *V*) *VWX* Incip̄ conlāc ab̄b isaac secunda de oratione *D* Incp̄ cnlt ·x· *O* Collatio secunda *P* 9 haec *om.* *W* 11 adque *V* pulcro *WO* 12 neuum *DOPX* 15 imaginem *O* 17 blasf. *DO* chatholicae *V* 20 epyfan. *V* ephyphan. *D* epifan. *WP* prouintiae *VDX* 24 aepistolae *W* epistolae *D*[1]*OX*

uniuersas Aegypti ecclesias dirigantur, quibus et initium
Quadragensimae et dies Paschae non solum per ciuitates
omnes, sed etiam per uniuersa monasteria designetur. secun- 2
dum hunc igitur morem post dies admodum paucos quam
superior cum abbate Isaac fuerat agitata conlatio Theophili
praedictae urbis episcopi sollemnes epistulae conmearunt,
quibus cum denuntiatione paschali contra ineptam quoque
Anthropomorphitarum haeresim longa disputatione disseruit
eamque copioso sermone destruxit. quod tanta est amaritudine
ab uniuerso propemodum genere monachorum, qui per totam
prouinciam Aegypti morabantur, pro simplicitatis errore sus-
ceptum, ut e contrario memoratum pontificem uelut haeresi
grauissima deprauatum pars maxima seniorum ab uniuerso
fraternitatis corpore decerneret detestandum, quod scilicet
inpugnare scripturae sanctae sententiam uideretur, negans
omnipotentem deum humanae figurae conpositione formatum,
cum ad eius imaginem creatum Adam scriptura manifestissi-
me testaretur. denique et ab his, qui erant in heremo Scitii 3
conmorantes quique perfectione ac scientia omnibus qui erant
in Aegypti monasteriis praeminebant, ita est haec epistula
refutata, ut praeter abbatem Pafnutium nostrae congregati-
onis presbyterum nullus eam ceterorum presbyterorum, qui
in eadem heremo aliis tribus ecclesiis praesidebant, ne legi
quidem aut recitari in suis conuentibus prorsus admitteret.

1 ecclesias] prouincias *O* dirigantur *V* 2 quadrages. D^2 *WOPX*^{2} pasce *O* 3 designitur *V* 4 paucus V^1 5 theofyli *V* theofili *DWOP* 6 episcupi *V* epistolae D^2*WO* commearū D^1 7 denunciationẽ *W* pascali *O* 8 anthropomorf. *VO* antropomorf. *DW* antropomorph. *PX* heresim *DOX* heresem *P* 9 distruxit D^1*W* 10 per *om.* *V* 11 prouintiam *VX* 12 heresi *DOPX* 13 prauissima *O* uniuerse *O* 14 detestantum *D* 15 scribt. *VX*^{1} 17 scribtura *VX* scripture *D* 18 erant *om.* *O* scitii *DWO*: scytii *V* scithi *P* schi$\overset{h}{t}$ii *X* 19 quique] qui *V* perfeccione *V* 20 epistola D^2*WO* 21 paphnutium *X* 22 praesbiterum *WOPX* praesbiterorum *WPX* presuit. *O* 23 nec D^2 24 prossus *O* admitterent *DWPv*

III. Inter hos ergo qui hoc detinebantur errore fuit antiquissimae districtionis atque in actuali disciplina per omnia consummatus nomine Sarapion, cuius inperitia super praedicti dogmatis opinione tantum praeiudicabat cunctis ueram tenentibus fidem, quantum ipse uel uitae merito uel antiquitate
2 temporis omnes fere monachos anteibat. cumque hic sancti presbyteri Pafnutii multis adhortationibus ad tramitem rectae fidei non posset adduci, eo quod nouella ei haec persuasio nec ab anterioribus aliquando conperta uel tradita uideretur, accidit ut quidam diaconus summae scientiae uir nomine Photinus desiderio uidendi fratres, qui in eadem heremo conmanebant, de Cappadociae partibus adueniret. quem beatus Pafnutius summa gratulatione suscipiens ad confirmationem fidei, quae fuerat praedicti pontificis litteris conprehensa, producens in medium coram cunctis fratribus sciscitatur, quemadmodum illud quod in Genesi dicitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,
3 catholicae totius Orientis interpretarentur ecclesiae. cumque ille non secundum humilem litterae sonum, sed spiritaliter imaginem dei ac similitudinem tradi ab uniuersis ecclesiarum principibus explanaret idque copioso sermone ac plurimis scripturarum testimoniis adprobasset, nec posse in illam inmensam et inconprehensibilem atque inuisibilem maiestatem aliquid huiusmodi cadere quod humana conpositione ualeat ac similitudine circumscribi, quippe quae incorporea et inconposita simplexque natura sit quaeque sicut oculis deprehendi, ita mente non ualeat aestimari, tandem senex multis ac ualidissimis doctissimi uiri adsertionibus motus ad fidem

16 Gen. 1, 26

2 destrict. *O* adque *V* 3 consumatus *V* serapion (e *in ras. m. 2*) *Xv* 4 tinentibus *V*[1] 6 monachus *V* 7 praesbit. *W* presuit. *O* paphnucii *X* adortat. *DO* 8 posset *OPX*: possit *rell.* 11 fotinus *VDWP* martinus *O ex corr. m. 2* comanebant *V* 12 cappadotiae *VDX* aduiniret *V* 13 paphnucius *X* 15 medio *W* 19 spiritaletir *V* 20 aecles. *D* 21 cupioso *D*[1] 22 scribt. *VX* 23 adque *V* 26 simplex *W* sicut] sunt *D*[1]

catholicae traditionis adtractus est. cumque super hoc eius 4 adsensu infinita uel abbatem Pafnutium uel nos omnes laetitia repleuisset, quod scilicet uirum tantae antiquitatis tantisque uirtutibus consummatum, inperitia sola et simplicitate rusticitatis errantem, nequaquam usque ad finem deuiare dominus a tramite rectae fidei permisisset, et pro gratiarum actione surgentes preces domino pariter funderemus, ita est in oratione senex mente confusus, eo quod illam anthropomorphon imaginem deitatis, quam proponere sibi in oratione consueuerat, aboleri de suo corde sentiret, ut in amarissimos fletus crebrosque singultus repente prorumpens in terramque prostratus cum heiulatu ualidissimo proclamaret: heu me miserum! tulerunt a me deum meum, et quem nunc teneam non habeo 5 uel quem adorem aut interpellem iam nescio. super qua re ualde permoti nec non etiam praeteritae conlationis uirtute adhuc in nostris cordibus insidente ad abbatem Isaac rediuimus, quem comminus intuentes his sermonibus adorsi sumus.

IIII. Licet nos etiam citra eius rei quae nuper oborta est nouitatem praeteritae conlationis, quae super orationis statu digesta est, desiderium recurrere ad tuam beatitudinem postpositis omnibus inuitaret, adiecit tamen aliquid huic cupiditati etiam abbatis Sarapionis tam grauis error, nequissimorum ut arbitramur daemonum calliditate conceptus. non enim parua desperatione deicimur considerantes eum labores tantos, quos per quinquaginta annos in hac heremo tam laudabiliter exegit, ignorantiae huius uitio non solum penitus perdidisse,

2 pufnutium *V* paphnutium *X* 3 scilecit *V* 4 consumatum *W* sola et] sole *D* 6 accione *W* 7 pariter] p̃ces *D*, *sed deletum* 8 anthropomorfon *V* antropomorfon *WOP* antropomorphon *X* antropomorfitarum *D* 9 consuerat *W*, *cuius ultimum folium hic incipiens legi iam non potest* 11 singultos *DPX*^{1} 12 eiulatu *OX* clamaret *O* 13 dñm *O* 14 iam *om.* *V* 15 permuti V^1 promoti *D* 16 redimus *O* 17 co·minus *V* 18 citra] cetera *D* obhorta *D* 19 nouitate *DO* statum *O* 21 cupiditate D^1 22 graues V^1 24 disper. *DX* tantus *V* tantor D^1 25 quinquagenta *V* eremo *O* tam *om.* *PXv* 26 exegit D^2*OPX*: exigit *V*D^1 solum] s. pro nihilo *D* penitur D^1 perdidesse *V* perdedisse D^1

2 sed etiam perpetuae mortis incurrisse discrimen. unde ergo uel cur ei hic tam grauis error inrepserit, primum desideramus agnoscere. deinde quaesumus edoceri quemadmodum ad illam orationis qualitatem, de qua pridem non solum copiose, sed etiam magnifice disputasti, peruenire possimus. in hoc enim profecit in nobis admirabilis illa conlatio, ut stuporem tantummodo mentis incuteret, non quemadmodum eam perficere uel adprehendere ualeremus ostenderet.

V. ISAAC: Non est mirandum hominem simplicissimum et de substantia ac natura diuinitatis numquam penitus eruditum rusticitatis uitio et consuetudine erroris antiqui usque nunc detineri uel decipi potuisse et ut uerius dicam in errore pristino perdurare, qui non recenti sicut putatis daemonum inlusione, sed ignorantia pristinae gentilitatis infertur, dum secundum consuetudinem erroris illius, quo daemonas hominum figura conpositos excolebant, nunc quoque illam inconprehensibilem atque ineffabilem ueri numinis maiestatem sub circumscriptione alicuius imaginis existimant adorandam, nihil se tenere uel habere credentes, si propositam non habuerint imaginem quandam, quam in supplicatione positi iugiter interpellent eamque circumferant mente ac prae oculis teneant
2 semper adfixam. super quorum hoc errore conpetenter dirigitur illa sententia: et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis. Hieremias quoque populus, inquit, meus mutauit gloriam suam in idolo. qui error licet origine hac qua diximus quorundam sensibus sit inolitus, nihilominus

23 Rom. 1, 23 25 Hierem. 2, 11

2 quur *O* 5 possumus *O* 6 profecit *D*: proficit *VOPX* 8 ostendere *O* 9 Ysaac *V* admirandum *O* 12 detenere D^1 decepi V^1 13 rece[illegible]tis *D* sicut] sunt D^1 14 ignorantiae DPX^1 16 conpositus *V* 17 adque *VO* nomiais *DP* luminis *O* circumscribtione *VO* 19 habere uel tenere *D* 22 degeritur *V* 23 incurrupt. *V* 24 dei .... 25 corruptibilis *om.* *V* 25 hierimias *V* inquid *VDPX* 26 idolum D^2*v* origene V^1

tamen in illorum quoque animis, qui numquam gentilicia superstitione polluti sunt, sub colore testimonii huius quo dicitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, inperitia seu rusticitate faciente contractus est, ita ut etiam haeresis quae dicitur Anthropomorphitarum sub occasione detestandae huius interpretationis emerserit, quae inmensam illam ac simplicem diuinitatis substantiam liniamentis nostris et humana figuratione conpositam pertinaci peruersitate contendit. quam tamen si quis 3
fuerit catholicis dogmatibus institutus ut gentilem blasphemiam detestabitur et ita ad illam orationis purissimam perueniet qualitatem, quae non solum nullam diuinitatis effigiem nec liniamenta corporea, quod dictu quoque nefas est, in sua supplicatione miscebit, sed ne ullam quidem in se memoriam dicti cuiusquam uel facti speciem seu formam cuiuslibet characteris admittet.

VI. Secundum mensuram namque puritatis suae, sicut superiore conlatione praefatus sum, unaquaeque mens in oratione sua uel erigitur uel formatur, tantum scilicet a terrenarum ac materialium rerum contemplatione discedens, quantum eam status suae prouexerit puritatis feceritque Iesum uel humilem adhuc et carneum, uel glorificatum et in maiestatis suae gloria uenientem internis obtutibus animae peruideri. non enim poterunt intueri Iesum uenientem in regno suo, 2
qui adhuc sub illa quodammodo Iudaica infirmitate detenti non queunt dicere cum apostolo: et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non noui-

3 Gen. 1, 26 18 VIIII, 8, 2 26 II Cor. 5, 16

1 gentili *Xv* 2 testemonii *V*¹ 5 anthropomorf. *VO* antropomorf. *DP* 6 interpretationes *D*¹ 10 blasf. *VDO* 13 dictum *VP*¹ 16 caracteris *OX* admittit *VP* admittere *O* 19 scilecit *V* a *om.* *D* 20 descedens *V*¹ 21 ea stati suae *D* 22 uel carneum *O* maiistatis *V* magestatis *OX* 23 gloriā *D* optutibus *D* peruidere *ex* puidere *D* 24 potuerunt *O* rigno *V* in regno suo uenientem *D* 25 quodammodu *V* 26 apostolu *V* cum apostolo dicere *O* eum secundum *O*

mus, sed illi soli purissimis oculis diuinitatem ipsius speculantur, qui de humilibus ac terrenis operibus et cogitationibus ascendentes cum illo secedunt in excelso solitudinis monte, qui liber ab omnium terrenarum cogitationum ac perturbationum tumultu et a cunctorum uitiorum permixtione secretus, fide purissima ac uirtutum eminentia sublimatus, gloriam uultus eius et claritatis reuelat imaginem his qui merentur
3 eum mundis animae obtutibus intueri. ceterum uidetur Iesus etiam ab his qui in ciuitatibus et castellis ac uiculis conmorantur, id est qui in actuali conuersatione sunt atque operibus constituti, sed non in illa claritate qua illis apparuit, qui cum ipso possunt in praedicto uirtutum monte conscendere, id est Petro, Iacobo et Iohanni. ita enim in soli-
4 tudine et Moysi apparuit et Heliae locutus est. quod uolens noster dominus confirmare ac perfectae nobis relinquere puritatis exempla, et quidem cum ipse fons inuiolabilis sanctitatis ad obtinendam eam secessionis adiutorio ac solitudinis beneficio extrinsecus non egeret (non enim poterat ullis turbarum sordibus puritatis plenitudo maculari nec contaminari humano consortio qui uniuersa polluta emundat atque sanctificat), secessit tamen in monte solus orare, per hoc scilicet nos instruens suae secessionis exemplo, ut si interpellare nos quoque uoluerimus deum puro et integro cordis affectu, ab omni inquietudine et confusione turbarum similiter secedamus, ut in hoc corpore conmorantes ad similitudinem quandam illius beatitudinis, quae in futuro repromittitur sanctis, uel ex parte aliqua nos aptare possimus, sitque nobis omnia in omnibus deus.

13 cf. Mt. 17, 1 14 cf. Ex. 3, 2. III Reg. 19, 9 sqq. 21 Mt. 14, 23 28 I Cor. 15, 28

1 soli illi *D* diuinitate V^1 5 cuncturum *V* 6 sublimatur D^1 9 ciuitatebus V^1 10 adque *V* 11 $^{\text{in}}$illa *V* in *om.* *OP* 13 et iacobo *O* 14 mosi aparuit *V* haeli$^{\text{ae}}$ *V* eliae *OX* loquutus *O* 16 puritatis derelinquere *O* equidem *O* 17 optinendam *DX* adiuturio *V* 18 benefitio *V* extrinsicus *V* 20 pulluta *V* adque *V* 21 montem *DXv* 22 scilecit *V* 26 futuru *V* promittitur *DO* 27 abtare *O*

VII. Tunc enim perfecte consummabitur in nobis illa nostri saluatoris oratio, qua pro suis discipulis orauit ad patrem dicens: ut dilectio qua dilexisti me in eis sit et ipsi in nobis, et iterum: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, quando illa dei perfecta dilectio, qua prior nos ille dilexit, in nostri quoque transierit cordis affectum hac dominica oratione conpleta, quam credimus nullo modo posse cassari. quod ita fiet, cum omnis amor, omne desi- 2
derium, omne studium, omnis conatus, omnis cogitatio nostra, omne quod uiuimus, quod loquimur, quod spiramus, deus erit, illaque unitas quae nunc est patris cum filio et filii cum patre in nostrum fuerit sensum mentemque transfusa, id est ut quemadmodum nos ille sincera et pura atque indissolubili diligit caritate, nos quoque ei perpetua et inseparabili dilectione iungamur, ita scilicet eidem copulati, ut quidquid spiramus, quidquid intellegimus, quidquid loquimur, deus sit, in illum, inquam, peruenientes quem praediximus finem, quem idem dominus orans in nobis optat inpleri: ut omnes sint unum sicut nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint et ipsi consummati in unum, et iterum: pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum. haec igitur destinatio solitarii, haec 3
esse debet omnis intentio, ut imaginem futurae beatitudinis in hoc corpore possidere mereatur et quodammodo arram caelestis illius conuersationis et gloriae incipiat in hoc uasculo praegustare. hic, inquam, finis totius perfectionis est, ut eo usque extenuata mens ab omni situ carnali ad spiritalia

3 Ioh. 17, 26 4 l. c. 21 6 I Ioh. 4, 10 19 Ioh. 17, 22—23 22 l. c. 24

1 nostra *D*: *om.* *O* 2 orabat *O* 4 ipse *D*[1] 7 transierat *D*[1] 8 ac *VDOP* 11 uiuimus *V*: uidemus *DOXv* uidimus *P* speramus *D*[2]*PXv* 14 adque *V* 16 quicquid *bis* *O* (*non tertio loco*) speramus *D*[2]*PXv* 17 quid intelegimus *V* [quic]quid intellegimus *D* 20 sicut] sunt *D*[1] 23 ipse *D*[1] distin. *D*[1]*PX* 26 uasculu *V* 28 usque ad *D*

cotidie sublimetur, donec omnis eius conuersatio, omnis uolutatio cordis una et iugis efficiatur oratio.

VIII. GERMANVS: Maior nobis ad praeteritae conlationis illius admirationem, ob quam huc recurrimus, magnitudo stuporis adcrescit. quantum enim incitamento doctrinae huius ad desiderium perfectae beatitudinis inflammamur, tantum maiore desperatione concidimus, ignorantes quemadmodum disciplinam tantae sublimitatis expetere uel obtinere possimus. quapropter quae in cella positi diutina meditatione uoluere coeperamus, quia necesse est loquaci forsitan prosecutione proferri, quaesumus ut explicari ea a nobis patienter admittas, quamquam sciamus beatitudinem tuam nullis solere offendi ineptiis infirmorum, quae uel ob hoc sunt in medium pro-
2 ferendae, ut quae in eis absurda sunt corrigantur. quantum itaque opinio nostra sese habet, cuiuslibet artis seu disciplinae perfectio necesse est ut a quibusdam mollibus incipiens rudimentis facilioribus primum ac tenerrimis initiis inbuatur, ut quodam rationabili lacte nutrita paulatim educataque succrescat atque ita ab imis ad summa sensim gradatimque conscendat: quibus cum fuerit planiora principia et quodammodo ianuas adreptae professionis ingressa, ad penetralia quoque perfectionis et excelsa fastigia consequenter et absque
3 labore perueniat. nam quemadmodum pronuntiare puerorum quispiam simplices poterit copulas syllabarum, nisi prius elementorum characteres diligenter agnouerit? uel quomodo citatam legendi peritiam consequetur, qui breues et perangustas descriptiones nominum necdum est idoneus coniugare? qua

1 cottid. *D* omnes eius V^1 2 uolitatio *O* iugi *V* 4 recurremus D^1 recucurrimus *P* 6 inflammatur V^1 tantum *V OPX*: tanto *D* 7 disper. *D* concidemus V^1 8 optinere *VDP* 10 forsitã *D* prosequutione *O* 12 offendi solere *DO PXv* 13 ineptiis *D* ineptis *O* uelut D^1 17 tenerremis *V* 18 edocataque D^1 eductaque *O* subcrescat *P* 19 adque *VO* 20 concendat *V* quibuscumq; *V* fuerat D^1 fuerint *O* 21 penetrabilia *OP* 24 simpleces *V* sillab. *OP* 25 caract. *OPX* 26 citatam *DOPX*: cita *V* 27 describt. *VOX* discript. D^1P

autem ratione is qui peritia grammaticae disciplinae minus instructus est uel rhetoricam facundiam uel philosophicam scientiam consequetur? quapropter huic quoque sublimissimae disciplinae, per quam instruimur deo iugiter inhaerere, non dubito quaedam institutionis inesse fundamina, quibus primum firmissime conlocatis post haec superposita extollantur perfectionis excelsa fastigia. cuius haec esse principia tenuiter 4
suspicamur, ut primum nouerimus qua meditatione teneatur uel cogitetur deus, deinde hanc eandem quaecumque est materiam quemadmodum ualeamus inmobiliter custodire, quod etiam non ambigimus culmen totius perfectionis exsistere. et idcirco quandam memoriae huius materiam, qua deus mente concipiatur uel perpetuo teneatur, nobis cupimus demonstrari, ut eam prae oculis retentantes, cum elapsos nos ab eadem senserimus, habeamus in promptu quo resipiscentes ilico reuertamur ac resumere illam sine ulla circuitus mora et inquisitionis difficultate possimus. euenit namque, ut cum 5
de theoriis spiritalibus euagati ad nosmet ipsos uelut de letali sopore conuertimur et tamquam expergefacti materiam quaerimus, qua illam quae obruta est spiritalem memoriam resuscitare possimus, retardati ipsius inquisitionis mora, priusquam repperiamus eam, a nostro conatu iterum deuoluamur, et antequam spiritalis quidam pariatur intuitus, concepta cordis euanescat intentio. quam confusionem idcirco nobis accidere satis certum est, quia speciale aliquid prae oculis propositum uelut formulam quandam stabiliter non tenemus, ad quam possit uagus animus post multos anfractus

1 his D^1O gramaticae *V* 2 rethor. *DPX* retor. *O* facundiam uel philosophicam *om.* *O* philosof. *D* 3 consequitur D^1 6 extullantur V^1 8 qua] q; D^1 10 custudire V^1 11 ambiguimus *O* tutius V^1 existere *DOP* 13 concepiatur D^1 concipitur *OX* nubis V^1 15 pruntu *D* promtu quo pro *O* resipiscentes *DOPX*: respicientes *Vv* 17 uenit D^1 et uenit *O* 18 uelut letalis opere *V* 19 conuirtimur V^1 20 qua *om.* *V* 21 possumus O^1 22 reperiamus *X* a *om.* *D* 23 intuitas V^1 24 euaniscat D^1 25 accedere *VP* 26 positum *O* 27 anfractọ̈ *D*

ac discursus uarios reuocari et post longa naufragia uelut
6 portum quietis intrare. itaque fit ut hac ignoratione ac difficultate mens iugiter praepedita errabunda semper et uelut ebria per diuersa iactetur et ne illud quidem quod casu potius quam industria sibimet occurrerit spiritale diu ac firmiter teneat, dum aliud ex alio semper recipiens sicut introitus eorum atque principia, ita etiam finem discessumque non sentiat.

VIIII. ISAAC: Inquisitio uestra tam minuta atque subtilis proximae puritatis praesignat indicium. nec enim de his saltim interrogare, non dicam introspicere atque discernere quispiam praeualebit, nisi quem diligens et efficax mentis industria ac sollicitudo peruigil ad perscrutandam istarum profunditatem prouexerit quaestionum castigataeque uitae iugis intentio per experientiam fecerit actualem adtemptare
2 puritatis huius limina ianuasque pulsare. et idcirco quoniam uideo uos non dicam pro foribus orationis illius uerae de qua disserimus adstitisse, sed ipsis quodammodo experientiae manibus penetralia eius et interiora palpare et quaedam membra iam iamque contingere, nec me laboraturum credo, ut iam intra aulam quodammodo ipsius oberrantes in adyta quoque, in quantum dominus direxerit, introducam, nec uos ad introspicienda haec quae demonstranda sunt ullo difficul-
3 tatis obstaculo retardandos. proximus enim cognitioni est, qui quid inquirere debeat prudenter agnoscit, nec a scientia longe est, qui coepit intellegere quid ignoret. et idcirco non uereor notam proditionis uel leuitatis incurrere, si ea, quae in superiore tractatu de perfectione orationis disserens disputationi subtraxeram, propalaro, quorum uirtutem nobis in hoc

1 discursos D^1 uarius V^1 3 praepidita V 4 hebria O diuirsa V 6 recepiens V^1 7 adque V 9 tam *om.* VD^1 adque V suptilis D 11 saltem O intro aspicere X adque V 14 q;sitionū D^1 16 lumena V 18 disseruimus O 19 penetralia DX: penetrabilia VOP 21 adita DOX abdita P 22 dixerit D^1 23 illo difficultates D^1 25 qui quid] quidquid D^1P qui quicquid O agnuscit *ex* agnuscet V ab O 26 ignorat O 29 propalauero P^2Xv

exercitio ac studio conlocatis etiam sine ministerio nostri sermonis per dei gratiam arbitror fuisse reserandam.

X. Quapropter secundum illam institutionem, quam paruulorum eruditioni prudentissime conparastis (qui alias elementorum traditionem primam percipere non possunt nec eorum uel agnoscere lineas uel intrepida manu queunt describere characteres, quam protypiis quibusdam et formulis cerae diligenter inpressis effigies eorum exprimere contemplatione iugi et cotidiana imitatione consuescant), huius quoque spiritalis theoriae tradenda uobis est formula, ad quam semper tenacissime uestrum intuitum defigentes uel eandem salubriter uoluere indisrupta iugitate discatis uel sublimiores intuitus scandere illius usu ac meditatione possitis. haec igitur uobis 2
huius quam quaeritis disciplinae atque orationis formula proponetur, quam unusquisque monachus ad iugem dei memoriam tendens incessabili cordis uolutatione meditari expulsa omnium cogitationum uarietate consuescat, quia nec alias eam ullo modo poterit retentare, nisi ab omnibus fuerit corporalibus curis ac sollicitudinibus absolutus. quae sicut nobis a paucis qui antiquissimorum patrum residui erant tradita est, ita a nobis quoque non nisi rarissimis ac uere sitientibus intimatur. erit itaque ad perpetuam dei memoriam possidendam haec inseparabiliter proposita uobis formula pietatis: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. hic namque uersiculus non inmerito de toto 3
scripturarum excerptus est instrumento. recipit enim omnes adfectus quicumque inferri humanae possunt naturae et ad

23 Ps. 69, 2

1 nrõ *ex* nrõs *D* 2 reseratam *O* 3 *non distinguit O* 4 alius V^1 5 percepere V^1 6 discribere *D* 7 caract. OP^1X protypiis VD^2X^1: protipis *O* protypis PX^2 protypicis D^1 8 eorum *om. OP* 9 cottid. *D* 10 spiritales *D* est *om. V* 14 adque *V* proponetur *DOPX*: proponitur *V* 19 absolutur D^1 sicut] sunt D^1 a paucis *om. D* 20 a *om. O* 23 adiuturium *V* 25 m^{i} (*i. e.* mihi) D^1: me VD^2OPXv fistina *V* tuto V^1 26 scribt. *VX* recepit D^1P 27 et *om. O*

omnem statum atque uniuersos incursus proprie satis et conpetenter aptatur. habet siquidem aduersus uniuersa discrimina inuocationem dei, habet humilitatem piae confessionis, habet sollicitudinis ac timoris perpetui uigilantiam, habet considerationem fragilitatis suae, exauditionis fiduciam, con-
4 fidentiam praesentis semper adstantisque praesidii. qui enim iugiter suum inuocat protectorem, certus est eum semper esse praesentem. habet amoris et caritatis ardorem, habet insidiarum contemplationem inimicorumque formidinem, quibus perspiciens semet ipsum die noctuque uallatum confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari. hic uersiculus omnibus infestatione daemonum laborantibus inexpugnabilis murus est et inpenetrabilis lurica ac munitissimus clypeus. iste in acedia et anxietate animi conlocatos seu tristitia uel cogitationibus quibuscumque depressos salutis remedia desperare non patitur, ostendens illum quem inuocat inspicere iugiter nostra certamina atque a suis supplicibus non abesse.
5 iste nos in spiritalibus successibus cordisque laetitia constitutos admonet extolli penitus non debere nec inflari de prospero statu, quem sine protectore deo retineri non posse testatur, dum non solum eum semper, sed etiam uelociter ut sibi auxilietur inplorat. iste, inquam, uersiculus unicuique nostrum in qualibet qualitate degenti necessarius et utilis inuenitur. nam qui se semper atque in omnibus desiderat adiuuari, manifestat quod non tantum in rebus duris ac tristibus, sed etiam in secundis ac laetis pari modo deo egeat adiutore, ut quemadmodum ex illis erui, ita in istis eum faciat inmorari, in neutro sciens humanam fragilitatem sine
6 illius opitulatione subsistere. gastrimargiae passione per-

1 adque *VO* uniuersos] omnes *O* incursos *D*[1] proprie satis] proprietatis *V* 2 abtatur *O* 5 fidutiam *VD* 6 praesentes *V* 10 prospiciens *DX* 11 uirsiculus *V* 13 lorica *D*[2]*OX* clipeus *O* clippeus *X* 14 conlocatus *VDO* tristitię *O* 15 depressus *O* disper. *DP* 17 adque *VO* 20 reteneri *D*[1] posset *V*[1] 24 se *om.* *OX* adque *V* 26 securis *O* laetis] legis *D* 27 adiutorē *D* 28 fragelitate *V* 29 castrim. *D*[1]

stringor, cibos quos heremus ignorat inquiro et in squalida solitudine ingeruntur mihi odores regalium ferculorum atque ad illorum desideria sentio me inuitissimum trahi: dicendum proinde mihi est: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. anticipare horam statutae refectionis instigor seu modum iustae ac solitae parcitatis retinere cum magno cordis mei dolore contendo: cum gemitu mihi est proclamandum: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. ieiuniis me ob inpugnationem carnis districtioribus 7
indigentem stomachi prohibet lassitudo seu uentris ariditas constrictioque deterret: ut effectus meo desiderio tribuatur uel certe ut aestus carnalis concupiscentiae absque temperamento districtioris ieiunii conquiescant, orandum mihi est: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. accedens ad refectionem hora legitima suggerente perceptionem panis exhorreo atque ab omni esu naturalis necessitatis excludor: cum heiulatu proclamandum est mihi: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. uolentem me 8
ob stabilitatem cordis insistere lectioni interpellans capitis prohibet dolor horaque tertia faciem meam ad sacram paginam somnus adlidit ac deputatum quietis tempus uel transgredi uel praeuenire conpellor, ipsum denique canonicum synaxeos psalmorumque modum intercidere me grauissima somni cogit inpressio: similiter proclamandum est mihi: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. sublato ab oculis meis sopore multis me noctibus diabolicis insomniis uideo fatigatum omnemque a palpebris meis refectionem nocturnae quietis

1 ignorat heremus *O* inquire *V* 2 adque *VO* 4 adiutarium *V et sic saepius* 5 mihi] me *D²OP*, *et sic passim OPv* 6 instigur *V* solide *O* 7 retenere *D¹* 8 gemitus est mihi *O* 10 destrict. *O* 11 sthomaci *D* stomaci *O* 13 aesti *D¹* 14 destrict. *OX¹* 17 adque *V* 18 eiulatu *DOX* 23 quieti *P* 24 deinique *D¹* 25 synaxeus *V* 26 mihi est *O* 28 sublatũ *V* soporẽ *V* 30 palphebris *D¹* palfebris *O*

exclusam: cum suspiriis orandum est mihi: deus in adiu-
torium meum intende: domine ad adiuuandum
9 mihi festina. adhuc me in conluctatione positum uitiorum
titillatio carnis repente conpungit et ad consensum pertrahere
dormientem blanda oblectatione conatur: ne ignis alienus
exaestuans urat suaue olentes flosculos castitatis, clamandum
mihi est: deus in adiutorium meum intende: domi-
ne ad adiuuandum mihi festina. extincta sentio libi-
dinis incentiua et genitalem membris meis intepuisse fer-
uorem: ut parta haec uirtus, immo gratia dei in me diutius
uel perpetuo perseueret, intente dicendum est mihi: deus in
adiutorium meum intende: domine ad adiuuan-
10 dum mihi festina. irae, filargyriae, tristitiae stimulis
inquietor cogorque propositam atque amicam mihi interrum-
pere lenitatem: ne in amaritudinem fellis perturbatione
furoris abducar, cum summo mihi gemitu proclamandum est:
deus in adiutorium meum intende: domine ad
adiuuandum mihi festina. acediae, cenodoxiae, super-
biae elatione pertemptor ac de aliorum neglegentia uel
tepore quiddam sibi mens subtili cogitatione blanditur: ne in
me praeualeat haec inimici perniciosa suggestio, cum omni
contritione cordis orandum est mihi: deus in adiutorium
meum intende: domine ad adiuuandum mihi
11 festina. humilitatis et simplicitatis gratiam superbiae
tumore deposito iugi conpunctione spiritus adquisiui: ne rur-
sum ueniat mihi pes superbiae et manus peccatoris
moueat me grauiusque de uictoriae meae elatione confodiar,
totis mihi proclamandum est uiribus: deus in adiutorium
meum intende: domine ad adiuuandum mihi
festina. euagationibus animae innumeris ac diuersis et

25 Ps. 35, 12

1 adorandum *O* 6 olente *V* 9 genetalem *D*[1] 10 uirtutis *D*[1] 13 filargiriae *DO* philargiriae *X* tristiticiae *D* 14 inquietur *V*[1] adque *V* 21 pernit. *D* suggessio *O* 22 deus] dñe *D* 26 peccatorum (ἁμαρτωλῶν) *DO* 27 grauius qui *D*[1] uicturiae *V* me elatione confodiat *O*

instabilitate cordis exaestuo nec cogitationum disparsiones ualeo cohercere, ipsamque orationem meam fundere absque interpellatione atque phantasmate inanium figurarum sermonumque et actuum retractatione non possum, tantaque me sentio sterilitatis huius ariditate constrictum, ut nullas omnino spiritalium sensuum generationes parturire me sentiam: ut de hoc animi squalore merear liberari, unde me gemitibus multis atque suspiriis expedire non possum, necessarie proclamabo: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. directionem rursus animae, 12
stabilitatem cogitationum, alacritatem cordis cum ineffabili gaudio et mentis excessu uisitatione sancti spiritus me sentio consecutum, exuberantia quoque spiritalium sensuum redundare reuelationem sacratissimorum intellectuum et antea mihi penitus occultorum repentina domini inlustratione percepi: ut in his merear diutius inmorari, sollicite mihi est frequenterque clamandum: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. nocturnis dae- 13
monum terroribus circumuallatus exagitor et inmundorum spirituum phantasmatibus inquietor, spes ipsa mihi salutis ac uitae trepidationis horrore subtrahitur: ad salutarem uersiculi huius portum confugiens totis uiribus exclamabo: deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. rursus cum fuero consolatione domini reparatus et ipsius animatus aduentu uelut innumeris angelorum milibus me sensero circumsaeptum, ita ut eorum, quos morte grauius antea tremescebam et quorum tactum, immo uiciniam horrore mentis et corporis sentiebam, repente congressus expetere audeam ac prouocare conflictus: ut in me constantiae

1 ne *V* disparsiones *D*: dispersiones *VOX* 2 cohercere *VPX*: coercere *DO* 3 adque *VO* fanthasmatae *V* fantasmate *DOP* 7 gimitibus *V* 8 adque *VO* 10 mihi *om.* *D* 13 cūsecutum *D* consequutum *O* quoqui D^1 16 frequenterqui D^1 19 exagitur V^1 20 fanthasm. *V* fantasm. *D* *OP* inquietur V^1 24 fistina *V* rursum *OPXv* reparatur D^1 25 animatur D^1 26 circumseptum *codd.* 27 tremiscebam *D* corum tactu *O* 28 repetente *D*

huius uigor per dei gratiam diutius inmoretur, totis mihi est
uiribus proclamandum: deus in adiutorium meum in-
14 tende: domine ad adiuuandum mihi festina. huius
igitur uersiculi oratio in aduersis ut eruamur, in prosperis
ut seruemur nec extollamur incessabili iugitate fundenda est.
huius, inquam, uersiculi meditatio in tuo pectore indisrupta
uoluatur. hunc in opere quolibet seu ministerio uel itinere
constitutus decantare non desinas. hunc et dormiens et
reficiens et in ultimis naturae necessitatibus meditare. haec
uolutatio cordis uelut formula tibi salutaris effecta non solum
inlaesum ab omni daemonum incursione custodiet, sed etiam
cunctis te uitiis terrenae contagionis expurgans ad illas in-
uisibiles theorias caelestesque perducet atque ad illum ineffa-
bilem ac perpaucis expertum prouehet orationis ardorem.
15 hunc uersiculum meditanti tibi somnus inrepat, donec incessa-
bili eius exercitatione formatus etiam per soporem eum
decantare consuescas. hic tibi expergefacto primus occurrat,
iste euigilantis cogitationes anticipet uniuersas, iste te de
tuo surgentem cubili curuationi genuum tradat atque illinc
deinceps ad omne opus actusque deducat, hic te omni tem-
pore prosequatur. hunc meditaberis secundum praecepta legis-
latoris sedens in domo et ambulans in itinere,
dormiens atque consurgens. hunc scribes in limine et ianuis
oris tui, hunc in parietibus domus tuae ac penetralibus tui
pectoris conlocabis, ita ut haec ad orationem procumbenti
sit tibi adclinis decantatio et exinde consurgenti atque ad
omnes usus uitae necessarios incedenti fiat erecta et iugis
oratio.

22 Deut. 6, 7

1 uigur *V* tutis *V*[1] 4 uirsiculi *V* 5 ne *Ov* extullamur *V* 8 constitutur *D*[1] 9 necissit. *V* 13 perducit *D*[1] adque *VDO* 14 hac *D* proueit *D* 15 sumnus *V* 18 euigilantis *r*: euigilantes *VD* uigilantes *OP* euigilanti *X* is te euigilante *c* uniuirsas *V* te *om.* *O* 19 cubiculo *O* adque *VO* illic *DO* 20 deinde *O* 22 ambolans *V* itenere *D* 23 adque *VO* 24 oris] cordis *O* penetrabilibus *VDOPX* 26 adque *V* 27 incidenti *O*

XI. Istam, istam mens indesinenter formulam teneat, donec usu eius incessabili et iugi meditatione firmata cunctarum cogitationum diuitias amplasque substantias abiciat ac refutet, atque ita uersiculi huius paupertate constricta ad illam euangelicam beatitudinem, quae inter ceteras beatitudines primatum tenet, prona facilitate perueniat. beati enim inquit pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. et ita quis per istiusmodi paupertatem egregius pauper exsistens illud propheticum inplebit eloquium: pauper et inops laudabit nomen domini. et re uera quae 2 maior aut sanctior potest esse paupertas quam illius, qui nihil se praesidii, nihil uirium habere cognoscens de aliena largitate cotidianum poscit auxilium, et uitam suam atque substantiam singulis quibusque momentis diuina ope intellegens sustentari uerum se mendicum domini non inmerito profitetur, suppliciter ad eum cotidie clamans: ego autem mendicus et pauper sum: deus adiuuat me. ac sic ad illam quoque multiformem scientiam dei ipso inluminante conscendens incipiat deinceps sublimioribus ac sacratioribus mysteriis saginari secundum illud quod dicitur per prophetam: montes excelsi ceruis: petra refugium erinaceis. quod satis proprie huic quem diximus sensui coaptatur, eo 3 quod quisquis in simplicitate atque innocentia perseuerans nulli est noxius uel molestus, sed sua tantum simplicitate contentus solummodo se ab insidiantium praeda desiderat

6 Mt. 5, 3 9 Ps. 73, 21 16 Ps. 39, 18 (LXX) 21 Ps. 103, 18

1 X· *O* istam istam *VOP*: ista *D* istam *Xv* 4 adque *V O* 5 beatitudinem euangelicam *V* 6 pruna *V* proma *D*[1] inquid *VD* 7 pauperis *V* ipsurum *V* 9 existens *DOP X* prof. *VDP* 10 inobs *V* 13 cottid. *DX* adque *V* 16 cottid. *D* 17 adiuuat *V*: adiuua *rell. v* *post* me *in O cap. 11 incipit* 18 multifurmem *V* 19 concendens *V* 20 mist. *O* prof. *VD* 21 petre *O* erinacis *V* erenaceis *D*[1] erenaciis *D*[2] arenacis *O* herinacis *P* ericiis *X* 22 quem] q, *V*[1] 23 adque *V* 25 ĉtẽptur *D* solumodo *V*

contutari, uelut erinaceus spiritalis effectus iugi euangelicae illius petrae uelamine protegatur, id est memoria dominicae passionis praedictique uersiculi incessabili meditatione munitus infestantis inimici declinet insidias. de his spiritalibus erinaceis et in Prouerbiis ita dicitur: et erinacei gens in-
4 ualida, qui fecerunt in petris domos suas. et re uera quid inualidius Christiano, quid infirmius monacho, cui non solum nulla iniuriarum uindicta subpeditat, sed ne leuis quidem tacitaque commotio saltim intrinsecus pullulare conceditur? quisquis autem ex hoc proficiens statu non solum innocentiae simplicitatem possidet, sed etiam discretionis uirtute munitus uirulentorum serpentium exterminator effectus est habens contritum Satanan sub pedibus suis, et ad figuram rationabilis cerui mentis alacritate peruenit, pascetur in propheticis atque apostolicis montibus, id est excelsissimis eorum ac sublimissimis sacramentis. quorum iugi pascuo uegetatus omnes quoque psalmorum adfectus in se recipiens ita incipiet decantare, ut eos non tamquam a propheta conpositos, sed uelut a se editos quasi orationem propriam profunda cordis conpunctione depromat uel certe ad suam personam aestimet eos fuisse directos, eorumque sententias non tunc tantummodo per prophetam aut in propheta fuisse conpletas, sed in se cotidie
5 geri inplerique cognoscat. tunc enim scripturae diuinae nobis

5 Prov. 30, 26 (LXX)

1 inaceus *D* herinatius *P* ericius *X* 2 protigatur *V* memorie *O* 4 infestantes *VO* infectantis D^1 is *O* erinaciis D^2 herinaciis *P* ericiis *X* 5 et *post* dicitur *om.* *O* erinacei D^1O: erinacis *V* erinacii D^2 herinacis *P* ericii *X* 6 domus *D X* 7 munacho *V* 9 commutio *V* saltem *O* intrinsicus *V* conciditur D^1 11 munitur D^1 12 exterminatur *V* 13 satanan *D* satan *V* sathanan O^1X sathan O^2: *om.* *P* rationalis *O* 14 prof. *VDP* 15 adque *V* 16 pascua D^1OP^1 *X* uegitatus *VP* uegetatur D^1 17 adfectur D^1 18 prof. *VP* conpositus *V* 19 editus *V* 21 directus *V* sententiam *V* tantummudo *V* 22 profetam *VDP* profeta *VP* conpletos *ex* conpletus *V* cottid. *D* 23 geri inpl.] gerique D^1 scribt. *VO* nubis *V*

clarius perpatescunt et quodammodo earum uenae medullaeque panduntur, quando experientia nostra earum non tantum percipit, sed etiam praeuenit notionem, sensusque uerborum non per expositionem nobis, sed per documenta reserantur. eundem namque recipientes cordis affectum, quo quisque decantatus uel conscriptus est psalmus, uelut auctores eius facti praecedemus magis intellectum ipsius quam sequemur, id est ut prius dictorum uirtutem quam notitiam colligentes, quid in nobis gestum sit uel cotidianis geratur incursibus superueniente eorum meditatione quodammodo recordemur, et quid nobis uel neglegentia nostra pepererit uel diligentia conquisierit uel prouidentia diuina contulerit uel instigatio fraudauerit inimici uel subtraxerit lubrica ac subtilis obliuio uel intulerit humana fragilitas seu inprouida fefellerit ignoratio, decantantes reminiscamur. omnes namque hos adfectus 6
in Psalmis inuenimus expressos, ut ea quae incurrerint uelut in speculo purissimo peruidentes efficacius agnoscamus et ita magistris adfectibus eruditi non ut audita, sed tamquam perspecta palpemus, nec tamquam memoriae conmendata, sed uelut ipsi rerum naturae insita de interno cordis parturiamus adfectu, ut eorum sensus non textu lectionis, sed experientia praecedente penetremus. atque ita ad illam orationis incorruptionem mens nostra perueniet, ad quam in superiore tractatu, quantum dominus donare dignatus est, ordo conlationis ascendit: quae non solum nullius imaginis occupatur intuitu, sed etiam nulla uocis, nulla uerborum prosecutione distinguitur, ignita uero mentis intentione per ineffabilem

25 cf. VIIII, 25

2 nustra eorum *V* 3 percepit *V*[1] nationem *V* 4 expusitionem *V* docimenta *VD*[1] 5 recipientis *VD*[1]*P* 6 decantatur *D* conscriptū *D*[1] 7 praecedemus *OX*: praecidimus *V*[1]*P*[1] praecedimus *V*[2]*DP*[2] intillectum *V* sequemur *VOX*: sequamur *D*[1] sequimur *D*[2]*P* 9 cottid. *D* 14 ignorantia *O* 16 expressus *V* 17 ꝓuidentis *D*[1] efficatius *DX* 18 prospecta *D* perspecta ... 19 tamquam *om. O* 22 adque *VO* incurrupt. *V* 23 perueniat *X* 26 intuitur *D*[1] prosequutione *O*

cordis excessum inexplebili spiritus alacritate profertur, quamque mens extra omnes sensus ac uisibiles effecta materies gemitibus inenarrabilibus atque suspiriis profundit ad deum.

XII. GERMANVS: Non solum nobis traditionem spiritalis huius quam poposcimus disciplinae, sed ipsam plane perfectionem satis aperte atque dilucide putamus expressam. quid enim potest esse perfectius quidue sublimius quam dei memoriam tam conpendiosa meditatione conplecti atque unius uersiculi uolutatione a cunctis uisibilium terminis emigrare et quodammodo affectus orationum cunctarum breui sermone concludere? et idcirco unum quod superest adhuc nobis precamur exponi, quemadmodum hunc eundem uersiculum quem nobis uice formulae tradidisti stabiliter retinere possimus, ut sicut per dei gratiam sumus a saecularium cogitationum ineptiis liberati, ita spiritales quasque inmobiliter retentemus.

XIII. Cum enim capitulum cuiuslibet psalmi mens nostra conceperit, insensibiliter eo subtracto ad alterius scripturae textum nesciens stupensque deuoluitur. cumque illud in semet ipsa coeperit uolutare, necdum illo ad integrum uentilato oborta alterius testimonii memoria meditationem materiae prioris excludit. de hac quoque ad alteram subintrante alia meditatione transfertur, et ita animus semper de psalmo rotatus ad psalmum, de euangelii textu ad apostoli transiliens lectionem, de hac quoque ad prophetica deuolutus eloquia et exinde ad quasdam spiritales delatus historias per omne scripturarum corpus instabilis uagusque iactatur, nihil pro arbitrio suo praeualens uel abicere uel tenere nec pleno quic-

1 inexplibili *V* inexplibile D^1 inexplicabile D^2 2 materies *V*: materias *rell.* *v* 3 adque *VO* profudit D^1 5 popuscimus *V* 6 adque *VO* delucide *V* lucide *O* 7 quitue *O* 8 adque *V* 12 uirsiculum *V* 13 tradedisti D^1 14 sicut] sunt D^1 15 ineptis *D* retentemus D^2OP^2X: retinemus *V* retenemus D^1 retentimus P^1 17 subtractu V^1 scribt. *VO* 19 uolitare OX^1 22 salmo *O* 23 rotatur *D* transiens *V* 24 profitica deuolutur *V* 25 dilatus D^1 histurias *V* 26 scribt. *VO*

quam iudicio et examinatione finire, palpator tantummodo spiritalium sensuum ac degustator, non generator nec possessor effectus. atque ita mens mobilis semper ac uaga in tempore 2 quoque synaxeos uelut ebria per diuersa distrahitur, nullum officium conpetenter exsoluens. uerbi gratia cum orat, psalmum aut aliquam recolit lectionem. cum decantat, aliud quid meditatur quam textus ipsius continet psalmi. cum lectionem recitat, faciendum aliquid uoluit factumue reminiscitur. atque in hunc modum nihil disciplinate nec oportune recipiens uel dimittens uelut fortuitis agi uidetur incursibus, retinendi ea quibus delectatur uel inmorandi eis non habens potestatem. necessarium ergo nobis est prae omnibus nosse quemadmodum 3 haec spiritalia conpetenter explere possimus officia uel certe hunc eundem uersiculum, quem nobis uice formulae tradidisti, inmobiliter custodire, ut omnium sensuum ortus ac fines non in sua uolubilitate fluctuent, sed in nostra dicione consistant.

XIIII. ISAAC: Licet pridem super hac re disputantibus nobis de orationis statu, quantum reor, sit sufficienter expressum, tamen quia uobis haec eadem poscitis iterari, de confirmatione cordis breuiter intimabo. tria sunt quae uagam mentem stabilem faciunt, uigiliae, meditatio et oratio, quarum adsiduitas et iugis intentio conferunt animae stabilem firmitatem. quae tamen alias nullo modo poterit adprehendi, 2 nisi per operis non filargyriae, sed sacris coenobii usibus dedicati infatigabilem iugitatem omnes omnino sollicitudines et curae uitae praesentis prius fuerint abdicatae, ut ita illud

1 iuditio *V* et *om.* *O* palpatur *V* 2 degustatur *V* 3 adque *V* mobiles *V*¹ 4 synaxeus *V* sinaxeos *DO* diuirsa *V* 5 cum *DX*: dum *VO* 7 ipsius] pius *D* 8 adque *VO* 10 dimittens *V*: emittens *DOX* mittens *P* furtuitis *V* recursibus *D*¹ 11 in eis *OX* potistatem *V* 14 nubis *V* furmulae *V* 15 costodire *V*¹ fines *D*²: finis *rell.* *v* 16 ditione *ex* dictione *D* consistat *D*¹*O* 17 pridie *D*¹ 19 itirari *V* 21 faciunt ..... 22 stabilem *om.* *V* 24 filargiriae (*ex* filargiriam) *D* *et* *O* fylargirie *P* phylargiriae *X* cenubii *D* didicati *V* dedicat. *D* 25 sollicitudinis *V*¹ 26 *post* abdicatae *addunt* *Dv*: atque in hanc solam obseruantiam defixerit se (se *s. l. m. 2 D*) tota mentis intentio: *similia Cuyckius in septem mss inuenerat*

apostolicum mandatum: sine intermissione orate possimus inplere. perparum namque orat, quisquis illo tantum tempore quo genua flectuntur orare consueuit. numquam uero orat, quisquis etiam flexis genibus euagatione cordis qualicumque distrahitur. et idcirco quales orantes uolumus inueniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi. necesse est enim mentem in tempore supplicationis suae de statu praecedente formari illisque eam cogitationibus orantem uel ad caelestia sublimari uel ad terrena demergi, quibus ante orationem fuerit inmorata.

3 Huc usque abbas Isaac adtonitis nobis secundam conlationem de orationis qualitate digessit. cuius doctrinam super illius praedicti uersiculi meditatione, quam uelut informationis loco ab incipientibus tradiderat retinendam, admirantes admodum et excolere tenacissime cupientes, utpote quam conpendiosam ac facilem credebamus, difficiliorem satis ad obseruandum experti sumus quam illud studium nostrum, quo solebamus antea per omne scripturarum corpus absque ullius perseuerantiae uinculo uaria passim meditatione discurrere. constat igitur neminem prorsus ob inperitiam litterarum a perfectione cordis excludi nec rusticitatem obesse ad capessendam cordis atque animae puritatem, quae conpendiosissime adiacet cunctis, si modo sanam et integram mentis intentionem iugi ad deum uersiculi huius meditatione seruauerint.

1 I Thess. 5, 17

1 intirmistione *V* 2 impleri *D* proparum D^1 6 inuenire D^1 11 *uerba* huc usque abbas *rubro colore depicta in V iam legi non possunt* 12 doctrina *V* 14 admodo *V* 15 utpute *V* 16 obseruandam D^1 18 scribt. *O* obseruantiae *DOXr* 20 perfectionē *D* 21 capiscendam *V* capescendam *OP* 22 cordis atque *om. OX* 24 seruarint *ex* seruarent *D* seruauerit *O PX* Explicit conlatio (collatio *P*: *om. D*) abbatis isaac secunda de oratione *VDOP* Expl. conl. decima quae et ultima presentis uoluminis abbatis isaac de oratione *X*

IOHANNIS CASSIANI

CONLATIONVM PARS SECVNDA

SIVE

CONLATIONES XI–XVII.

Σ = Sessorianus LV saec. VII—VIII.

Π = Corbeiensis, post Sangermanensis, nunc Petropolitanus O. I. 4 saec. VII—VIII.

T = Sangallensis 576 saec. VIIII.

O = Parisinus 2170 saec. VIIII.

φ = cod. Prosperi Vindobonensis 397 saec. X.

Prosp. uel *Pr.* = Prosper contra Collatorem (Migne, tom. LI).

PRAEFATIO.

Cum uirtutem perfectionis uestrae, qua uelut magna quaedam luminaria in hoc mundo admirabili claritate fulgetis, multi sanctorum qui uestro erudiuntur exemplo uix queant aemulari, tamen uos, o sancti fratres Honorate et Eucheri, tanta illorum sublimium uirorum, a quibus prima anachoreseos instituta suscepimus, laude flammamini, ut unus quidem uestrum ingenti fratrum coenobio praesidens congregationem suam, quae cotidiano sanctae conuersationis uestrae docetur intuitu, illorum quoque patrum praeceptis optet institui, alter uero, ut etiam corporali eorundem aedificaretur aspectu, Aegyptum penetrare uoluerit, ut hanc quasi frigoris Gallicani rigore torpentem prouinciam derelinquens ad illas quas sol iustitiae proximus respicit terras, maturis uirtutum fructibus redundantes, uelut turtur castissimus transuolaret. necessario 2
hoc mihi uirtus caritatis extorsit, ut unius desiderio, alterius etiam labori consulens tam abruptum scribendi periculum non uitarem, dummodo et priori apud filios adderetur auctoritas et secundo tam periculosae nauigationis necessitas demeretur. proinde quia fidei uestrae atque feruori nec illa instituta coenobiorum, quae duodecim libellis ad beatae memoriae episcopum Castorem quo potuimus sermone conscripsimus, nec decem conlationes in Scitiotica heremo conmorantium patrum,

Incepit praefatio *Π* Incipit prefatio *O* *nihil inscriptum in Σ* 6 tanto *Σ* 7 unusquisque *O* 8 praesedens *Π*[1] 10 intuito *Π*[1] obtet *O* 11 edificetur *O* 14 respecit *Π*[1] 17 abrutum *O* 18 aput *ΣO* 20 adque *Π*[1], *et sic semper* 22 conscribsimus *O*

quas praecipientibus sanctis Helladio et Leontio episcopis utcumque digessimus, satisfacere potuerunt, nunc, ut etiam itineris nostri ratio cognoscatur, trium in alia heremo consistentium quos primos uidimus patrum septem conlationes pari conscriptas stilo uobis credidi consecrandas, quibus ea, quae de perfectione in praeteritis opusculis nostris obscurius
3 forsitan conprehensa uel praetermissa sunt, suppleantur. si uero sanctam studii uestri sitim etiam haec satiare non quiuerint, septem aliae conlationes, quae ad sanctos qui in Stoechadibus consistunt insulis emittendae sunt fratres, desiderium ut arbitror uestri ardoris explebunt.

1 elladio $\Sigma\Pi O$ 3 cognuscatur Π^1 *et sic passim, item* agnusco 4 primus Π^1 8 quaerint Π^1 9 istoecadibus Σ stocadibus O 11 ut arbitror *om.* Π Finit (Finis Σ) praefatio. Incipit conlatio (lib. conlationum Σ) abbatis chaeremonis de perfectione $\Sigma\Pi$: *in utroque cod. capitula praemissa sunt praefationi* Explicit prefatio O

XI.

CONLATIO ABBATIS CHAEREMONIS PRIMA.

DE PERFECTIONE.

CAPITVLA.

I. Descriptio Thenneseos oppidi.
II. De episcopo Archebio.
III. Descriptio heremi in qua conmorabantur Chaeremon, Nesteros et Ioseph.
IIII. De abbate Chaeremone et excusatione eius super postulata doctrina.
V. De responsione nostra contra excusationem eius.
VI. Propositio abbatis Chaeremonis, quod tribus modis uitia uincantur.
VII. Quibus gradibus ad sublimitatem caritatis possit ascendi et quae sit in ea stabilitas.
VIII. Quantum excellant qui per caritatis affectum declinant a uitiis.
VIIII. Quod caritas non solum de seruis filios faciat, sed etiam imaginem dei ac similitudinem conferat.
X. Quod perfectio caritatis sit pro inimicis orare, et quo indicio anima necdum purgata noscatur.

Capitula conlationes primae (conl. pr. *om.* Σ) abbatis chaeremonis de perfectione ΣΠ Incipit capitulatio O 6 describtio O, *item infra* oppido Π 7 archaebio Π arcebio O 9 nestheros Σ nestor O et *om.* Σ *cf. cap. 3, 2* 14 uocantur O 16 quare Σ 22 quo] quod Σ animae n. purgatae Σ

I. Cum in coenobio Syriae consistentes post prima fidei rudimenta succedentibus aliquatenus incrementis maiorem perfectionis desiderare gratiam coepissemus, statuimus confestim Aegyptum petere ac remotissima etiam Thebaidos heremo penetrata sanctorum plurimos, quorum gloriam fama per uniuersa diffuderat, si non aemulandi, saltim agnoscendi studio inuisere. igitur ad oppidum Aegypti, cui Thennesus nomen est, emensa nauigatione peruenimus. cuius accolae ita uel mari uel stagnis salsis undique circumluuntur, ut solis, quia terra deest, negotiationibus dediti opes atque substantiam nauali conmercio parent, ita ut aedificiis cum uoluerint extruendis terra non suppetat, nisi de longinquo nauigiis adportetur.

II. Vbi cum aduenientibus nobis fauens desideriis nostris diuinitas beatissimi atque praecipui uiri Archebi episcopi praestitisset aduentum, qui raptus de anachoretarum coetu et episcopus Panephysi oppido datus tanta districtione omni aeuo suo propositum solitudinis custodiuit, ut nihil de praeteritae humilitatis tenore laxauerit aut de adiecto sibi honore

1 quur *O* 4 de *om.* *ΠO*: *cf. XII, 5, tit., Inst. IIII, 43* 5 caritatis *O* 6 expositiones *Π*[1] postulatae. Finiunt capitula abbatis chaeremonis de perfectione (a. ch. de p. *om.* *Π*) *ΣΠ* Explicit capitulatio. Incipit conlatio sci ceremonis de perfectione *O* 7 Cum] *incipit Τ, cuius primum folium deperditum est, praemissa inscriptione*: Incipit collatio prima abbatis cheremonis de perfectione cenobiis siriae *O* 11 plurimus *Π*[1] gloria *Σ* glorie famā *O* 12 saltem *ΣΠ*[2] 13 thennensus *Τ* 16 adque *O* 18 exstruendis *ΠΤ* 21 archaebi *Σ* archae (-e) bii *ΠΤO* 22 coeto *Σ* et *om.* *O* 23 paneyisi *Σ* panephisi *ΠO* phanephysi *Τ* destrictione *ΣΠO*

blanditus sit (non enim tamquam idoneum se ad istud officium testabatur adscitum, sed ut indignum ab illa anachoreseos disciplina querebatur expulsum, eo quod triginta et septem annis in eadem conmoratus ad puritatem tantae professionis nequaquam peruenire potuisset): hic igitur cum in supra dicta Thenneso, quo eum eligendi illic episcopi causa perduxerat, pie nos atque humanissime suscepisset, agnito desiderio nostro, quo sanctos patres etiam in ulterioribus Aegypti partibus inquirere desiderabamus: uenite, inquit, uidete interim 2
senes haud longe a nostro monasterio consistentes, quorum ita et antiquitas in corporibus iam curuatis et sanctitas in ipso etiam fulget aspectu, ut uel sola contemplatio eorum magnam intuentibus possit conferre doctrinam: a quibus id, quod ego amissum doleo quodque tradere iam perditum nequeo, non tam uerbis quam ipso sanctae uitae discatis exemplo. credo autem inopiam meam hoc studio aliquatenus subleuandam, si inquirentibus uobis illam euangelicam margaritam, quam ipse non habeo, saltim prouidero ubi eam conmodius conparetis.

III. Sumpto itaque baculo et pera, ut illic cunctis uiam ingredientibus monachis moris est, ad ciuitatem nos suam, id est Panephysin itineris dux ipse perduxit: cuius terras, immo etiam contiguae regionis plurimam partem quondam opulentissimam (siquidem ex ea cuncta, ut fama est, in regios cibos subministrabantur) repentino terrae motu excussum mare transgressis limitibus occupauit atque ita conlapsis fere omnibus uicis opimas olim terras salsis paludibus supertexit, ut illud quod in psalmo spiritaliter decantatur: posuit

17 cf. Mt. 13, 45 28 Ps. 106, 33 sq.

1 istum Σ istut O 2 uelut ΠTOv 4 commemoratus Π^1 6 theneso Σ thennenso T 9 anquirere Π^1: *at cf. XVIIII, 9, 2. Inst. VII, 11. X, 2, 4.* inquid ΠO interim] iteneri Π 10 haut ΣΠ aut O monastherio Σ 11 purgatis O 18 saltem ΣO 20 *nulla distinctio in T* sumto ΣO 22 panephysin Π^2: panepysin Π^1 paneyisin Σ phanephysin T panefisis O 23 inmo Σ (*passim*) condam O 25 cibus Π^1 26 conlabsis ΣΠ fere Σ: ferme ΠTOv *cf. XVII, 1* 27 optimas T illut ΣO (*passim*)

flumina in desertum: et exitus aquarum in sitim. terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in ea, secundum litteram de illa putent regione
2 praedictum. in his igitur locis multa in hunc modum oppida eminentioribus tumulis collocata fugatis habitatoribus suis eluuies illa uelut insulas fecit, quae desideratam secedentibus sanctis solitudinem praebent, in quibus tres senes, id est Chaeremon, Nesteros et Ioseph, anachoretae antiquissimi consistebant.

IIII. Itaque beatus Archebius primum nos perducere ad Chaeremonem maluit, quia et monasterio eius propior et duobus aliis prouectior esset aetate. nam cum centenarium uitae annum spiritu tantum alacer excessisset, ita dorsum eius temporis fuerat uetustate atque orationum iugitate curuatum, ut quasi in primaeuam redactus infantiam submissis
2 ac protentis terra tenus manibus progrederetur. huius igitur et uultum mirabilem et incessum pariter intuentes (siquidem defectis mortificatisque iam omnibus membris nequaquam censuram praeteritae districtionis amiserat) cum sermonem atque doctrinam suppliciter posceremus ac desiderium tantum spiritalium institutionum causam fuisse aduentus nostri protestaremur, grauiter ille suspirans: quid uobis, ait, possum conferre doctrinae, cui inbecillitas senectutis ut rigorem pristinum relaxauit, ita loquendi quoque ademit fiduciam?
3 quemadmodum enim docere praesumam quod ipse non facio, aut alium in eo instruam quod me iam uel minus uel tepidius exercere cognosco? ob quam rem nullum iuniorum mihi in hanc usque aetatem cohabitare permisi, ne exemplo meo

2 inhabitantium *TOv* 3 eam *O* putent] pute.ter *Π* 5 suis *om. ΠTOv* 6 desiderata *Σ* sedentibus *O* 8 ceremon *O* iosep *T* anachoritae *O* 10 III *T* archaebius *Σ* 11 malluit Π^1 monasth. *Σ* proprior *ΣO* 12 esset] es *Σ* 14 adque *O* 15 summissis *ΠO* 19 destrictionis *ΣΠO* 20 adque *O* suppliciar (?) *Σ in fin. uers.* 21 causa *Σ* 22 agit *O* 23 inbecillitas *Σ* 25 quemammodum *Σ* 28 hanc] ac Π^1 hac Π^2 *O* aetate *ΠO* quohabitare *O*

alterius districtio relaxetur. numquam enim erit efficax instituentis auctoritas, nisi eam effectu operis sui cordi adfixerit audientis.

V. Ad haec nos non mediocri confusione conpuncti ita respondimus: Licet sufficere nobis ad omnem instructionem debeat uel loci istius difficultas uel ipsa etiam solitaria adhuc uita, quam iuuentas quoque robusta uix tolerat, quae nos etiam te tacente satis abundeque instruunt atque conpungunt, rogamus tamen ut taciturnitate paululum praetermissa ea nobis potius dignanter infundas, per quae hanc quam uidemus in te uirtutem non tam imitatione conplecti quam admiratione possimus. nam etiamsi reuelatus tibi tepor noster inpetrare id quod expetimus non meretur, debet hoc saltim labor tanti itineris obtinere, quo huc de Bethleemitici coenobii rudimentis institutionis uestrae desiderio et profectus nostri amore properauimus.

VI. Tunc beatus CHAEREMON: Tria sunt, inquit, quae faciunt homines a uitiis temperare, id est aut metus gehennae siue praesentium legum aut spes atque desiderium regni caelorum aut affectus boni ipsius amorque uirtutum. nam timor ita mali contagium legitur exsecrari: timor domini odit malitiam. spes etiam uitiorum omnium excludit incursum: non enim delinquent omnes qui sperant in eum. amor quoque ruinam non metuit peccatorum, quia caritas numquam cadit, et iterum: caritas operit multitudinem peccatorum. et idcirco beatus apostolus 2 omnem salutis summam in istarum trium uirtutum consum-

21 Prov. 8, 13   23 Ps. 33, 23   25 I Cor. 13, 8   I Petr. 4, 8

1 destrictio ΠO   laxaretur ΠTOv   4 IIII T   6 athuc Σ (*passim*)   7 iuuentus ΠTv iubentus O   8 adque O   9 paulolum T   12 ammiratione Σ   13 hos Π[1]   14 saltem ΣΠO   optinere ΣT   blethemitici Σ   bethlem. O   15 choenobii Σ   cenobi O[1]   17 V T   inquid ΠTO   18 temperari T   19 legum aut] legorna ut Σ   20 boni] homini' Π   21 execrari ΠO   23 incursus O   25 cooperit O   26 iccirco Σ   apostulus Π[1]   27 istorum Σ

matione concludens nunc, inquit, manet fides, spes, caritas, tria haec. fides namque est quae futuri iudicii ac suppliciorum metu uitiorum facit contagia declinari, spes quae mentem nostram de praesentibus auocans uniuersas corporis uoluptates caelestium praemiorum expectatione contemnit, caritas quae nos ad amorem Christi et spiritalium uirtutum fructum mentis ardore succendens, quidquid illis contrarium est, toto facit odio detestari. quae tria licet ad unum finem tendere uideantur (prouocant enim nos a rebus inlicitis abstinere), magnis tamen excellentiae suae gradibus ab inuicem
3 disparantur. duo namque superiora proprie hominum sunt eorum qui ad profectum tendentes necdum affectum concepere uirtutum, tertium specialiter dei est et eorum qui in sese imaginem dei ac similitudinem receperunt. ille namque solus ea quae bona sunt nullo metu, nulla remunerationis gratia prouocante, sed solo bonitatis operatur affectu. omnia enim, ut ait Salomon, operatus est dominus propter semet ipsum. suae namque bonitatis obtentu omnem bonorum copiam dignis indignisque largitur, quia nec fatigari iniuriis potest nec iniquitatibus hominum passibiliter permoueri, semper scilicet manens perfecta bonitas inmutabilisque natura.

VII. Si quis igitur ad perfectionem tendit, de illo primo timoris gradu quem proprie diximus esse seruilem, de quo dicitur: cum omnia feceritis, dicite: quia serui inutiles sumus, ad altiorem spei tramitem gradu proficiente conscendet, qui iam non seruo, sed mercennario conparatur, quia mercedem retributionis expectat et quasi de peccatorum absolutione et poenali timore securus ac bonorum sibi operum conscius, licet placiti praemium uideatur expetere, tamen ad affectum illum filii, qui de paternae indulgentiae liberalitate

1 I Cor. 13, 13 16 Prov. 16, 4 24 Luc. 17, 10

1 inquid Π manent Π^{2}Τ*v* 2 et caritas O 3 declinare Τ 5 exsp. Π contempnit Π 6 karitas O 7 quidquit Σ quicquid Π^{2}ΤO illi O 8 testari Σ 11 separantur Π dispatrantur O 13 se Π 15 remunerationes Π^{1} 17 salamon Σ (*passim*) solomon Τ^{1} 18 suo O 20 commoueri Τ 22 VI Τ 23 timores Π^{1} 29 uidetur O

confidens omnia quae patris sunt sua esse non ambigit, per-
uenire non potuit. ad quem etiam ille prodigus, qui cum 2
substantia patris etiam filii nomen amiserat, adspirare non
audet dicens: iam non sum dignus uocari filius tuus:
post illas enim porcorum siliquas quarum ei satietas nega-
batur, id est uitiorum sordidos cibos, quia in semet ipsum
reuersus et salutari timore conpunctus inmunditiam porcorum
horrere iam coeperat ac dirae famis supplicia formidabat,
uelut iam seruus effectus etiam mercennarii statum de mercede
iam cogitans concupiscit ac dicit: quanti mercennarii
patris mei abundant panibus, et ego hic fame
pereo. reuertar ergo ad patrem meum et dicam
illi: pater, peccaui in caelum et coram te, iam
non sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut
unum de mercennariis tuis. sed istam humilis paeni- 3
tentiae uocem in occursum eius pater prosiliens maiore quam
emissa fuerat pietate suscepit eumque non contentus minora
concedere utroque gradu sine dilatione transcurso pristinae
filiorum restituit dignitati. festinandum proinde etiam nobis
est, ut ad tertium filiorum gradum, qui omnia quae patris
sunt sua esse credunt, per indissolubilem caritatis gratiam
conscendentes caelestis illius patris imaginem ac similitudinem
recipere mereamur et ad imitationem ueri illius filii procla-
mare possimus: omnia quae habet pater, mea sunt.
quod etiam de nobis beatus apostolus profitetur dicens: om- 4
nia uestra sunt, siue Paulus siue Apollo siue
Cephas, siue mundus siue uita siue mors, siue
praesentia siue futura: omnia uestra sunt. ad quam

4 Luc. 15, 19 10 l. c. 17—19 24 Ioh. 16, 15
25 I Cor. 3, 22

1 uenire *T* 4 *post* tuus *adduht* *ΠTOv*: fac me sicut unum de mercennariis tuis: *quae uerba hic minus quadrare, infra autem recte posita esse manifestum est* 5 seliquas *O* ei] et *Π* 6 id est umorum sordibus *Π* 8 horrore *O* tam *Π*[1] 10 quantum *Π*[1] 11 et *om.* *Π* 14 tuus] tus *O* 15 ista *Π* ad istam *T* patientiae *Π* 16 uoce *Π*[2] 18 dilectione *O* 20 qui] quia *Π*[1] 27 cefhas *Σ* cefas *Π* chefas *O* hic mundus *T* 28 omnia enim uestra *T* *Vulg.*

similitudinem etiam saluatoris praecepta nos prouocant: estote, inquit, uos perfecti, sicut et pater uester caelestis perfectus est. in illis enim nonnumquam solet interrumpi bonitatis affectus, cum aliquo uel tepore uel laetitia uel oblectatione uigor animi relaxatus aut metum ad
5 praesens gehennae aut desiderium subtrahit futurorum. et est quidem in illis gradus cuiusdam profectus inbuens nos, ut dum uel poenarum metu uel praemiorum spe incipimus uitia declinare, ad caritatis gradum transire possimus, quia timor, inquit, non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem: quoniam timor poenam habet, qui autem timet non est perfectus in caritate. nos ergo diligamus, quia deus prior
6 dilexit nos. non ergo aliter ad illam ueram perfectionem conscendere poterimus, nisi, quemadmodum nullius alterius nisi nostrae salutis gratia prior nos ille dilexit, ita eum nos quoque nullius alterius rei nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. quamobrem studendum nobis est, ut de hoc timore ad spem, de spe ad caritatem dei uel ipsarum uirtutum amorem perfecto mentis conscendamus ardore, ut transmigrantes in affectum boni ipsius inmobiliter, quantum humanae possibile est naturae, quod bonum est retentemus.

VIII. Multum namque differt inter eum qui metu gehennae uel spe retributionis futurae uitiorum in se extinguit incendia, et eum qui diuinae caritatis affectu ipsam malitiam et inmunditiam perhorrescit ac puritatis possidet bonum amore tantum ac desiderio castitatis, nec iam remunerationem futurae promissionis aspiciens, sed praesentis boni delectatus conscientia agit omnia non contemplatione poenarum, sed
2 delectatione uirtutum. hic namque status nec submotis

2 Mt. 5, 48 10 I Ioh. 4, 18—19

1 etiam similitudinem *ΥOr* 2 inquid *ΠΥ*[1] et uos *ΠΥOv* 6 geennae *O* 7 in *om. O* 10 inquid *ΠΥ*[1] 11 foris *O* 15 quemammodum *Σ* alterius rei nisi *O* 20 amore *Σ* ascendamus *Υ* 23 VII *Υ* 27 ac] et *Πc* 28 promissiones *Π*[1] bonis *Π*[1] 30 summotis *ΠO*

cunctorum hominum testimoniis abuti occasione peccati nec occultis cogitationum uiolari oblectationibus potest, dum affectum uirtutis ipsius medullitus retinens, quidquid illi contrarium est, non solum corde non recipit, uerum etiam summo detestatur horrore. aliud namque est praesenti bono quempiam delectatum odio habere uitiorum carnisue contagia, aliud futurae remunerationis intuitu inlicitas concupiscentias refrenare, aliudque est praesens metuere detrimentum et aliud futurum formidare supplicium. postremo multo maius est propter bonum ipsum a bono nolle discedere, quam propter metum mali malis non praebere consensum. in illo enim 3 uoluntarium bonum est, in isto uero uelut coactum et tamquam nolenti uiolenter extortum uel metu supplicii uel cupiditate praemiorum. nam qui timoris obtentu a uitiorum abstinet blandimentis, adempto timoris obstaculo rursum ad illud quod diligit reuertetur et ob id nec stabilitatem boni iugiter obtinebit, sed ne ab inpugnatione quidem aliquando requiescet, quia nec firmam ac perpetuam pacem castimoniae possidebit. ubi enim est inquietudo bellorum, non possunt 4 non etiam uulnerum interuenire discrimina. necesse est enim quempiam in conflictu situm, quamuis bellator sit ac fortiter dimicans letalia aduersariis uulnera frequenter infligat, nonnumquam tamen hostili mucrone perstringi. qui uero superata inpugnatione uitiorum pacis iam securitate perfruitur et transiit in ipsius uirtutis affectum, iugem statum illius boni cuius iam totus est retentabit, quia damno intimae castitatis nihil credit esse damnosius. nec enim carius ac pretiosius 5 quicquam praesenti iudicat puritate, cui poena grauis est uel uirtutum perniciosa transgressio uel ipsius uitii uirulenta contagio. huic, inquam, nec reuerentia humanae praesentiae

1 occansione *Π* 2 oculis *Σ* 3 quidquit *Σ* (*passim*) quicquid *TO* 5 aliut *O* 7 aliut *O*, *item infra* 9 iudicium *O* multum *Π* 12 uelud *T*[1] 15 ademto *ΣO* 16 reuertitur *Π* 17 opt. *Σ* ne] nec *Π* 18 requiescit *Π* castimoniam *Π* 19 possedebit *Π*[1] 21 positum *TO* 22 aduersarius *Π*[1] 23 prestringi *O* 25 transiet *O* 27 ac] aut *T* 28 quiquam *O* puritatem *Σ* 29 pernit. *Π*

quicquam adiciet honestatis nec minuet solitudo, sed ubique secum semperque circumferens arbitram non solum actuum, sed etiam cogitationum suarum conscientiam illi potissimum studere contendet, quam nec circumueniri nec falli nec subterfugere se posse cognoscit.

VIIII. Quem statum si quis de adiutorio dei, non de studii sui labore praesumens meruerit possidere, de condicione seruili, in qua timor est, et mercennaria spei cupiditate, in qua non tam bonitas largientis quam praemium retributionis expetitur, in adoptionem incipiet transire filiorum, ubi iam non timor, non cupiditas, sed illa caritas quae numquam cadit iugiter perseuerat. de quo timore et caritate quosdam increpans dominus quid cui personae conueniret ostendit: filius honorat patrem, et seruus dominum suum timet: et si pater ego sum, ubi est honor meus: et si
2 dominus ego sum, ubi est timor meus? necesse est enim timere eum qui seruus est, quia si sciens uoluntatem domini sui fecerit digna plagis, uapulabit multis. per hanc itaque caritatem quisque ad imaginem dei similitudinemque peruenerit, bono iam propter boni ipsius delectabitur uoluptatem, ac similem quodammodo possidens patientiae ac lenitatis affectum nullis deinceps peccantium uitiis irascetur, sed ueniam potius infirmitatibus eorum condolens atque conpatiens inplorabit, seque reminiscens tamdiu similium passionum stimulis inpugnatum, donec miseratione domini saluaretur, nec suo eruditum studio ab inpugnatione carnali, sed dei protectione saluatum, non iracundiam, sed misericordiam errantibus intelleget inpendendam, illum uersiculum ad deum

11 cf. I Cor. 13, 8   13 Mal. 1, 6 (LXX)   17 Luc. 12, 47

1 minus Π^1 2 semper *O*   4 contendit *Πv*   quem *ΤOv* nec *post* quam *om.* *Π*   5 cognoscet *Π*   6 VIII *Τ*   7 condit. *ΠΤ*   8 quā *Π*   13 filius inquit *Τ*   14 dñs *Σ*   timet *om.* *ΠΤO*: *cf. cap. 13, 4*   15 et *post* meus *om.* *Σ*   17 si *om.* *Π*   18 sui non *ΠΤ* sui et *O*   multis] paucis *O*   20 bono] bona *Π*   21 uoluptate *Π* uoluntatem *Τ*   simile *Σ*   quodamodo *O*   28 dominum *Τ*

cum omni cordis tranquillitate decantans: tu disrupisti
uincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, et:
nisi quia dominus adiuuit me: paulo minus habita-
uerat in inferno anima mea. et in hac mentis humili- 3
tate consistens poterit etiam euangelicum illud perfectionis
explere mandatum: diligite inimicos uestros, bene
facite his qui oderunt uos, et orate pro perse-
quentibus et calumniantibus uos. et ita ad illud prae-
mium quod subiungitur merebimur peruenire, per quod non
solum imaginem dei et similitudinem praeferamus, uerum
etiam filii nuncupemur: ut sitis, inquit, filii patris uestri
qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super
bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos.
quem affectum beatus Iohannes adsecutum se esse cognoscens
ait: ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut
ille est et nos sumus in hoc mundo. in quo enim in- 4
firma et fragilis humana natura esse, sicut ille est, potest,
nisi si in bonos et malos, iustos et iniustos ad imitationem
dei placidam semper sui cordis extenderit caritatem, et ut
bonum propter boni ipsius operetur affectum, perueniens ad
illam ueram adoptionem filiorum dei, de qua idem beatus
apostolus ita pronuntiat: omnis qui natus est ex deo
peccatum non facit, quia semen ipsius in eo est,
et non potest peccare, quoniam ex deo natus est,
et iterum: scimus quoniam omnis qui natus est ex
deo non peccat, sed generatio dei conseruat eum,
et malignus non tangit eum? quod intellegendum est 5

1 Ps. 115, 16—17 3 Ps. 93, 17 6 Mt. 5, 44 11 l. c.
45 15 I Ioh. 4, 17 22 l. c. 3, 9 25 l. c. 5, 18

1 tranquilitate decantatus Π 2 hostiam] sacrificium *O* 6 inimicus Π^1 8 uobis *T* 9 subiungiter Π merebimur ΣO: mirebitur Π^1 merebitur $\Pi^2 T$ 11 noncup. Π^1 inquid Π 12 quia Π^1 (*ante* solem) 13 bonus et malus Π^1 malos et bonos *O* 14 iohannis Π^1 ihoannes adsequtum *O* 15 diem *O* 17 est *eras. in O* 18 si *om.* *TO* bonos it Σ malus iustus et iniustus $\Sigma\Pi^1$ 19 placitam *O* extendit *O* 22 ita *om.* *O* 24 quoniam] quia *T*

non de omni genere peccatorum, sed de capitalibus tantum criminibus dici. a quibus se quisquis extrahere atque emundare noluerit, pro illo in alio loco praedictus apostolus ne orari quidem debere pronuntiat qui scit, inquiens, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, et dabit ei uitam, peccantibus non ad mortem. est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget. ceterum de illis quae pronuntiantur non esse ad mortem, a quibus etiam hi qui fideliter Christo deseruiunt, quantalibet semet ipsos circumspectione custodiant, inmunes esse non possunt, ita dicitur: si diximus quia peccatum non habemus, ipsi nos decipimus et ueritas in nobis non est, et iterum: si dixerimus quia non peccauimus, mendacem facimus eum et uerbum eius non est in nobis. inpossibile namque est quemlibet sanctorum non in istis minutiis, quae per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per necessitatem, per uoluntatem, per obreptionem admittuntur, incurrere. quae licet ab illo peccato quod ad mortem esse dicitur aliena sint, culpa tamen ac reprehensione carere non possunt.

X. Cum ergo quis hunc quem praediximus bonitatis affectum et imitationem dei fuerit adsecutus, tunc uisceribus dominicae longanimitatis indutus pro persecutoribus quoque suis orabit similiter dicens: pater, ignosce eis: non enim sciunt quid faciunt. ceterum euidens indicium est animae necdum uitiorum faecibus eliquatae in criminibus alienis non affectu

4 l. c. 16 11 l. c. 1, 8 13 l. c. 10 24 Luc. 23, 34

4 orare *Π* deberi *Σ* 5 petat pro eo *O* 6 dabitur ei uita. *Π*, *et ita Τ a m. 2* uitam deus sed *O* peccanti *Π*¹*ΤOv* 7 rogent *Τ* 9 hii *ΣΠΤ*¹*O* 10 ipso *O* 11 quoniam *ΠΤOv* 12 decipimus *Σ*: seducimus *ΠΤOv* 13 quoniam *Τ Vulg.* peccabimus *O* 14 faciemus *Τ* deum *O* 16 in *om.* *Σ* minutis (s *in ras.*) *Π et Ov* 17 per non uolumtatem *O* per uol. per obrept.] per obreptionem per somnum *Τ* 19 alienati sint *O* culpam *O* 20 reprehensionem *O* 21 VIIII *Τ* Quum *O* 22 ex imitatione *Τ* adsequutus *ΤO* 23 persequutoribus *O* orauit *Σ* 26 fecibus *ΠΤO*

misericordiae condolere, sed rigidam iudicantis tenere censuram. nam quemadmodum perfectionem cordis poterit obtinere is, qui non habet illud quo apostolus plenitudinem legis consummari posse signauit alterutrum, inquiens, onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi; sed nec illam uirtutem possidet caritatis, quae non inritatur, non inflatur, non cogitat malum, quae omnia suffert, omnia sustinet? iustus enim miseretur animas pecorum suorum: uiscera autem inpiorum sine misericordia. ideoque isdem uitiis monachum subiacere certissimum est, quae in alio inclementi atque inhumana seueritate condemnat. rex enim rigidus incurret in mala, et qui obturat aures suas ne audiat infirmum, et ipse inuocabit, et non erit qui exaudiat eum.

XI. GERMANVS: Potenter quidem atque magnifice de perfecta dei caritate dissertum est. uerumtamen illud nos permouet, quod, cum eam tanta laude praetuleris, timorem dei et spem retributionis aeternae inperfecta esse dixisti, cum utique multo aliud uideatur de eis propheta sensisse dicens: timete dominum omnes sancti eius: quia nihil deest timentibus eum, et iterum in obseruandis iustificationibus dei retributionis se contemplatione fateatur exercitum inclinaui, inquiens, cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem. et apostolus fide, inquit, Moyses grandis factus ne-

4 Gal. 6, 2   6 I Cor. 13, 4—7   8 Prov. 12, 10 (LXX)   12 Prov. 13, 17 (LXX)   13 Prov. 21, 13 (LXX)   21 Ps. 33, 10   24 Ps. 118, 112   26 Hebr. 11, 24—26

2 quemammodum *Σ*   opt. *Σ*   his *ΣΠ'O*   3 quod *Πv* illut quoque quod *O*   consummare *Πv*   5 in (im-) plebitis *Π ΥO*: *cf. XVI, 23*   7 quae *om. Σ*: *cf. III, 7, 11*   8 autem miseratur *Υ*   9 peccatorum *Υ*   10 sunt *post* misericordia *add. Υ*   hisdem *ΠO*   monacum *O*   11 adque *O*   12 incurrit *Π* incidet *Υ*   13 obdurat *Υ*   14 inuocauit *Σ*   16 X *Υ*   20 aliut *O*   21 quoniam *ΥO*   23 fatetur *Υ*   exercitatum *Π'v*   26 inquid *O*

gauit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens adfligi cum populo dei quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias aestimans thesauris Aegyptiorum inproperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem. quomodo ergo inperfecta esse credenda sunt, cum et beatus Dauid retributionis obtentu iustificationes domini se fecisse glorietur, et legislator praemia futura prospiciens spreuisse adoptionem regiae dignitatis et adflictionem dirissimam thesauris Aegyptiorum praetulisse dicatur?

XII. CHAEREMON: Pro statu atque mensura uniuscuiusque mentis scriptura diuina ad diuersos perfectionum gradus arbitrii nostri prouocat libertatem. nec enim poterat uniformis omnibus perfectionis corona proponi, quia nec omnium una uirtus aut uoluntas aut feruor est, et idcirco ipsarum quodammodo perfectionum diuersos ordines diuersasque men-
2 suras sermo diuinus instituit. quod ita esse euangelicarum quoque beatitudinum uarietas euidenter ostendit. licet enim beati dicantur quorum sunt regna caelorum, et beati qui possidebunt terram, et beati qui consolationem recipient, et beati qui saturitate potientur, tamen multum credimus interesse inter habitationem regni caelorum et possessionem illius quaecumque est terrae, et inter perceptionem consolationis et plenitudinem saturitatemque iustitiae, multumque distare inter illos qui misericordiam consequentur et illos qui glori-
3 osissima uisione dei perfrui merebuntur. alia enim gloria solis, et alia gloria lunae, et alia gloria stellarum: stella enim a stella differt in gloria. ita

19 cf. Mt. 5, 3 sqq. 26 I Cor. 15, 41—42

1 faraonis ΠO 3 ioc. Π 4 existimans ΠΤO thensauris Π 6 sunt] est Πv 11 XI Τ ceremon O 12 perfectionis Τ 14 omnium] omnibus ΤO 16 quodamodo O diuersas origines Τ 20 consulationem Π 21 saturitatem O 25 gloriosissimam uisionem O 27 gloriae lunae Σ lune alia gloria Τ 28 ab ΠO stilla Π^1 in gloriam Τ

et resurrectio mortuorum. cum igitur iuxta hunc mo-
dum scriptura diuina timentes deum laudet et dicat: beati
omnes, qui timent dominum, et plenam per hoc illis
beatitudinem repromittat, iterum tamen dicit: timor non
est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit
timorem: quoniam timor poenam habet, qui autem
timet non est perfectus in caritate. et rursus, cum 4
seruire deo gloriosum sit et dicatur: seruite domino in
timore, et: magnum tibi est uocari seruum meum,
et: beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus
suus inueniet sic facientem, tamen ad apostolos dicitur:
iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid
faciat dominus suus: uos autem dico amicos, quia
omnia quaecumque audiui a patre nota feci uobis,
et iterum: uos amici mei estis, si feceritis ea quae
praecipio uobis. uidetis ergo perfectionum gradus esse di- 5
uersos et de excelsis ad excelsiora nos a domino prouocari ita,
ut is qui in timore dei beatus et perfectus extiterit, ambulans
sicut scriptum est de uirtute in uirtutem et de perfectione
ad aliam perfectionem, id est de timore ad spem mentis
alacritate conscendens, ad beatiorem denuo statum, quod est
caritas, inuitetur, et qui fuerit fidelis seruus ac prudens,
ad amicitiae sodalitatem et adoptionem transeat filiorum. se- 6
cundum hunc ergo sensum nostra quoque est intellegenda
sententia: non quo contemplationem perpetuae illius poenae
uel beatissimae retributionis quae repromittitur sanctis nullius
pronuntiemus esse momenti, sed quia, cum sint utiles et

2 Ps. 127, 1 4 I Ioh. 4, 18 8 Ps. 2, 11 9 Esai. 49, 6 (LXX) 10 Mt. 24, 46 12 Ioh. 15, 14—15 15 l. c. 13 19 Ps. 83, 8 22 Mt. 24, 45 23 cf. Gal. 4, 5

1 *post* mortuorum *in T cap. 12 incipit* 4 non est timor *T* 7 rursū *O* 11 inuenerit *TOv* uigilantem et sic fac. *T* apustolus *Π*[1] 12 uos *om.* *O* 13 suus] eius *T* 14 patre meo nota *TO* 15 quae ego *O* 16 praecepi *T* 18 his *Π*[1]*O* extiterat *Π* exstiterit *T* 19 scribtum *O* uirtutibus *O* 24 ergo *om.* *T* 25 contemplatione *O* 26 promittitur *O*

sectatores suos ad initia beatitudinis introducant, caritas rursum, in qua plenior fiducia perpetuumque iam gaudium est, adsumens eos de timore seruili et mercennaria spe ad dilectionem dei et adoptionem transferet filiorum et quodammodo perfectiores faciet de perfectis. multae enim ait saluator mansiones sunt apud patrem meum, et licet omnia astra esse uideantur in caelo, inter claritatem tamen solis et lunae atque luciferi ceterarumque stellarum multa distantia
7 est. et idcirco beatus apostolus non solum timori ac spei, sed etiam cunctis charismatibus, quae magna ac mirifica habentur, eam praeferens supra modum excellentiorem omnibus uiam caritatis ostendit. nam cum uellet expleto omni catalogo spiritalium charismatum uirtutum eius membra describere, ita praefatus est: et adhuc supra modum excellentiorem uobis uiam demonstro. si linguis hominum loquar et angelorum, et si habuero prophetiam et nouerim mysteria omnia et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil
8 mihi prodest. uidetis ergo nihil pretiosius, nihil perfectius nihilque sublimius et ut ita dixerim nihil caritate perennius inueniri. siue enim prophetiae, euacuabuntur: siue linguae, cessabunt: siue scientia, destruetur. caritas autem numquam excidet, sine qua non solum illa praecellentissima charismatum genera, sed etiam martyrii ipsius gloria euacuatur.

5 Ioh. 14, 2 7 cf. I Cor. 15, 41 14 I Cor. 12, 31. 13, 1—3 24 l. c. 13, 8

1 spectatores Π karitas O rursus O 2 iam *om.* Σ 3 delectationem Υ 4 transferat Υ quodamodo O 5 faciat O 6 aput ΣO 8 luna adque O stillarum Π¹ 9 iccirco Σ 13 catalago O carism. ΣO 15 uiam uobis ΥO, *ut est* XV, 2, 2 16 prof. Π 17 mist. O 19 cibus Π¹ 22 prodeest O 24 inueneri Π¹ prof. ΠO 25 distr. Π¹ 26 excedet Π² excidit Υ¹ 27 carism. O martirii O 28 uacuatur ΠΥυ

XIII. Quisquis igitur huius fuerit caritatis perfectione fundatus, necesse est ut ad illum sublimiorem caritatis timorem gradu excellentiore conscendat, quem non poenarum terror nec cupido praemiorum, sed amoris generat magnitudo, quo uel filius indulgentissimum patrem uel frater fratrem uel amicum amicus uel coniugem coniunx sollicito reueretur affectu, dum eius non uerbera neque conuicia, sed uel tenuem amoris formidat offensam atque in omnibus non solum actibus, uerum etiam uerbis adtonita semper pietate distenditur, ne erga se quantulumcumque feruor dilectionis illius intepescat. cuius timoris magnificentiam unus prophetarum eleganter 2 expressit diuitiae, inquiens, salutis sapientia et scientia: timor domini ipse thesaurus eius. non potuit timoris istius dignitatem ac meritum magis euidenter exprimere, quam ut diuitias salutis nostrae, quae in uera sapientia dei scientiaque consistunt, diceret nisi a timore domini non posse seruari. ad hunc igitur metum non peccatores, sed sancti propheticis inuitantur eloquiis dicente psalmographo: timete dominum omnes sancti eius: quia nihil deest timentibus eum. qui enim hoc timore dominum 3 metuit, perfectioni eius certum est nihil deesse. nam de illo timore poenali euidenter Iohannes apostolus dicit: qui timet non est perfectus in caritate, quia timor poenam habet. multa ergo distantia est inter istum timorem cui nihil deest, qui sapientiae scientiaeque thesaurus est, et illum inperfectum, qui principium sapientiae nuncupatur quique poenam in sese continens de perfectorum cordibus superueniente plenitudine caritatis extruditur. timor enim non

12 Esai. 33, 6 19 Ps. 33, 10 22 I Ioh. 4, 18 26 Ps. 110, 10 28 I Ioh. 4, 18

1 *nulla distinctio in T* in huius *ΠTOv* 5 quod *O* fratrem frater *ΠTv* 6 amicus amicum *O* coniux *TO* reuerentur *O* 7 conuicia *O* 8 adque *O* 9 uerbis *om. T* 11 prof. *Π* 14 ipsius *O* expremere *Π*1 16 dei et stientiaque (que *del. m. 2*) *Π* domini] dei *Σ* 18 prof. *Π* psalmografo *ΣO* 22 iohannis *Π* 24 iustum *Σ* 25 sapientia scientiaque *O* 27 se *O*

est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit
4 timorem. et re uera si principium sapientiae in timore
consistit, quae erit eius nisi in Christi caritate perfectio,
quae illum in sese perfectae dilectionis continens metum non
iam principium, sed thesaurus sapientiae et scientiae nuncu-
patur? et idcirco duplex timoris est gradus. unus incipientium,
id est eorum qui adhuc sub iugo et terrore seruili sunt, de
quo dicitur: et seruus dominum suum timebit, et in
euangelio: iam non dico uos seruos, quia seruus
5 nescit quid faciat dominus suus. et ideo seruus,
inquit, non manet in domo in aeternum, filius
manet in aeternum. inbuit enim nos ut ab illo poenali
metu ad caritatis plenissimam libertatem et amicorum filio-
rumque dei fiduciam transeamus. denique beatus apostolus,
qui seruilem illum timoris gradum olim caritatis dominicae
uirtute transcenderat, inferiora despiciens maioribus se ditatum
bonis a domino profitetur. non enim, inquit, dedit nobis
deus spiritum timoris, sed uirtutis et dilectionis
6 et sobrietatis. eos etiam, qui perfecta caelestis illius
patris dilectione flagrabant quosque ex seruis filios adoptio
diuina iam fecerat, hoc adhortatur eloquio: non enim ac-
cepistis spiritum seruitutis iterum in timore,
sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clama-
mus Abba pater. de hoc etiam metu, cum illum septi-
formem spiritum propheta describeret, quem in homine illo
dominico secundum incarnationis dispensationem descendisse

8 Mal. 1, 6 (LXX) 9 Ioh. 15, 14 10 l. c. 8, 35
17 II Tim. 1, 7 21 Rom. 8, 15

1 foris *O* 4 in se semper perfectae *O* 5 thessaurus *Π* tesaurus *O* noncup. Π^{1} 7 est sub *O* sunt *om.* *O* 9 dicam *O* uos seruus Π^{1} 10 faciet *O* suus] eius *T* 11 inquid *ΠO* 13 filiorum *O* 14 fiducia *Σ* apostulus Π^{1} 16 trascend. *O* disp. *Π* 17 donis *T* inquid $T^{1}O$ 19 subr. Π^{1} 20 dilectionis *Π* fraglabant *O* 21 adhurt. Π^{1} adort. *O* accipistis *O* 23 adopt. filiorum *Tv* 24 illam (illa *O*) septiformem spiritus sancti gratiam *ΠTOv* 25 profeta *O* quam T^{2} 26 incarnationes Π^{1} discendisse ΠT^{1}

non dubium est, dixissetque: et requiescet super eum
spiritus domini: spiritus sapientiae, et intellec-
tus, spiritus consilii, et fortitudinis, spiritus
scientiae, et pietatis, nouissime uelut quiddam praeci-
puum intulit dicens: et replebit eum spiritus timoris
domini. in quo primitus illud est diligentius intuendum, 7
quod non dixerit 'et requiescet super eum spiritus timoris
domini', sicut de illis prioribus dixerat, sed replebit, inquit,
eum spiritus timoris domini. tanta enim ubertatis eius
est magnitudo, ut, quem semel sua uirtute possederit, non
partem, sed totam eius occupet mentem. nec inmerito. illi
etenim quae numquam excidet cohaerens caritati non solum
replet, sed etiam perpetua et inseparabili eum quem ceperit
possidet iugitate, nullis laetitiae temporalis uel uoluptatum
oblectationibus inminutus: quod nonnumquam illi qui foras
mittitur timori euenire consueuit. hic est igitur perfectionis 8
timor, quo homo ille dominicus, qui non solum redimere
humanum genus, sed etiam praebere uenerat perfectionis
formam atque exempla uirtutum, repletus fuisse narratur.
illum enim seruilem suppliciorum timorem uerus dei filius,
qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in
ore eius, habere non potuit.

XIIII. GERMANVS: Quia de perfectione caritatis sermo digestus est, uolumus etiam de castitatis fine aliqua liberius sciscitari. non enim ambigimus illud praecelsum fastigium caritatis, per quam, sicut huc usque dissertum est, ad imaginem dei similitudinemque conscenditur, sine castitatis perfectione

1 Esai. 11, 2 5 l. c. 3 12 I Cor. 13, 8 15 cf. I Ioh. 4, 18 21 I Pet. 2, 22

1 dixitsetque Σ 4 uelud T 5 repleuit ΣO spū O 8 dei O repleuit Σ inquid T: *om. Π, in quo est ras. 2 litt.* 9 spū O eius est ubertatis O 12 quoherens O caritate Π^1 13 coeperit ΠT 14 nullus Σ nullius T 15 foris O 17 quo] quod O 19 adquę O 20 supplicii O 23 XIIII T quoniam ΠTO: *cf. VIII, 20. XVIIII, 7* 24 degestus Π^1 25 exciscitari Σ illū O 26 desertum Π^1

subsistere omnino non posse: sed utrum ita eius possit perpetuitas obtineri, ut numquam libidinis titillatio integritatem nostri cordis infestet, et ita ualeamus ab hac passione carnali in carne degentes peregrinari, ut numquam incentiuorum aestibus aduramur, uolumus edoceri.

XV. CHAEREMON: Summae quidem beatitudinis ac singularis est meriti ita istum per quem domino cohaeremus affectum uel discere iugiter uel docere, ut meditatio eius secundum psalmographi sententiam omnes uitae nostrae dies noctesque consumat et mentem nostram insatiabiliter esurientem sitientemque iustitiam caelestis huius cibi perpetua ruminatione sustentet. sed consulendum est etiam iumento corporis nostri secundum benignissimam saluatoris nostri prouidentiam, ne deficiat in uia: spiritus enim promptus, caro autem infirma. quae etiam nunc uel exigui cibi perceptione curanda est, ut post refectionem eius etiam ad ea quae desideratis diligentius indaganda mentis quoque addatur intentio.

9 cf. Ps. 1, 2 13 cf. Mt. 15, 32 14 Mt. 26, 41

2 opt. Σ nonquam Π^1 integritate Π 3 ab] ad Π^1 infestatione Υ 6 XIIII Υ ac *om.* Π 9 psalmografhi Σ psalmografi O 10 consumet O 14 deficiant in uiam O enim] quidem O promtus ΣO 17 Explicit conlatio (conl. *om.* Σ: conl. prima O) abbatis chaeremonis de perfectione $\Sigma\Pi\Upsilon O$ (deo gratias *add.* O) Incipit eiusdem (senis *add.* O) secunda de castitate. Capitula (conlationis secundae abbatis *add.* Π) chaeremonis de castitate $\Sigma\Pi$ Incipit capitula conlationis eiusdem de castitate Υ Incipit capitulatio O

XII.

CONLATIO ABBATIS CHAEREMONIS SECVNDA.

DE CASTITATE.

CAPITVLA.

6 de castitate *om.* *O* 7 et de *O* 9 optin. *ΣΤ* 11 de *ante* incentiuorum *om.* *Π* 12 generantur *ΠΟ* 14 differentiis *Π*¹ 15 castitatis effectibus inexpertes *O* 18 possumus *O* 19 accedens *T* carnes *Π*¹ 20 non *om.* *Π* 21 interest *O*

XII. De mirabilibus quae peculiariter in suis sanctis dominus operatur.
XIII. Quod soli qui experiuntur agnoscant dulcedinem castitatis.
XIIII. Interrogatio de continentiae qualitate et temporis modo, in quo castitas perfici possit.
XV. Responsio, intra quod tempus possibilitas castitatis possit agnosci.
XVI. De fine ac remedio castitatis.

I. Refectione transacta, quae doctrinae cibum desiderantibus nobis onerosa magis uisa est quam iucunda, cum ilico nos promissi sermonis debitum senex expectare sensisset, grata, inquit, est mihi non solum adtonita ad discendum uestrae mentis intentio, sed etiam disciplina propositae quaestionis. rationabilis enim re uera interrogationis a uobis ordo seruatus est. necesse est enim ut tam excelsae plenitudinem caritatis inmensa illa perfectae atque perpetuae castimoniae praemia consequantur parque sit gaudium in tanta parilitate pal-
2 marum. tanta enim sibi societate foederantur, ut una absque altera nequeat possideri. hoc igitur propositio uestra conplexa est, ut utrum ignis ille concupiscentiae, cuius haec caro uelut insitum sentit ardorem, ad plenum possit extingui, disputatione simili panderemus. de quo primum quid beatus apostolus

1 in *et* 2 dominus *om.* *O* 2 deus *Σ*: *cf. cap. 12, 1* 3 agnoscere *Υ* dulcidinem *Π*[1] 9 Finiunt capitula abbatis chaeremonis de castitate *Σ* Fiunt (*sic*) capitula de castitate *Π* Expliciunt capitula *Υ* Finit capitulatio CNLT XIIIA *O* Incipit (*om.* *Σ*) conlatio (eiusdem *add.* *Υ*) abbatis chaeremonis de castitate *ΣΥ*: *om.* *ΠO* 11 iocunda *ΠΥ* 12 promissis *Π*[1]*O* sermonibus *O* gratia *Π*[1] 13 inquid *O* 16 excelsā *Π* 17 inmensae *Π* 18 perque *O* 20 nequeant *Υ* hoc .... est ut *om.* *O* 21 ut *om.* *Σ* uelud *Υ*[1]

senserit diligentius inquiramus. mortificate, inquit, mem-
bra uestra quae sunt super terram. prius ergo quam
cetera perscrutemur, quae ista sint membra quae mortificari
praeceperit indagemus. neque enim beatus apostolus ad abs- 3
cisionem manuum aut pedum aut genitalium inmiti nos
praeceptione conpellit, sed corpus peccati, quod utique constat
ex membris, quantocius destrui zelo perfectae desiderat sancti-
tatis. de quo corpore alibi ut destruatur, inquit, corpus
peccati, et quae sit eius destructio consequenter exponit:
ut iam, inquit, non seruiamus peccato. a quo etiam se
liberari cum heiulatu postulat dicens: infelix ego homo:
quis me liberabit de corpore mortis huius?

II. Hoc itaque peccati corpus multis uitiorum membris
probatur extructum, et ad eius adtinet portionem, quidquid
uel facto uel dicto uel cogitatione peccatur. cuius membra
rectissime super terram esse dicuntur. non enim possunt hi
qui eorum utuntur ministerio ueridice profiteri: nostra
autem conuersatio in caelis est. huius igitur corporis
in hoc loco apostolus membra describens mortificate, inquit,
membra uestra quae sunt super terram, fornicati-
onem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam
malam et auaritiam, quae est simulacrorum ser-
uitus. primo itaque loco fornicationem credidit inferendam, 2
quae carnali conmixtione perficitur. secundum etiam membrum
inmunditiam nuncupauit, quae nonnumquam absque ullo muli-
eris tactu uel dormientibus uel uigilantibus per incuriam

1 Col. 3, 5 8 Rom. 6, 6 10 l. c. 11 l. c. 7, 24
17 Phil. 3, 20 19 Col. 3, 5

1 senserit *om.* Π inquid O 2 terra O *post* terram *in* T *cap. 2 incipit* 3 sunt O mortificare O 5 inmitti Σ inmitis O 7 dextrui O castitatis O 8 et alibi T dextruatur O inquid Π 10 inquid Π non inquit O 11 heiulatŏ Π: eiulatu ΣTO 13 *non distinguit* T 14 exstructum T quicquid ΠTO 16 hii ΣΠ²T¹O 17 ueredicere Π confiteri O 18 autem *om.* O *ante* huius *in* O *cap. 3 incipit* 19 apostulus Π¹ 22 cultus ac seruitus T 26 attactu T

incircumspectae mentis obrepit et ideo notatur ac prohibetur
in lege, quae inmundos quosque non solum sacrarum carnium
participatione priuauit, uerum etiam, ne contactu suo sancta
polluerent, a castrorum iussit congregatione secerni dicens:
anima quaecumque comederit de carnibus sacrificii salutaris quod est domini, in qua est inmunditia, peribit coram domino, et quidquid tetigerit
3 inmundus, inmundum erit. in Deuteronomio quoque:
si fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus
est somnio, egredietur extra castra, et non reuertetur, priusquam ad uesperam lauetur aqua: et
post solis occasum regredietur in castra. deinde
tertium peccati membrum libidinem ponit, quae in recessibus
animae coalescens accidere cuipiam etiam sine passione corporis potest. libidinem enim ab eo quod libeat dictam esse
4 non dubium est. post haec de maioribus peccatis ad minora
descendens quartum intulit membrum concupiscentiam malam,
quae non solum ad praedictam inpudicitiae passionem, uerum
etiam ad omnes noxias cupiditates generaliter referri potest,
quae corruptae tantummodo uoluntatis est aegritudo. de quo
dominus in euangelio: qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde
suo. multo enim maius est etiam tunc mentis lubricae desiderium continere, cum ei inlecebrosi aspectus offertur occasio.
5 quibus manifestissime conprobatur ad perfectionem puritatis
castimoniam continentiae corporalis solam non posse sufficere,
nisi etiam mentis addatur integritas. post quae omnia nouis-

5 Lev. 7, 20 (LXX) 7 Num. 19, 22 9 Deut. 23, 10—11
21 Mt. 5, 28

1 obrepiat Π 2 inmundus Π^1 sacrorum Π 3 priuabit ΣO 7 quicquid $\Pi T O$ 8 inmundus *om.* T deuther. Σ 9 pullutus Π 13 quae inrecessabili animae Π 14 accedere Π^1 accendere copiam O 17 discendens Π^1 19 referre O 20 corrupta et Σ uoluntatis est aegritudo *om.* Π 21 uiderit inquit O 22 mecatus O 23 *post* suo *in* T *cap. tertium incipit* magis O 27 nisi ΣO: nisi ei $\Pi T v$

simum corporis illius membrum et auaritiam, inquit, procul dubio ostendens non solum ab adpetitu rerum alienarum animum continendum, uerum etiam propria magnanimiter contemnenda. hoc enim et in Actibus apostolorum fecisse legitur credentium multitudo, de qua dicitur: multitudinis autem credentium erat cor et anima una, nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia conmunia. quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, uendentes adferebant pretia eorum quae uendebant et ponebant ante pedes apostolorum: diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. et 6
ne ad paucos pertinere uideretur ista perfectio, auaritiam simulacrorum seruitutem esse testatus est. nec inmerito. quisquis enim non conmunicat necessitatibus egenorum et pecuniae suae, quam infideli tenacitate conseruat, Christi praecepta postponit, idololatriae crimen incurrit, amorem scilicet materiae mundialis diuinae praeferens caritati.

III. Si ergo multos ita pro Christo suas uidemus abiecisse substantias, ut non solum possessionem pecuniarum, uerum etiam desiderium de cordibus eorum in perpetuum probemus abscisum, consequens est ut eodem modo etiam fornicationis ardorem extingui posse credamus. neque enim rem inpossibilem apostolus cum possibili coniunxisset, sed utraque sciens esse possibilia pari modo mortificanda decreuit. et in tantum 2
beatus apostolus fornicationem siue inmunditiam de nostris membris extirpari posse confidit, ut non solum mortificari

5 Act. 4, 32 et 34—35 14 cf. Col. 3, 5 26 l. c.

1 illius corporis *O* 2 ab *om.* *O* 6 quicquam *O* 7 possidebant *T* aliquit *O* 8 dicebant T^1 erat *O* quodquot *Σ* 9 possessorum *Σ* 10 pretia ... uendebant *om.* *O* 11 diuidebantur *O* 14 seruitutem simulacr. *O* 16 praecepto *O* 17 idolatriae *ΠΥO* 18 praefere $Π^1$ praeferent $Π^2$ 19 *non distinguunt* *TO* 20 possessionum *O* 22 absciscum *O* 24 utramque $Π^2O$ 25 possibili $Π^1$ possibilē $Π^2O$ 27 exstirp. *ΠT* mortificare *T*

ea, sed ne nominari quidem in nobis debere pronuntiet fornicatio, inquiens, et omnis inmunditia aut auaritia nec nominetur in uobis, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas, quae ad rem non pertinent. quae etiam pari modo perniciosa esse et aequali
3 nos a regno dei exclusione depellere edocet dicens: illud autem scitote, quod omnis fornicator aut inmundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi et dei, et iterum: nolite errare: neque fornicarii neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. dubium proinde esse non debet fornicationis et inmunditiae de membris nostris aboleri posse contagium, quandoquidem non aliter ea quam auaritiam, stultiloquium, scurrilitatem, ebrietatem ac furta, quorum facilis amputatio est, mandauerit abscidenda.

IIII. Certos tamen esse nos conuenit, quod, licet omnem continentiae districtionem, famem scilicet ac sitem, uigilias quoque et operis iugitatem atque incessabile subeamus studium lectionis, perpetuam tamen castimoniae puritatem horum laborum merito contingere nequeamus, nisi in his iugiter desudantes experientiae magisterio doceamur incorruptionem
2 eius diuinae gratiae largitate concedi. ob hoc sane solummodo se unusquisque infatigabiliter in his exercitiis perdurare debere cognoscat, ut per illorum adflictionem misericordiam domini consecutus de inpugnatione carnis ac dominatione prae-

2 Eph. 5, 3—4 6 l. c. 5 10 I Cor. 6, 9—10

1 eā *Π* 2 inm. omnis *T* 4 scurilitas *Π* pertinet *Tv* 6 edocens *Π*¹ docet *T* 7 fornicatur *Π*¹ 10 fornicari *ΣO* 12 mascol. *Π* 13 neque ebriosi *om. ΣΠ*: *at cf. infra* ebrietatem neque malefici neque hebriosi *O* 17 scurilitatem *Π* 18 abstinenda *O* 20 destrict. *ΣO* sitem *Π*¹: sitim *ΣΠ*²*TO cf. VII, 2, 1* 21 adque *O* incessabili *Σ* 24 incorruptione *Π*¹ 25 donari *O* 28 consequutus *TO*

potentium uitiorum diuino mereatur munere liberari, non quo adepturum se per illa confidat istam quam cupit inuiolatam corporis castitatem. tanto autem erga adquisitionem casti- 3
moniae desiderio atque amore flammetur, quanto quis pecuniarum auidissimus adpetitor, uel si qui summa honorum ambitione distenditur, uel qui intolerabili pulchrae mulieris amore raptatur, desiderium suum inpatientissimo ardore optat expleri. et ita fiet ut, dum pro integritatis perpetuitate insatiabili cupiditate succenditur, desiderabilis despiciatur cibus, necessarius horreat potus, somnus denique ipse naturae debitus respuatur uel certe ut deceptor fraudulentissimus puritatis et aemulus atque contrarius castitati adtonita atque suspecta mente capiatur, et ita unusquisque cotidie integritatis suae matutinus explorator effectus de conlata sibi purificatione congaudeat eamque se non suo studio nec uigilantia, sed protectione domini sentiat consecutum, ac tamdiu illius perseuerantiam suo corpori intellegat cohaesuram, quamdiu eam dominus sua fuerit miseratione largitus. qui enim hanc 4
stabiliter obtinet fidem, nequaquam superbum sapiens de sua uirtute confidet neque seductus longis obsceni liquoris indutiis blandissima securitate soluetur, sciens inpurissimae conluuionis aspergine se protinus maculandum, si uel paululum quid ab eo protectio diuina discesserit. ac perinde pro perpetuitate eius cum omni contritione et humilitate cordis indefessis est orationibus excubandum.

V. Vultis autem capere super huius rei quam dicimus ueritate euidens argumentum, per quod et haec quae dicta sunt

1 mereamur Σ   mereatur munere] possit merito O   quod O   2 illã ΠO   4 adque O   flammemur ΣO inflammemur Υ   5 cupidissimus ΠΥOv   si *om.* ΠΥOv   bonorum Π   6 pulchrae mul.] sanctae caritatis (*sic*) Π   7 raptatus Υ²   8 propter int. perpetuitatem O   9 succendimur ΠΥOv   disid. dispic. Π¹   11 fraudolent. Υ   et *om.* O   12 castitatis Υ   adque O   suscepta ΣΠ¹   13 cott. Υ cotidiane O   15 eaque O   se *om.* Σ   16 dei Σ   consequutum ΥO   17 quoesuram O   19 opt. Σ   20 longi Σ   licoris O (*passim*)   22 paulul. Υ   23 proinde Ov   25 incubandum O

adprobetis et istam corporis pugnam, quae inimica nobis putatur ac noxia, utiliter membris nostris insertam esse doceamini? considerate quaeso illos qui corpore sunt spadones quae praecipue causa in uirtutibus adpetendis desides reddat ac tepidos. nonne quia conrumpendae castitatis credunt se
2 periculum non habere? quod tamen nemo ita proposuisse me credat, ut neminem eorum penitus inueniri posse confirmem perfecta abrenuntiatione flagrantem, sed quia naturam quodammodo suam uincant, si qui forte eorum ad propositam perfectionis palmam summa animi districtione contendunt, cuius ardor ac desiderium eum quem semel accenderit famem, sitim, uigilias, nuditatem cunctosque labores corporis non solum patienter, uerum etiam libenter sustinere conpellit. uir enim in doloribus laborat sibi et uim facit perditioni suae, et iterum: animae autem egenti etiam amara
3 dulcia uidentur. alias namque non poterunt desideria praesentium rerum uel reprimi uel auelli, nisi pro istis affectibus noxiis, quos cupimus amputari, alii salutares fuerint intromissi. nullatenus enim ualet uiuacitas mentis absque alicuius desiderii uel timoris, gaudii uel maeroris affectione subsistere, nisi haec eadem in bonam partem fuerint inmutata. et idcirco si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus extrudere, spiritales in earum locis plantemus protinus uoluptates, ut his animus noster semper innexus et habeat quibus iugiter inmoretur et inlecebras praesentium ac tempo-
4 ralium respuat gaudiorum. cumque in hunc statum mens nostra cotidianis exercitiis erudita profecerit, tunc uersiculi illius affectum experientia docente percipiet, quem omnes qui-

13 Prov. 16, 26 (LXX)   15 Prov. 27, 7 (LXX)

3 sphadones Σ spad. sunt T   8 qui T (*in marg. add.* uel quod)   9 uindicant T^1 quis $\Pi^1 O$ 10 destrict. ΣO destructione T^2 conscendant O   14 perditionis O   15 suae *om.* Π   18 alia $\Pi^1 T^1$ salutaris Π   20 uel gaudii uel O   21 fuerit Π   inuitata Σ   22 carnalis concupiscentia Σ   24 uoluntates *Tv* uolūtates O   innixus T   27 cott. T   profic. Π^1 28 concipiet Π*TOv*

dem solita psallendi modulatione concinimus, uirtutem uero
eius non nisi pauci expertique percipiunt: prouidebam
dominum in conspectu meo semper: quoniam a
dextris est mihi, ne conmouear. ille etenim solus uim
atque intellectum huius carminis efficaciter adsequetur, qui
perueniens ad istam de qua loquimur corporis atque animae
puritatem intellegit se cunctis momentis, ne rursus ab eadem
deuoluatur, a domino conseruari dextrasque suas, id est
operationes sanctas ab eodem iugiter conmuniri. dominus 5
enim sanctis suis non a sinistris, quia nihil habet sinistrum
uir sanctus, sed a dextris semper adsistit, a peccatoribus uero
et inpiis non uidetur, quia non habent illas dextras quibus
dominus consueuit adsistere nec possunt dicere cum propheta:
oculi mei semper ad dominum: quia ipse euellet
de laqueo pedes meos. quod nullus poterit ueridice profiteri nisi qui uniuersa quae in hoc mundo sunt aut noxia aut superflua aut certe inferiora summis uirtutibus iudicans omnem intuitum suum, omne studium omnemque curam erga cultum sui cordis et castimoniae defixerit puritatem. atque ita mens istis exercitiis elimata et profectibus expolita ad perfectam corporis atque animae perueniet sanctitatem.

VI. Quantum enim quis in lenitate ac patientia cordis,
tantum in corporis puritate proficiet, quantoque longius iracundiae propulerit passionem, tanto castitatem tenacius obtinebit. non enim aestus corporis declinabit nisi qui animi motus ante conpresserit. quod apertissime saluatoris nostri ore laudata beatitudo declarat: beati mites, quoniam
ipsi possidebunt terram. non ergo aliter nostram 2
possidebimus terram, id est non alias dicioni nostrae rebellis

2 Ps. 15, 8 14 Ps. 24, 15 27 Mt. 5, 4

2 exertique Π^1 preuid. O 3 d̃no Π^1 4 enim ΤO 5 ads (ass-) equitur ΠΤO 7 rursum Τ ad eadem reuolbatur O 8 dexterasque O 12 dexteras Σv 13 prof. Π 14 quoniam Τv euellit Π 15 meus Π^1 ueredice Π 18 omnem curam ΠΤOv 20 ita *om.* Τ 23 irancundiae Π 24 opt. Σ 25 declinauit Σ

huius corporis terra subdetur, nisi mens nostra prius fuerit
patientiae lenitate fundata, nec poterit quis aduersus carnem
suam insurgentia libidinis bella conprimere, nisi prius armis
mansuetudinis instruatur: mansueti enim possidebunt
terram, et inhabitabunt in saeculum saeculi super
eam. hanc, inquam, terram quemadmodum obtinere possimus
idem propheta in consequentibus psalmi ipsius docet: ex-
pecta dominum, et custodi uiam eius: et exaltabit
3 te ut hereditate capias terram. constat igitur ad
possessionem terrae istius firmiter obtinendam neminem posse
conscendere nisi illos tantum, qui per inmobilem patientiae
lenitatem uias domini duras ac praecepta seruantes de caeno
carnalium passionum extrahente eodem fuerint exaltati.
mansueti ergo possidebunt terram et non solum possi-
debunt eam, sed etiam delectabuntur in multitudine
pacis, qua nemo, in cuius carne adhuc bella concupiscentiae
suscitantur, stabiliter perfruetur. necesse est enim infestari
eum dirissimis daemoniorum proeliis et ignitis luxuriae iaculis
sauciatum a terrae suae possessione deuolui, donec dominus
auferat bella usque ad fines terrae eius, arcum
conterat et confringat arma, et scuta conburat
igni, illo scilicet quem uenit dominus mittere super terram,
arcus etiam et arma confringat, quibus aduersus eum nequi-
tiae spiritales diebus ac noctibus dimicantes ignitis configebant
4 cor eius iaculis passionum. et ita cum eum dominus conterens
bella ab omnibus incentiuorum aestibus liberarit, ad illum
puritatis perueniet statum, ut deposita confusione, qua semet

4 Ps. 36, 11 et 29 7 l. c. 34 14 l. c. 11 20 Ps. 45, 10 22 cf. Luc. 12, 49

1 corporis nostri Υ 3 conpremere Π^1 4 enim] autem Υ 6 opt. ΣΥ 7 prof. Π edocet Π*v* exspecta Υ 8 uias Υ^2O exaltauit Σ 9 hereditatem Π terrae Π^2 10 opt. ΣΥ 13 passionem Π^1 14 ergo] autem Υ 15 eam *om.* Υ multitudinem Π 16 quia $\Sigma^1\Pi^1$ qui O 18 durissimis Σ^1O daemoniorum Σ^4: daemonum *rell.* *v* luxoriae Π 20 arcumque Υ 21 confringit Π^1 comburit Π^1 conburet Υ^1 22 igne Σ 25 passionem Π^1

ipsum, id est carnem suam dum inpugnaretur horrebat, incipiat ea uelut purissimo tabernaculo delectari (non enim accedent ad eum mala: et flagellum non adpropinquabit tabernaculo eius), ad illud scilicet propheticum patientiae uirtute perueniens, ut mansuetudinis merito non modo suam hereditet terram, uerum etiam delectetur in multitudine pacis. ubi autem adhuc superest sollicitudo 5
certaminis, pacis esse non potest multitudo. non enim ait 'delectabuntur in pace', sed in multitudine pacis. per quod euidenter ostenditur ita efficacissimam medicinam cordis esse patientiam secundum illud Salomonis: mansuetus uir cordis est medicus, ut non solum irae, tristitiae, acediae, cenodoxiae, superbiae, uerum etiam libidinis omniumque pariter extirpet fomitem uitiorum. in longanimitate enim, ut ait Salomon, prosperitas regibus. nam qui mitis semper atque tranquillus est, nec iracundiae perturbatione succenditur nec acediae atque tristitiae angore consumitur nec cenodoxiae uanitate distenditur nec superbiae tumore sustollitur. pax enim multa diligentibus nomen domini: et non est illis scandalum. et ideo non inmerito pro- 6
nuntiatur: melior patiens forte, et qui continet iram capiente urbem. hanc igitur pacem donec firmam atque perpetuam obtinere mereamur, multis necesse est nos inpugnationibus adtemptari frequenterque nobis est uersiculus iste cum gemitu lacrimisque repetendus: miser factus sum, et adflictus sum usque quaque: tota die contristatus ingrediebar. quoniam lumbi mei inpleti

2 Ps. 90, 10 6 Ps. 36, 11 11 Prov. 14, 30 (LXX) 14 Prov. 25, 15 (LXX) 19 Ps. 118, 165 21 Prov. 16, 32 (LXX) 25 Ps. 37, 7—8

1 orrebat *ΥO* 2 uelud *Υ* 3 accedunt *ΣO* approprinquabit *Σ* 4 prof. *Π* 7 adhuc *om.* *Υ* 11 salamonis *Σ* mansueti *Π* 12 irae et *Υ* 14 extirpet *ΣO*: exst. *ΠΥ* 15 salamon *ΣΠ* 17 consumetur *Π*[1] 19 domini] tuum *O* 21 forte *ΣΠΥO* (*in Σ* e *corr. ex* i *m. 1*) *cf. XVIII, 13, 2* continent *ΣΠ*[1] 22 capient *Π*[1] capienti *Π*[2] capiet *O* 23 opt. *ΣΥ* 24 adtemtari *ΣO* uerseculus *Π* 26 adflictus] incuruatus *Υ*

sunt inlusionibus, et: non est sanitas in carne
mea a facie irae tuae: non est pax ossibus meis a
7 facie insipientiae meae. tunc enim haec conpetenter et
in ueritate deflebimus, quando post longam puritatem cor-
poris nostri, sperantes iam carnalia nos omnimodis euasisse
contagia, stimulos carnis ob elationem cordis aduersum nos
rursum sentimus insurgere uel certe per fallaciam somniorum
inpuritas nos pristinae conluuionis adspargit. cum enim coe-
perit quis diuturna cordis et corporis puritate gaudere, necesse
est ut, dum se credit ulterius iam non posse ab illa sinceri-
tate deuolui, intra semet ipsum quodammodo glorietur et
8 dicat: ego dixi in abundantia mea: non mouebor in
aeternum: sed cum utiliter a domino subrelictus illum
puritatis statum, in quo sibimet confidebat, senserit proturbari
seseque in illo spiritali uiderit titubare successu, recurrat
protinus ad illius integritatis auctorem et agnoscens infirmi-
tatem suam confiteatur et dicat: domine, non in mea,
sed in tua uoluntate praestitisti decori meo uir-
tutem. auertisti faciem tuam, et factus sum con-
turbatus: illud quoque beati Iob: si lotus fuero quasi
aquis niuis, et fulserint uelut mundissimae manus
meae: tamen sordibus intingues me, et abomina-
9 buntur me uestimenta mea. quod tamen is qui suo
uitio se in sordibus tinguit non potest suo dicere creatori.
donec ergo ad perfectum puritatis perueniat statum, necesse
est eum inaequalitatibus istis frequentius erudiri, quoad usque
per dei gratiam confirmatus in illa quam adpetit puritate
efficaciter dicere mereatur: expectans expectaui domi-
num, et respexit me. et exaudiuit deprecationem

1 l. c. 4 12 Ps. 29, 7 17 l. c. 8 20 Iob. 9, 30—31
28 Ps. 39, 2—3

3 competenter haec *T* 6 stimulus *Π*¹ 7 per] ad *Π*
8 adspargit *O*: aspargit *Π*¹ aspergit *ΣΠ*²*T* enim] ergo *Πv*
12 mea abundantia *T* 19 auertis *Π* tuam a me et *TOv*
21 uelud *T* 22 intinges *Π* 24 tinguit *TO*: tingit *ΣΠ* 27 per
d. gr.] dei gratia *T* 28 exspectans exsp. *Π* 29 precem *Π*

meam: et eduxit me de lacu miseriae, et de luto faecis. et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos.

VII. Multi sunt enim castimoniae gradus quibus ad illam
inuiolabilem conscenditur puritatem. quos licet nec perspicere
nec enuntiare ut dignum est uirtus nostra sufficiat, tamen,
quia series narrationis exposcit, secundum mediocritatem ex-
perientiae nostrae utcumque proferre temptabimus, reseruantes
perfectiora perfectis nec praeiudicantes his qui feruentiore
studio puriorem castimoniam possidentes quanto maioris in-
dustriae sunt, tanto etiam perspicaciae uigore praecellunt.
proinde sex gradibus licet multa a se inuicem sublimitate 2
distantibus fastigia castitatis praecelsa distinguam ita, ut
quaedam media quae tamen multa sunt praetermittam, quo-
rum subtilitas ita humanos subterfugit sensus, ut eam nec
mens inspicere nec proloqui lingua praeualeat, quibus sensim
castitatis ipsius perfectio cotidianis profectibus adolescit.
secundum similitudinem namque corporum terrenorum, quae
singulis diebus insensibiliter sui capiunt incrementa et ita
dum nesciunt ad perfectum habitum prouehuntur, animae
quoque robur ac maturitas castitatis adquiritur. primus itaque 3
pudicitiae gradus est, ne uigilans inpugnatione carnali
monachus elidatur, secundus, ne mens illius uoluptariis
cogitationibus inmoretur, tertius, ne femineo uel tenuiter ad
concupiscentiam moueatur aspectu, quartus, ne uigilans uel
simplicem carnis perferat motum, quintus, ne, cum memoriam
generationis humanae uel tractatus ratio uel necessitas lecti-
onis ingesserit, subtilissimus mentem uoluptariae actionis
perstringat adsensus, sed uelut opus quoddam simplex ac

1 loto Π^1 2 fecis $\Pi\Upsilon$ fece O super Π *Vulg.* 3 *post* gressus meos *additum est in* Π: usque hic 4 enim sunt Υ 5 quo scilicet $\Sigma\Pi O$ 8 temtauimus Σ 10 maiores $\Pi^1 O$ 13 ut *om.* Σ 17 perfecto Σ cottid. Υ 19 insins. Π^1 20 praeuehuntur Σ 21 robor $\Pi\Upsilon$ rubor O castitas Σ 22 ne] uti ne Υ 23 uoluntariis Υ 24 uel] nec Π 26 cum m memoriam Σ 27 lectiones Π^1 28 suptil. Σ uoluntariae ΥO 29 uelud Υ

ministerium humano generi necessario contributum tranquillo ac puro cordis contempletur intuitu nihilque amplius de eius recordatione concipiat, quam si operationem laterum uel cuius-
4 libet alterius officinae mente pertractet. sextus castimoniae gradus est, ne inlecebrosis phantasmatibus feminarum uel dormiens inludatur. licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam non credamus, concupiscentiae tamen adhuc medullitus latitantis indicium est. quam tamen inlusionem diuersis modis constat accidere. nam secundum illum usum, quem uigilans exercere uel cogitare consueuerat, etiam dormiens unusquisque temptatur. aliter enim falluntur hi qui carnalem copulam norunt, aliter qui femineae sunt conmixtionis expertes. hi enim sicut simplicioribus ac purioribus somniis inquietari solent, ita etiam faciliore diligentia ac
5 minore possunt labore purgari. illi autem sordidioribus magisque expressis phantasmatibus inluduntur, donec paulatim secundum mensuram castitatis, ad quam unusquisque contendit, in odium illius rei quam uoluptariam antea sentiebat mens etiam somno sopita uertatur illudque ei, quod fortibus uiris pro summo laborum stipendio repromittitur per prophetam, concedatur a domino: et arcum, et gladium, et bellum conteram de terra uestra: et dormire uos faciam
6 fiducialiter. et ita demum quis ad illam beati Sereni paucorumque similium uirorum perueniet puritatem, quam idcirco a praedictis sex castimoniae gradibus sequestraui, quia non solum possideri, sed etiam credi non nisi a rarissimis potest, et quia id quod illi specialiter diuini muneris largitate conlatum est proponi ad generalis praecepti non potest formam, scilicet ut eo usque mens nostra castitatis ipsius puritate

21 Osee 2, 18 23 cf. VII, 1

1 necessari•e (a *eras.*) Υ 5 fant. ΠΥO 8 latitantes Π^1 11 temtatur ΣO hii Π^2O 13 hii $\Pi^2\Upsilon^1$O 14 etiam] enim Π 15 maiusque Υ 16 fantastismatibus Π fantasm. O inludatur Π^1 18 uoluptaria Σ uoluntariam Υ uolumt. O 19 illud quoque ΠO 20 summo] somno Π prof. Π 25 a] ad Π^1 gradus Π^1 26 possederi Π^1

formetur, ut etiam ipso naturali motu carnis emortuo illum obscenum liquorem omnino non perferat. opinionem sane 7 quorundam, quam super hac carnis conluuione definiunt, silere non debeo, qui dicunt non idcirco eam dormientibus euenire, eo quod eam producat fallacia somniorum, sed potius quia redundantia umoris illius aliquas in aegrotanti corde fingat inlecebras. denique aiunt quod illo tempore, quo non inquietat illa concretio, quemadmodum fluxus eius, ita etiam inlusio conquiescat.

VIII. Sed haec suscipere uel probare et utrum possibilia an inpossibilia sint certo examine definire poterit nemo, nisi per experientiam longam et puritatem cordis ad confinia carnis ac spiritus uerbo domini dirigente peruenerit. de quo beatus apostolus uiuus est, inquit, sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus, conpagum quoque et medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis. et ita inter illorum quodammodo 2 terminos conlocatus, quid humanae condicioni necessario sit atque ineuitabiliter adtributum quidue consuetudine uitiosa et incuria iuuentatis inuectum, uelut inspector et arbiter iusta trutinatione discernet ac super eorum effectu atque natura non falsis uulgi opinionibus abducetur nec praeiudicatis inexpertorum definitionibus adquiescet, sed puritatis modum certa experientiae suae libra et iusta examinatione perpendens nequaquam illorum decipietur errore, qui neglegentiae suae uitio crebrioribus quam natura conpellit egestionibus sordidati de naturali condicione causantur, cumque eos constet inferre

14 Hebr. 4, 12

1 motu] more *ex* mori Π motu naturali Τ mortuo Τ 6 humoris $Τ^2$Ο aegrotantis Σ: *cf. V, 4, 5* 8 contritio $Τ^1$ 10 uel] et Π et *om.* Π 14 inquid ΠΟ dn̄i Σ 17 quoque ac ΠΤΟv: *cf. VII, 5, 7* 18 et intentionum *om.* Τ 19 condit. ΠΤ necessarium ΣΤ 21 iuuentutis Τv iubentutis Ο uelud Τ 22 tutrinatione Σ discernit Τ affectu $Τ^1$ 23 abducitur Τ, *sed* i *in ras. m. 2* adducetur Ο 24 adquiescit ΤΟ 26 neclegentiae Σ 28 conditione ΠΤ

potius uim naturae et extorquere ab ea pollutionem quam ipsa non ingerit, intemperantiam suam ad necessitatem carnis, immo ad eius referunt creatorem, proprias culpas ad naturae
3 infamiam transferentes. de quibus in Prouerbiis eleganter exprimitur: insipientia uiri corrumpit uias suas, deum autem causatur corde suo. postremo si quis huic adsertioni nostrae fidem derogare uoluerit, quaeso ut non ante praeiudicata nobiscum opinione disceptet, quam disciplinae huius suscipiat instituta, cumque haec perpaucis mensibus illa qua traditur moderatione seruauerit, profecto haec quae diximus uero poterit probare iudicio. ceterum frustra de cuiuslibet artis ac disciplinae fine contendet, quisque non prius omnia quae ad consummationem eius pertinent summo fuerit
4 studio ac uirtute sectatus. uelut si uerbi gratia similitudinem mellis ex tritico, aut rursum ex eo, sicut etiam ex rafani linique seminibus, lenissimi olei liquorem produci posse confirmem, si quis horum penitus ignarus adsistat, nonne contra rerum naturam hoc esse conclamans me uelut apertissimi auctorem mendacii deridebit? cui si ego testes innumeros qui haec se et uidisse et gustasse et fecisse testentur exhibeam, rationem insuper atque ordinem quo illae species uel in olei pinguedinem uel in mellis dulcedinem transformentur edisseram, ille autem in stultissimae persuasionis obstinatione persistens neget ab illis seminibus quicquam uel dulcedinis uel unguinis posse produci: nonne magis notanda est inrationabilis eius peruicaxque contentio quam sermonis mei ueritas inridenda, quae multorum ac fidelium testium grauitate et euidentibus documentis et quod his amplius est experientiae

5 Prov. 19, 3 (LXX)

2 necessitate *Σ* 4 eliganter *Π* 5 suas *om.* *Πc* eius *Or* 6 corde] de *T* in corde *Ov* 8 deceptet *Π* 9 suscipiet *T*¹ 10 prefecto *Π*¹ 12 contendit quisquis *T* 14 uelud *T* 15 etiam *om.* *T* raphani *T* 18 uelud *T* apertissime *ΠT* 19 ego] ergo *Σ* quia *Π*¹*O* 20 fecesse *Π*¹ 21 quos ille species uelut in *Π* 22 pinguid. *Π*¹*T*¹ 23 in *om.* *ΣO* stultissime *Σ* stultissima persuasione et *T* 24 dulcid. *Π*¹ 25 unguedinis *YO* rationabilis *Π*

probatione fulcitur? et ideo quisquis ad illum puritatis statum 5
iugi cordis intentione peruenerit, ut iam mente ab huius
passionis titillatione penitus absoluta per soporem caro eius
uelut redundantiam superflui umoris expellat, condicionem
modumque naturae certissime deprehendet, et ita cum ex-
pergefactus inuenerit carnem suam post longa tempora se
inscio atque ignorante pollutam, tum demum de naturali
necessitate causetur, ad illum sine dubio perueniens statum,
ut talis inueniatur in nocte qualis in die, talis in lecto qualis
in oratione, talis solus qualis turbis hominum circumsaeptus,
postremo ut numquam se talem secretus aspiciat, qualem
uideri ab hominibus erubescit, nec in eo tale aliquid ineui-
tabilis ille oculus deprehendat, quod ab humanis aspectibus
uelit esse celatum. et ita cum coeperit suauissimo lumine 6
castitatis iugiter delectari, dicere poterit cum propheta: *et
nox inluminatio in deliciis meis. quia tenebrae
non obscurabuntur a te, et nox sicut dies inlumina-
bitur: sicut tenebrae eius, ita et lumen eius.* deni-
que hoc ipsum, quia supra condicionem naturae uidetur
humanae, qualiter obtinuerit idem propheta subiungit dicens:
quia tu possedisti renes meos, id est, non industria
mea neque uirtute hanc promerui puritatem, sed quia tu
mortificasti insitum renibus meis libidinosae uoluptatis ardorem.

VIIII. GERMANVS: Perpetuam quidem corporis puritatem ex parte aliqua experti sumus a uigilantibus posse per dei gratiam possideri, et conmotionem carnis districtionis rigore atque iudicio resistente uigilantibus posse non contingere non

15 Ps. 138, 11—12   21 l. c. 13

2 ab] ad Π^1 4 uelud T humoris TO condit. ΠT
5 modoque Π^1 deprae (e) hendit $\Pi^1 T$ depraehendat Π^2 8 per-
uenisse Σ 9 in *ante* nocte *om.* T *post* die *add.* Σ: talis in
die   die et O 10 circumseptus $\Sigma\Pi T O$ 11 secretum T
12 erubiscit Π^1 13 ab *om.* T 14 uellit Π 15 prof. Π
16 inlum. mea $O(v)$ 19 super O condit. ΠT 20 prof. Π
22 tu *om.* T 23 uoluntatis ΠT 26 possederi Π^1 com-
motiones T destrictionis ΣO districtiones Π^1

negamus. utrum autem et dormientes hac inquietudine carere possimus uolumus edoceri. duabus namque de causis possibile hoc esse non credimus: quas licet absque uerecundia nequeamus effari, tamen, quoniam hoc medicinae ipsius necessitas cogit, quaesumus ut cum uenia tui, si qua forte inuerecundius fuerint denudata, suscipias. primum ergo est, quod per somni quietem mentis uigore laxato obseruari nequaquam ualeat illius conmotionis obreptio, secundo, quod etiam urinae collectio, cum uesicae capacitatem quiescentibus nobis indesinenti confluxu interni umoris oppleuerit, excitet membra marcentia, quod etiam paruulis uel spadonibus eadem nihilominus lege contingit. unde fit ut, si non oblectatio libidinis uulnerat mentis adsensum, confusione tamen eam humiliet turpitudo membrorum.

X. CHAEREMON: Apparet uos necdum uerae castitatis agnouisse uirtutem, quandoquidem districtionis auxilio eam a uigilantibus tantum creditis retentari, et inde est quod putatis a dormientibus quasi rigore animi resoluto integritatem non posse seruari. porro castitas non ut arbitramini districtionis praesidio, sed amore sui et propriae puritatis delectatione subsistit. non enim castitas, sed continentia dicitur, ubi ad-
2 huc ei aliqua resistit aduersitas uoluptatis. uidetis ergo his qui castitatis affectum per dei gratiam medullitus receperunt districtionis cessationem cum dormiunt non obesse, quae infida etiam uigilantibus ratione certissima conprobatur. quidquid enim cum labore conprimitur, temporales dimicanti praestat indutias, non tamen perpetuam securitatis quietem tribuit post laborem: quidquid autem profunda fuerit uirtute deuictum, absque ulla inquietudinis suspicione conpositum iugem pacis

1 hanc inquietudine *Π* 2 possumus *Π*¹ possibile] posse *corr. ex* posite *Π* 3 qua (quia *O*) scilicet *Π*¹*O* 4 eff..ari *Π* quia *Υ* 5 uenia tui si] ueniat ut *Π* 6 somnii *ΥO* 9 uaesicae *Σ* uissicae *Π* uessice *Υ* capacitate *Π* 10 umores *Π*¹ humoris *ΥO* 15 uaere *Π* 16 destr. *ΣΠO* 17 tantum *om.* *Υ* 19 destr. *ΣΠO* 21 subsistet *Π*¹ continentiae *Π* 24 destr. *ΣΠO* 25 quicquid *ΠΥO* 26 conprimetur *Π*¹ 27 inducias *Υ* quietam *Σ* 28 quicquid *ΥO*

uictori conferet firmitatem. quamobrem donec pulsari nos 3 carnis conmotione sentimus, nouerimus nos ad castitatis necdum peruenisse fastigia, sed adhuc sub infirmitate continentiae constitutos proeliis fatigari, in quibus necesse est dubios esse semper euentus. quod autem ineuitabilem esse conmotionem carnis hoc adstruere uoluistis indicio, quod ea ne ipsi quidem eunuchi carere demptis genitalibus possunt, sciendum est non eis carnales aestus nec effectum libidinis, sed solam satiuae generationis deesse uirtutem. unde manifestum est ne illos 4 quidem, si ad hanc ad quam nos nitimur castitatem cupiunt peruenire, ab humilitate et contritione cordis uel continentiae districtione debere laxari, licet nequaquam sit discredendum minore ab eis castimoniam posse labore ac studio conprehendi.

XI. Quamobrem perfectio castitatis a laboriosis continentiae rudimentis perpetua tranquillitate discernitur. haec est enim uerae consummatio castitatis, quae non inpugnans carnalis concupiscentiae motus, sed toto horrore detestans iugem atque inuiolabilem sui retinet puritatem nec potest aliud quid esse quam sanctitas. hoc autem fiet, quando iam desinens caro aduersus spiritum concupiscere desideriis eius uirtutique consenserit, coeperintque sibi inuicem pace firmissima foederari et secundum psalmographi sententiam habitauerint fratres in unum, illam repromissam a domino beatitudinem possidentes de qua ait: si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo qui in caelis est. quisquis ergo intellectualis illius Iacob, id est subplantatoris 2 transcenderit gradum, ab illa continentiae conluctatione ac

23 Ps. 132, 1 24 Mt. 18, 19

1 *post* firmitatem in *O cap. 11 incipit* 4 necessest Π^1 5 semper esse *Π* 7 demtis *Σ* adeptis *O* 8 affectum *Υ* 12 destr. *ΣΠ*Υ^1*O* deberi *Σ* nequam Π^1 14 *O non distinguit* 16 uere *ΣO* 17 motum *Υ* 18 adque *O* 19 autem *om.* Π^1 21 inuicem sibi *Υ* 22 psalmografhi *Σ* psalmigraphi *Υ* psalmografi *O* 26 fiet illis *post* in caelis est *habet Υ* 27 supplant. *ΣΠ*

supplantatione uitiorum obstupefacto femoris neruo ad Israhelis meritum perpetua cordis directione conscendet. quem ordinem etiam beatus Dauid ita spiritus sancti uaticinatione distinxit, in primis inquiens notus in Iudaea deus, id est in anima, quae adhuc sub peccatorum confessione retinetur: Iudaea enim confessio interpretatur. in Israhel autem, id est in eo qui uidens deum siue ut quidam interpretantur rectissimus dei est, non solum notus, sed etiam magnum nomen est

3 eius. deinde ad sublimiora nos prouocans ac uolens etiam locum ipsum quo dominus delectatur ostendere et factus est, inquit, in pace locus eius, id est non in conflictu certaminis et conluctatione uitiorum, sed in castimoniae pace et cordis tranquillitate perpetua. hunc igitur pacis locum extinctione carnalium passionum si quis meruerit obtinere, ex hoc quoque proficiens gradu ac Sion spiritalis, id est specula dei consequenter effectus erit etiam habitatio eius. non enim in conflictu continentiae, sed in iugi uirtutum specula dominus conmoratur, ubi iam non retundit, non conprimit, sed in perpetuum confregit potentias arcuum, ex quibus uidelicet aduersus nos libidinum quondam iacula dirigebantur ignita.

4 uidetis ergo, quia sicut non est in conluctatione continentiae, sed in castitatis pace locus domini, ita etiam habitatio eius in specula sit et contemplatione uirtutum. unde non inmerito portae Sion cunctis Iacob tabernaculis praeferuntur: diligit enim dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. quod autem per hoc ineuitabilem esse conmotionem carnis adseritis, quod urina, cum uesicam iugi stillatione repleuerit, quieta suscitet membra, licet ueris sectatoribus

4 Ps. 75, 2 6 l. c. 10 l. c. 3 24 Ps. 86, 2

1 srahelis ΣO 2 conscendit *T* 3 ita] a *T* distincxit Σ 6 ıſrł Σ 7 uidet *TOv* rectissumus Π[1] 11 inquid *O* 13 et cordis *om.* Π 14 opt. Σ*T* 19 confringit Π arcum Π[1] aduersum *Tv* 20 condam *O* 22 castitatis pace] castitate Σ castitate pacis *O* 27 urinam Σ uessicam *T* iugi stillatione *scripsi: cf. XVIIII, 6, 3* iugis titillatione Σ*O* iugi (iugis Π[1]) instillatione Π*Tv* 28 uiris Π[1] ueteribus *T in ras. a m. 2*

puritatis ad obtinendam eam nihil praeiudicet ista conmotio, quam haec sola interdum et tantum per soporem necessitas excitarit, sciendum tamen est, quod ita si conmota fuerint ad quietem propriam reducantur castitatis imperio, ut non modo cum nullo pruritu, sed ne cum minima quidem libidinis recordatione sedentur. et idcirco, ut cum lege animi lex 5 quoque congruat corporalis, etiam in ipsius aquae potu ita est nimietas castiganda, ut umoris cotidiani illa collectio pigrius arefactis influens membris illum quem ineuitabilem putatis corporis motum non solum rarissimum, uerum etiam lentum reddat ac tepidum, frigidumque ut ita dixerim ignem et absque ullius adustionis ardore rorantem suscitet flammam instar admirabilis illius Moysaicae uisionis, ut carnis nostrae rubus innoxio igne circumdata non uratur, uel sicut illorum trium iuuenum, quibus ita rorante spiritu fornacis Chaldaeicae flamma discussa est, ut nec capillos eorum aut fimbrias odor ignis adflaret, ut illud quodammodo quod sanctis repromittitur per prophetam incipiamus iam in hoc corpore possidere: cum ambulaueris per ignem, non conbureris, et flamma non ardebit in te.

XII. Magna enim uere atque mirifica sunt nec ulli hominum penitus nisi his tantum qui experti sunt nota quae dominus fidelibus suis adhuc in isto corruptionis uasculo constitutis ineffabili liberalitate largitur. quae propheta mentis puritate perlustrans tam ex sua quam ex illorum persona qui in hunc statum affectumque perueniunt exclamauit: mira opera tua, et anima mea cognoscit nimis. alioquin nihil noui

13 cf. Ex. 3, 2 15 cf. Dan. 3, 94 18 Esai. 43, 2 26 Ps. 138, 14

1 opt. *ΣT* 2 haec *om. T* tantum *scripsi*: tamen *codd. v cf. cap. 16, 2* 3 suscitarit *Π* 5 proritu *Π*[1] nec *O* 7 corporales *Π*[1] 8 humoris *TO* cotidiana *Π* cottidiani *T* quotidiani *O* 9 pigrius] prius *Πc* 12 ardore (e *add. m. 2*) errantem *Π* rotantem *O* 13 mosaicae *ΣTO* 15 chaldeicae *Π*[1]*T*[a] chaldaicae *Π*[2]*T*[2]*v* caldaicae *O* 16 discusa *Π*[1] nec] ne *Σ* 17 repromititur *Π* 18 prof. *ΠO* 19 conburis *Π*[1] 24 prof. *Π* 27 cognoscit] nobit *O*

uel magni intellegitur propheta dixisse, si alio cordis affectu
2 uel de aliis operibus dei haec pronuntiasse credatur. nullus
etenim est hominum, qui mira esse opera dei etiam ex ipsius
creaturae magnitudine non agnoscat. ceterum illa, quae in
sanctis suis cotidiana operatione dispensat ac speciali munifi-
centia afluenter effundit, nullus alius nisi anima perfruentis
agnoscit, quae in secreto conscientiae suae ita est beneficiorum
eius arbitra singularis, ut ea non solum nullo ualeat sermone
disserere, sed ne sensu quidem et cogitatione conplecti, cum
ab illo ignito feruore discedens ad istos materiales ac terrenos
3 intuitus fuerit deuoluta. quis enim in se opera domini non
miretur, cum insatiabilem uentris ingluuiem et sumptuosam
gulae perniciosamque luxuriam ita in se uiderit fuisse con-
pressam, ut uix ipsum exiguum ac uilissimum cibum raro
inuitusque percipiat? quis non obstupescat opera dei, qui illum
ignem libidinis, quem naturalem antea et uelut inextinguibilem
esse credebat, ita refrixisse persenserit, ut ne simplici quidem
se corporis motu sentiat incitari? quomodo non uirtutem
domini contremescat, quisque homines quondam diros atque
truculentos, qui ad summum iracundiae furorem etiam blan-
dissimis subditorum inritabantur obsequiis, ad tantam uiderit
transisse lenitatem, ut non solum nullis iam conmoueantur
iniuriis, sed etiam cum inlatae fuerint summa magnanimitate
4 congaudeant? quis plane non miretur opera dei ac toto pro-
clamet affectu: quia ego cognoui quod magnus est
dominus, cum uel se uel alium quempiam ex rapacissimo
liberalem, ex prodigo continentem, ex superbo humilem, ex

25 Ps. 134, 5

1 uel] nec *ΠOv* intellegetur *Σ*: *cf. XIII, 12, 1 et 2* prof. *Π* 5 cott. *T* 6 affluentur *Π*[1] affluenter *Π*[2]*T* 8 eam *ΠO* 10 descendens (*ex* discendens) *T et O* terrenus *Π*[1] 11 intuitos *O* desoluta *T*[1] 13 gylae *Σ* guile *O* pernit. *ΠT* luxoriam *Π* 15 qui] cum *T* 16 ante *TO* ac uelud *T* 17 refrigisse *O* 19 contremiscat *Π* quisq. cum *T* (*sed* q. cum *in ras. m. 2*) *et v* condam *O* 20 truculentus *Π*[1] 21 inritabuntur *Π*[1] 22 transisse uiderit *ΠTOv* commou. *ΠTO* (*in Σ litterae* nm *iam non leguntur*) 24 congaudeat *Π*

delicato ac tenero squalidum hirsutumque perspexerit et egestate atque angustia praesentium rerum etiam uoluntarie perfruentem? ista sunt profecto mira opera dei, quae peculiariter anima prophetae similiumque eius mirificae contemplationis intuitu stupefacta cognoscit. ista sunt prodigia quae posuit super terram, quae idem propheta considerans ad admirationem eorum cunctos populos aduocat dicens: uenite, et uidete opera dei, quae posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad fines terrae. arcum conteret, et confringet arma: et scuta conburet igni. quod enim maius potest esse prodigium quam sub momento 5 breuissimo ex rapacissimis publicanis apostolos fieri, ex persecutoribus truculentis praedicatores euangelii patientissimos reddi, ita ut eam quam persequebantur fidem etiam effusione sui sanguinis propagarent? ista sunt opera dei quae se cotidie una cum patre filius operari protestatur dicens: pater meus usque hodie operatur, et ego operor. de istis operibus dei beatus Dauid in spiritu canens benedictus, inquit, dominus deus Israhel, qui facit mirabilia magna solus. de istis et Amos propheta qui facit, inquit, omnia et conuertit ea, et transmutat in matutinum umbram mortis. haec nempe est inmutatio dexterae excelsi. de hac salutari operatione dei orat propheta domi- 6 num dicens: confirma deus hoc, quod operatus es in nobis. ut praetermittam illas secretas atque absconditas

7 Ps. 45, 9—10 16 Ioh. 5, 17 18 Ps. 71, 18 20 Amos 5, 8 (LXX) 22 Ps. 76, 11 24 Ps. 67, 29

1 hyrs. *Σ* 2 uoluptariae *Π* 3 profecto *om. Π* mira *om. O* 4 profetae *ΠO* mirifice *Σ* 5 obstupefacta *O* 6 prof. *Π* ammirat. *ΣΥ*¹ 7 populus *Π*¹ uocat *O* 7 et *om. ΠO* 8 domini (τοῦ κυρίου) *ΥO* 10 igne *Σ corr. cf. cap. 6, 3* 12 apostulus *Π*¹ 14 ita *om. Υ* cum effusionem *O* 15 sui *om. Σ* cott. *Υ* 16 operari (operare *Π*¹) filius *ΠΥOv* 17 hodie] modo *O* 18 in *om. Υ* inquid *O* 19 israel *Σ* ıſrł *Υ* 20 istis operibus *Υ* prof. *Π* inquid *O* 21 matutinum] mutationem *Π* 22 mutatio *O* 23 prof. *Π* 24 hoc deus *Υ* 25 praetermittat *Υ*¹ adque *O*

dispensationes dei, quas intra se peculiariter exerceri mens sanctorum omnium momentis singulis intuetur, illam caelestem infusionem laetitiae spiritalis, qua deiectus animus inspirati gaudii alacritate sustollitur, illos ignitos cordis excessus et tam ineffabilia quam inaudita solacia gaudiorum, quibus nonnumquam ignauissimo stupore torpentes ad orationem feruentissimam uelut de somno profundissimo suscitamur.
7 hoc, inquam, est gaudium de quo beatus apostolus quod oculus, inquit, non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, eius scilicet qui terrenis uitiis hebetatus adhuc homo est et humanis inhaeret affectibus nihilque de istis dei muneribus intuetur. denique idem apostolus tam de se quam de similibus sibi, qui iam de humana conuersatione discesserant, subiecit dicens: nobis autem reuelauit deus per spiritum suum.

XIII. In his igitur omnibus quantum mens ad subtiliorem profecerit puritatem, tanto sublimius intuebitur deum et admirationis intra semet ipsam potius capiet incrementa quam loquendi facultatem aut sermonem narrationis inueniet. ut enim uim laetitiae huius inexpertus mente percipere, ita explicare sermone non ualebit expertus: tamquam si quis dulcedinem mellis ei qui numquam quicquam dulce gustauerit uelit sermonibus enarrare, profecto nec ille saporis illius suauitatem quam numquam ore percepit auribus capiet, nec ille dulcedinem quam gustus uoluptate cognouit uerbis poterit indicare, sed propria tantum agnitione suauitatis inlectus necesse est ut experti saporis iucunditatem intra semet ipsum
2 solummodo tacitus admiretur. ita igitur quisquis in hunc quem praediximus uirtutum statum meruerit peruenire, haec

8 I Cor. 2, 9 14 l. c. 10

4 inspirati *O*: insperati Σv inspiti Π^1 in spiritibus Π^2 inspirata *T* in illos *T* ignotos Π 5 solatia Π^1 7 uelud *T* 9 inquid *O* 10 homines Π^1 15 reuelabit $\Pi^1 O$ 16 suptil. *T* sublimiorem *O* 17 proficerit T^1 ammir. *T* 18 ipsum *T* 21 dulcid. Π^1, *item infra* 23 uellit Π^1 24 quem *T* percepes Π^1 28 ammir. *T* ita *om.* Π

omnia quae in suis peculiari gratia dominus operatur tacita mente perlustrans horumque omnium adtonita consideratione flammatus cum intimo cordis exclamabit affectu: mira opera tua, et anima mea cognoscit nimis. istud ergo est mirabile opus dei, hominem carneum carnales affectus in carne positum respuisse et in tanta rerum atque incursuum uarietate unum tenere animi statum atque inmobilem in omni accedentium permutatione durare. qua uirtute fundatus senex 3
quidam cum apud Alexandriam turbis infidelium circumfusus non solum maledictis, uerum etiam grauissimis inpellentium urgueretur iniuriis eique a subsannantibus diceretur: quid miraculi Christus uester, quem colitis, fecit? ille, ut, inquit, his ac maioribus, si intuleritis, non mouear nec offendar iniuriis.

XIIII. GERMANVS: Quoniam nos admiratio non humanae huius neque terrenae, sed plane caelestis atque angelicae castitatis ita subito stupore confudit, ut terrorem magis desperationis incuteret quam ad expetendam se nostros animos prouocaret, quaesumus ut nos de obseruantiae qualitate ac temporis modo, quo adquiri uel perfici ualeat, doctrina plenissimae disputationis instituas, quatenus et consummari eam posse credamus et ad expetendam deinceps spatio constituti temporis animemur. inconprehensibilem namque eam in carne hac positis quodammodo iudicamus, nisi nobis ordo quidam ac uia qua ad illam ualeat perueniri certa ratione pandatur.

XV. CHAEREMON: Temerarium satis est super consummatione huius de qua loquimur castitatis in tanta praesertim uel uoluntatum diuersitate uel uirium certam temporis definire mensuram, quae non facile etiam in istis materialibus artibus ac uisibilibus disciplinis decerni potest. secundum intentionem

3 Ps. 138, 14

4 tua dn̄e et *T* tua dš et *O* cognoscet *Σ* nobit *O* 7 accedentium *T*: accidentium *ΣΠOv*: *cf. I, 5, 4* 9 aput *ΣO* alexandream *Π*[1] 11 urgeretur *Π*[1]*TO*[1] 12 inquid *O* ut his inquit *T* 13 ac *om. Π* confundar *O* 15 ammir. *T* 17 confundit *ΣO* errorem *T*[1] 23 animetur *Π*[1] 25 pendatur *Σ* 26 ceremon *O* 28 uoluptatum *Π*

eamque animi atque ingenii qualitatem necesse est eas ab unoquoque uel celerius uel tardius adprehendi. rationem tamen obseruantiae et temporis modum, intra quem eius possibilitas
2 agnoscatur, constantissime possumus praefinire. quisquis igitur extractus a cunctis confabulationibus otiosis et mortificatus ab omni ira ac sollicitudine curaque mundana duobus tantum paxamatiis fuerit cotidiana refectione contentus, et aquae satietate subtracta quietem somni trium siue ut alii statuerunt quattuor horarum spatio terminarit, nec tamen laborum aut continentiae huius merito, sed miseratione domini eam se crediderit adepturum, quia sine hac fide uana est omnis humani laboris intentio, non amplius quam sex mensibus perfectionem istius inpossibilem sibi non esse cognoscet.
3 euidens tamen est iam proximae puritatis indicium incipere eam de proprii laboris industria non sperare. si enim uim uersiculi illius unusquisque in ueritate conceperit: n i s i d o m i n u s a e d i f i c a u e r i t d o m u m, i n u a n u m l a b o r a u e r u n t q u i a e d i f i c a n t e a m, sequitur ut nec de puritatis suae meritis extollatur, intellegens eam se non sua diligentia, sed domini misericordia consecutum, nec contra alios inmiti rigore moueatur, sciens humanam nihil esse uirtutem, si eam uirtus diuina non iuuerit.

XVI. Proinde unicuique nostrum aduersus spiritum fornicationis totis uiribus desudanti uictoria singularis est de merito conatus sui remedium non sperare. quae fides licet facilis ac plana omnibus uideatur, tamen tam difficile ab incipientibus quam ipsius castitatis perfectio possidetur. nam cum eis uel particula puritatis adriserit, continuo in conscientiae suae secretis elatione quadam subtiliter inlabente sibimet blandiuntur, credentesque eam se diligentiae suae studio consecutos

16 Ps. 126, 1

1 ea sub *Π* 4 definire *ex* definere *Π et Oc* 6 tantummodo *T* 7 paxmatiis *T* paximatii *O* fuerint *Π*[1] cott. *T* et ea quae *Σ* 8 siue trium *Σ* 9 spatio ... tamen *om. Π* 10 merita *Π* eam] tam *Π* 12 non *om. T* 13 cognoscat *T* 16 conciperet *Π* 17 laborant *O* 20 ne *O* 23 aduersum *O* 28 in *om. T* 30 consecutus *Π*[1]

necesse est ut superno illo praesidio paululum denudati tamdiu illis quas diuina uirtus extinxerat passionibus opprimantur, quamdiu experientia docente cognoscant se uiribus atque industria sua puritatis bonum obtinere non posse. et ut 2 disputationem nostram de fine plenissimae castitatis longa lucubratione confectam breuiter concludamus in unum omnia quae copiose sparsimque digesta sunt colligentes, haec est consummatio castitatis, ut uigilantem monachum oblectatio libidinis nulla perstringat, ut quiescentem somniorum non fallat inlusio, sed cum dormienti tantum per sopitae mentis incuriam conmotio carnis obrepserit, quemadmodum sine ulla titillatione uoluptatis excita est, ita etiam sine ullo pruritu corporis conquiescat. haec de castitatis fine, quantum potui- 3 mus, non uerbis, sed experientia magistrante digessimus. quae licet a desidiosis ac neglegentibus arbitrer inpossibilia forsitan iudicanda, certus tamen sum a studiosis ac spiritalibus uiris agnoscenda pariter ac probanda. tantum namque inter hominem distat et hominem, quantum et illa ad quae animi eorum tendit intentio ab inuicem disparantur, id est uel caelum ab inferno uel Christus a Beliar, secundum sententiam domini saluatoris: si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit, et iterum: ubi est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum.

Huc usque beatus Chaeremon de castitatis perfectione 4 disseruit admirabilemque doctrinam sublimissimae puritatis tali sermone conclusit, suadens stupentibus atque anxiis nobis, ut, quia iam noctis pars maior effluxerat, tradita quieti

21 Ioh. 12, 26 23 Mt. 6, 21

1 paulolum Υ 2 illius Π^1 4 bonum *om.* Π opt. $\Sigma\Upsilon$ 6 lucrubatione Σ 7 cupiose *et* degesta Π^1 8 oblectatione Σ 11 inrepserit Υ 12 excitata $\Pi\Upsilon O v$: *cf. XXI, 26, 2* ullo *om.* Π proritu Π^1 14 degessimus Π^1 15 necleg. ΣO 16 ab O 18 distat et hominem *om.* Π 20 beliar Σ *et, ut uid.*, Π^1: belial $\Pi^2\Upsilon O v$ 26 desseruit Π^1 ammir. Υ 28 quieta Π^1

paululum membra naturali soporis cibo minime fraudaremus, ne languens torpore corporis sui etiam mens uigorem sanctae intentionis amitteret.

1 paulol. *Τ* naturalis operis *Π* 2 torpere *Π*' 3 Explicit secunda conlatio (conlatio ·II· *Π*, *numero a m. 2 s. l. addito*, clatio secunda *O*) abbatis chaeremonis (cher. *ΤO*) de castitate. Incipit eiusdem (senis *add. O*) conlatio tertia (conl. tert. *om. Τ*, conl. *om. ΠO*) de protectione dei (de gratia dei et libero arbitrio *O*) *ΣΠΤO*. Capitula abbatis chaeremonis de protectione dei *ΣΠ* Incipiunt capitula *Τ* Incipit capitula eiusdem *O*

XIIII.

CONLATIO ABBATIS CHAEREMONIS TERTIA.

DE PROTECTIONE DEI.

CAPITVLA.

6 prohimium *Σ* proemium *T* premium de protectione dei *O* 7 quare] quae *Σ* laboranti *Π* laborantis ... deputentur *om.* *O* 8 industria *ΣΠ* deputetur *Π* 9 perfectio ... 10 possit *om.* *O* 10 castatis *T* omnino *om.* *T* 11 gentes *O* 12 dicuntur *T*[1]*O* 14 nullus *Π* nullo *T* industria *T* exequi *TO* 16 cott. *T* 18 gratia *TO* 19 libera *Π* infirmate *Π* libertate *T* infirmitate et gratia dei *O* 20 praecellat *Σ*

I. Cum ad synaxin matutinam percepto paululum sopore remeantes senem opperiremur, ingenti abba Germanus scrupulo mouebatur, quod in praeterita disputatione, cuius uirtus summum desiderium incognitae nobis castitatis infuderat, unius adiectione sententiae beatus senex meritum humanae cassasset industriae, adstruens hominem, quamuis summis ad bonam frugem uiribus enitatur, tamen boni conpotem esse non posse, nisi id diuini tantum muneris largitate, non operis sui studio percepisset. hanc igitur quaestionem adtonite uoluentibus nobis progressus cellam beatus Chaeremon, cum quiddam nos inuicem mussitare sensisset, solito breuius orationum atque psalmorum sollemnitate transcursa, quid moueret, inquirit.

II. Tum GERMANVS: Quantum excellentissimae, inquit, sublimitate uirtutis, quae nocturna disputatione patefacta est,

1 gratia *Π* 3 gratiae *Τ* dei *om.* *Π* 5 temtat. *ΣΟ* 12 Finiunt capitula conlationis (collectionis *Σ*) tertiae abbatis chaeremonis (chāer̄ *Σ*) de protectione dei *ΣΠ* Expliciunt capitula. Incipit conlatio *Τ* Expł cpłto. Incipit cłuo XIII *O* 13 synaxim *Τv* sinaxin *O* paulol. *Τ* 14 abbas *ΠΤOv* scripulo *O* 17 causasset *Π* cassaret *O.* 21 uolentibus *Π* 22 cellula *Πv* cella *Τ* celle *O* quidam *Π* 23 musitare *ΤO* breuis *Σ* 24 solemn. *ΠΤ* 24 mouerit *Πc* 25 tunc *Τv* excellentissime *ΣΠ* excellentissima *Τ* inquid *O*

paene ut ita dixerim a fide possibilitatis excludimur, tantum nobis (pace tui dictum sit) uidetur absurdum, si laborum stipendium, id est perfectio castitatis, quae instantia proprii sudoris adquiritur, non specialiter laborantis deputetur industriae. ineptum est enim, ut si uerbi gratia agricolam erga culturam terrae inremissum studium uiderimus inpendere, non illius efficaciae adscribamus et fructum.

III. CHAEREMON: Hoc ipso quod proposuistis exemplo euidentius adprobatur nihil posse perficere sine adiutorio dei
laborantis industriam. nec enim agricola cum omnes conatus
suos in excolendis expenderit terris, confestim etiam prouentum
segetum et ubertatem frugum suae poterit industriae deputare,
quam inritam esse frequenter expertus est, nisi eam et pluui-
arum oportunitas et hiemis tranquilla serenitas subsequatur,
ita ut adultos iam fructus ac perfecta maturitate solidatos de
manu quodammodo tenentium uiderimus plerumque praereptos
nihilque laborantibus illam iugem sudoris instantiam contulisse,
quia non fuit domini opitulatione directa. sicut igitur inertibus 2
agricolis, qui sua frequenti uomere arua non subigunt, hanc
ubertatem segetum pietas diuina non confert, ita laborantibus
pernox sollicitudo non proderit, nisi misericordia domini fuerit
prosperata. in quo tamen humana superbia nullatenus se
gratiae dei uel exaequare uel admiscere contendat participem-
que se in muneribus dei per hoc conetur inserere, ut laborem
suum auctorem esse diuinae existimet largitatis ac prouentum
copiosissimarum frugum industriae suae meritis respondisse
glorietur. consideret namque ac ueridica examinatione per- 3
pendat, quod ne ipsos quidem conatus, quos pro desiderio
opulentiae intentus exercuit, suis uiribus inpendere potuisset,
nisi eum ad exercendum omne opus ruris protectio domini ac

2 tui] cui Π^1 9 proficere ΠΥOv 10 conatos O 13 inritam O^1: irritam *rell.* 14 oportunitatis Π^1 15 adultus Π fructos O solidatus Π 18 quia] qua Π^1 quae Π^2 19 suo $Υ^1O$ frequenter Πc 20 non *om.* ΣΥ 22 preparata O 23 exsequare Π^1 24 se *om.* O 25 extimet O largitates Π 27 ueredica Π 28 pro *om.* Υ 30 dei O

misericordia roborasset, et inefficax eius uoluntas fuisset ac
uirtus, nisi etiam peragendi copiam, quae nonnumquam uel
siccitatis uel imbrium nimietate fraudatur, diuina clementia
4 praestitisset. nam cum et boum uirtus et sanitas corporis et
omnium effectus operum actuumque prosperitas a domino fuerit
condonata, orandum est ne fiat ei sicut scriptum est caelum
aereum et terra ferrea, et ne residuum lucustae
comedat bruchus et residuum bruchi eruca deuoret
et residuum erucae robigo consumat. nec in hoc
tantum eget diuinitatis auxilio agricolae laborantis industria,
nisi etiam insperatos auertat casus, quibus, etiamsi desiderata
fructuum fecunditate ager fuerit opimatus, non solum spei
suae uana expectatione frustrabitur, uerum etiam perceptarum
et reconditarum iam uel in area uel in horreo frugum uber-
5 tate fraudabitur. quibus manifeste colligitur non solum actuum,
uerum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium,
qui nobis et initia sanctae uoluntatis inspirat et uirtutem
atque oportunitatem eorum quae recte cupimus tribuit pera-
gendi: omne enim datum bonum et omne donum per-
fectum de sursum est descendens a patre luminum,
qui et incipit quae bona sunt et exsequitur et consummat in
nobis, dicente apostolo: qui autem dat semen seminanti,
et panem ad manducandum praestabit et multi-
plicabit semen uestrum et crescere faciet fructus
6 iustitiae uestrae. nostrum uero est, ut cotidie adtrahen-
tem nos gratiam dei humiliter subsequamur, uel certe dura

15 quibus manifeste .... p. 365, 6 noluerunt reuerti] Prosp. 2, 2

6 Deut. 28, 23 7 Ioel 1, 4 19 Iac. 1, 17 22 II Cor. 9, 10 26 Act. 7, 51

2 etiam] eam *Π* 4 nam] nam et *Σ*, *sed* et *del. m. 2* boum *Υ*: bonum *ΣΠΟ* 5 affectus *Υ* 7 locustae *ΥΟ* 8 comedebat Π^1 brucus *ΣΟ et Υ a m. 2* bruchi *Σ* bruci *Υ a m. 2 et O* deuoret eruca *Υ* 9 rubigo *ΠΥΟ* 13 exspectat. *Υ* 17 qui] quibus *Υ* 21 exequitur *O* 22 apostulo Π^1 24 fructum *Υ* 25 cott. *Υ* quotidie *O* adtrahente *ΣΟ* 26 gratia *Σ ut uid. et O* gratiam *φ*

ceruice et incircumcisis ut scriptum est auribus eidem resistentes per Hieremiam mereamur audire: numquid qui cadit, non resurget? aut qui auersus est, non reuertetur? quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? indurauerunt ceruices suas, noluerunt reuerti.

IIII. GERMANVS: Huic sensui, cuius pietas abrupte a nobis non potest inprobari, illud uidetur obsistere quod ad destructionem liberi tendit arbitrii. nam cum multos gentilium, qui utique diuini adiutorii gratiam non merentur, non solum frugalitatis atque patientiae, sed, quod magis mirum est, etiam castitatis uideamus fulgere uirtutibus, quomodo captiuato liberae uoluntatis arbitrio dei munere conlatae illis fuisse credendae sunt, cum utique mundanae sapientiae sectatores non solum dei gratiam, sed ipsum etiam uerum deum penitus ignorantes, quantum uel serie lectionis uel quorundam traditione cognouimus, summam castimoniae puritatem proprii laboris industria possedisse dicantur?

V. CHAEREMON: Gratum mihi est quod, dum summo agnoscendae ueritatis amore flammamini, quaedam etiam inepta proponitis, quorum obiectione probatior atque ut ita dixerim exploratior catholicae fidei uirtus adpareat. quis etenim sapiens tam contrariis propositionibus uteretur, ut caelestem castimoniae puritatem, quam hesterna die nec per dei gratiam mortalium cuiquam adserebatis posse conferri, nunc eandem etiam a gentilibus crederet uirtute propria fuisse possessam? sed quia haec explorandae procul dubio ut dictum est studio 2
ueritatis opponitis, quid de his teneamus aduertite. primum philosophos nequaquam credendum est talem animi castitatem qualis a nobis exigitur adsecutos, quibus iniungitur ut non

2 Hierem. 8, 4—5

2 iherem. *O* numquit *Σ* 3 cadet *ΠO* 4 reuertitur *Π* 5 ihrflm *O* 8 dextructionem *Σ* 17 *post* summam *Σ* *addit*: eas, *quae uox dittographia syllabae sequentis* cas *esse uidetur* 19 summae *Σ* 21 proponetis *Π*¹ 24 externa *ΣO* 26 crederetis *Tv* credideritis *O* 28 uertite *Π*¹ 29 neque quam *Σ* 30 exitur *Π*¹ adsecutus *Π*¹

solum fornicatio, sed ne inmunditia quidem nominetur in nobis. habuerunt autem illi quandam *μερικήν*, hoc est portiunculam castitatis, id est abstinentiam carnis, ut tantum a coitu libidinem coherceront: hanc autem internam mentis ac perpetuam corporis puritatem non dicam opere adsequi, sed
3 nec cogitatione potuerunt. denique famosissimus ille ipsorum Socrates hoc, ut ipsi concelebrant, de se non erubuit profiteri. nam cum intuens eum quidam *φυσιογνώμων* dixisset: *ὄμματα παιδεραστοῦ*, hoc est oculi corruptoris puerorum, et inruentes in eum discipuli inlatum magistro uellent ultum ire conuicium, indignationem eorum hac dicitur conpressisse sententia: *παύσασθε, ἑταῖροι· εἰμὶ γάρ, ἐπέχω δέ*, id est: quiescite, o sodales: etenim sum, sed contineo. apertissime igitur non solum adsertione nostra, sed etiam ipsorum professione monstratur consummationem tantummodo inpudicitiae, id est conmixtionis turpitudinem uiolenta ab illis necessitate conpressam, non tamen desiderium de cordibus eorum et oblectati-
4 onem illius passionis exclusam. cum quo autem horrore proferenda est illa sententia Diogenis? factum enim, quod philosophos mundi huius uelut quiddam memorabile proferre non puduit, neque dici a nobis sine uerecundia neque audiri potest. nam cuidam in adulterii crimine puniendo, ut ferunt, ait: *τὸ δωρεὰν πωλούμενον θανάτῳ μὴ ἀγόραζε*, id est: quod

1 cf. Eph. 5, 3 8 ? 23 ?

2 habuerint *Υ*[1] мepikiiн *Π* мepikiAн *Υ* mericen *O* 3 a coitu] coitus *Υ* 5 opera *Π*[1] 6 nec] ne *Υ* 7 erobuit *Π*[1] 8 quidem *Σ* ομματταιαερωτογ *Σ* ομματιαιαεραστογ *Π* ομματλερλcτογ *Υ* 9 hoc] id *O* oculo *Π*[1] 10 ultum ire *scripsi*: ultu ire *ΣO* magistrum uellent ulum *Π*[1] magistro uellent uindicare *Π*[2] uellent ultuiri *Υ a m. 2* 11 indignatione *Π*[1]*O* 12 Πωycωcθcετωιpoιαмyωpeχωae *Σ* τιayсасθe eтаιpoι eмι Гаp · eττeχωjae *Π* ΠΑycacθe eтАιpoι eιмι ГАp eΠeχω Δe *Υ* *corruptissime O* 15 cum consummationem *Π* 18 cumque *Π*[1] horrorem *Π*[1] 19 dyogenis *Σ* 20 philosophus *O* uelud *Υ* 21 puduit] potuit *Π* 23 αωpωιωc *Σ* Δωpαι · ac *Π* ΔωpeΛc *Υ* ΤιωΛoyмeнoн *Υ* ιΓuιaoyмσнoн сαнτωмн *Π* (*id est ιγωαουμσνον σαντωμν = πωλουμενον θανατω μη*) *corruptius O*

gratis uenditur, morte non emas. constat ergo illos uerae castitatis quae a nobis expetitur nec agnouisse uirtutem, et ideo satis certum est circumcisionem nostram, quae in spiritu est, non posse nisi dei tantum munere possideri et his inesse solummodo, qui deo tota spiritus sui contritione deseruiunt.

VI. Et idcirco licet in multis, immo in omnibus possit ostendi semper auxilio dei homines indigere nec aliquid humanam fragilitatem quod ad salutem pertinet per se solam, id est sine adiutorio dei posse perficere, in nullo tamen euidentius quam in adquisitione atque custodia castitatis ostenditur. ut enim tantisper de integritatis eius difficultate disputatio differatur, de instrumentis eius breuiter interim disputemus. quis praeualeat quaeso quamuis feruens spiritu 2 uel squalorem solitudinis uel sicci panis non dicam cotidianam esuriem, sed ipsam saturitatem nulla hominum laude suffultus suis uiribus sustinere? quis aquae perpetuam sitim sine domini consolatione tolerare illumque dulcem ac delectabilem matutinum soporem humanis fraudare oculis et intra terminos horarum quattuor omnem quietis refectionem iugi possit lege concludere? quis indesinentem lectionis instantiam, quis inremissam operis sedulitatem nullum praesentis lucri conmodum captans absque gratia dei explere sufficiat? quae 3 omnia sicut desiderari a nobis iugiter absque diuina inspiratione non possunt, ita nec perfici quidem sine eius auxilio ullatenus queunt. et ut haec eadem non solum probata nobis experientiae disciplina, sed etiam certis indiciis et argumentis manifestiora reddamus, nonne in multis quae utiliter optamus inplere, cum desiderii plenus ardor ac uoluntas perfecta non desit, interpellans quaecumque fragilitas cassat uota concepta

22 quae omnia ... 25 ullatenus queunt] Prosper 2, 3

1 emes Σ: *cf. Indic. s. u.* non uere ΣΠΤ 4 nisi] sine Π dei gratiae Τ eis Τ 9 tam Σ 10 atque] ad Π 11 defficult. Π¹ 14 cott. Τ 15 esuri..em Π (ent *eras.*) 17 dei Τ toleraret Τ 19 terminus Π¹ 20 posset Τ 24 nec ΣΟ¹φ *Pr.*: ne* Τ (*m. 1*) ne ΠΟ¹v 25 hac Σ 27 manifestiore Π¹ 29 fragilitatis Π

nec proposito nostro adsistit effectus, nisi uirtus perficiendi fuerit domini miseratione donata, ita ut, cum sit innumera multitudo illorum qui fideliter uirtutum studiis desiderent inhaerere, summam tamen eorum qui haec perficere uel
4 tolerare praeualeant inuenias raritatem? ut praetermittam quod ne tunc quidem, cum omnino nulla nos arcet infirmitas, facultas uniuersa quae uolumus peragendi nostrae subiacet potestati. nam neque remotionis silentium nec districtionem ieiuniorum nec lectionis instantiam etiam illo quo possumus tempore pro nostro arbitrio retentamus, sed quibusdam occurrentibus causis etiam inuitissimi frequenter retrahimur a salutaribus institutis, ita ut uel loci uel temporis copiam, in quo haec exercere possimus, necesse sit nos a domino deprecari.
5 nec sufficere nobis id quod possumus certum est, nisi etiam oportunitas peragendi ea quae nobis utique possibilia sunt a domino tribuatur (de quibus et apostolus quoniam uoluimus, inquit, uenire ad uos et semel et iterum, et inpediuit nos Satanas), ita ut nonnumquam nos etiam utiliter ab istis spiritalibus sentiamus studiis auocari, ut, dum nolentibus nobis interrumpitur nostri cursus intentio et infirmitati carnis aliquid relaxamus, etiam inuiti ad salutarem perseuerantiam reseruemur. de qua dispensatione dei simile aliquid beatus apostolus propter quod, inquit, ter dominum rogaui ut discederet a me. et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur, et iterum: quid enim oremus secundum quod oportet nescimus.

VII. Propositum namque dei, quo non ob hoc hominem fecerat ut periret, sed ut in perpetuum uiueret, manet inmobile.

16 I Thess. 2, 18 23 II Cor. 12, 8—9 26 Rom. 8, 26

3 desiderant *Τ* 6 ne] nec *ΤO* areet Π^{1} *post* infirmitas *Π in marg. m. 1 addit*: et 8 destrictionem ΣO^{2} destrictionis Π^{1} districtiones Π^{2} destructionem O^{1} 10 pro] ipso *Σ* 12 locis *Σ* 13 depraecare *ex* depraecari *Σ m. 1* 16 apostulus Π^{1} 17 inquid *O* et *ante* semel *om. Τ* 23 inquid *O* 27 oporteat T^{1} 28 quod *ΣO* 29 inmobilem *Σ(O)*

cuius benignitas cum bonae uoluntatis in nobis quantulamcumque scintillam emicuisse perspexerit uel quam ipse tamquam de dura silice nostri cordis excuderit, confouet eam et exsuscitat suaque inspiratione confortat, uolens omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire, quia non est, inquit, uoluntas ante patrem uestrum qui in caelis est ut pereat unus ex pusillis istis, et iterum nec uult, inquit, deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. uerax namque est et non mentitur, cum obte- 2
statione definiens: uiuo ego, dicit dominus deus: quia nolo mortem inpii, sed ut conuertatur a uia sua, et uiuat. qui enim ut pereat unus ex pusillis non habet uoluntatem, quomodo sine ingenti sacrilegio putandus est non uniuersaliter omnes, sed quosdam saluos fieri uelle pro omnibus? ergo quicumque pereunt, contra illius pereunt uoluntatem, ita eo contra unumquemque eorum cotidie proclamante: conuertimini a uiis uestris pessimis: et quare moriemini domus Israhel? et iterum: quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, et noluisti. et: quare, inquit, auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa? indurauerunt facies suas, noluerunt reuerti. praesto est ergo cotidie Christi gratia, 3
quae, dum uult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire, cunctos absque ulla ex-

4 I Tim. 2, 4   6 Mt. 18, 14   8 II Reg. 14, 14   11 Ezech. 33, 11   17 l. c.   19 Mt. 23, 37   21 Hierem. 8, 5   23 Hierem. 5, 3   25 I Tim. 2, 4

3 cordis nostri ΤΟ   excusserit Τ, *sed* ss *in ras., et v*   6 inquid ΠΟ   patrum Π^1 7 pos.illis Π^1 8 inquid Ο   12 nolo mortem] non solumorte Π^1 non uolo mortē Π^2 13 qui enim ... 15 pro omnibus *om.* Σ *fort. recte*   15 pro] ex Τ   16 uoluntate Σ   17 eo] e Π   et Ο: *om.* Τ   cott. Τ   proclamantem $\Sigma T^2 O$ 18 *post* uestris *in* Σ a *erasum est*   moriemini ΠΤΟv   19 israel Σ isrl̄ Ο *ut solet*   20 tuus Π^1 22 inquid ΠΟ   23 auertione Σ   suas et Τ   24 cott. Τ

ceptione conuocat dicens: uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos. si autem non omnes uniuersaliter, sed quosdam aduocat, sequitur ut nec omnes sint onerati uel originali uel actuali peccato nec uera sit illa sententia: omnes enim peccauerunt et egent gloria dei, nec per omnes homines mors pertransisse credatur.
4 et in tantum omnes qui pereunt contra dei pereunt uoluntatem, ut nec ipsam mortem deus fecisse dicatur, ita scriptura testante: quia deus mortem non fecit, nec gaudet in perditione uiuorum. et inde est quod plerumque, dum pro bonis contraria postulamus, uel tardius uel nequaquam nostra exauditur oratio, et rursus ea quae credimus esse contraria utiliter ut benignissimus medicus etiam inuitissimis dominus inferre dignatur ac nonnumquam perniciosas dispositiones nostras letalesque conatus ab effectu detestabili retardat ac reuocat, ac properantes ad mortem retrahit ad salutem et de inferni faucibus extrahit ignorantes.

VIII. Quam curam atque prouidentiam circa nos suam sub figura meretricis Hierusalem et perniciosa ad idolorum cultum alacritate tendentis per Osee prophetam sermo diuinus eleganter expressit. dicente namque ea: uadam post amatores meos, qui dant panes mihi, et aquas meas, lanam meam, et linum meum, oleum meum, et potum meum, respondet saluti eius, non uoluntati consulens diuina dignatio: ecce ego saepiam uias eius spinis, et saepiam eam maceria, et semitas suas non inueniet. et sequetur amatores suos, et non adprehendet: et quaeret eos, nec inueniet illos, et dicet: reuertar

1 Mt. 11, 28 5 Rom. 3, 23 6 Rom. 5, 12 9 Sap. 1, 13 21 Os. 2, 5 25 l. c. 6—7

1 ad me *om.* T 5 sit illa] stilla Π^1 est illa Π^2 6 gloriam $\Sigma\Pi O$ 8 uoluntate Σ 9 testat Σ^1 testatur Σ^2 11 bonis] nobis Πc 13 credemus Σ 15 pernit. Π affectu Σ 17 retrahit] trahit T 20 hoseę O propheta Σ profeta Π^1 24 respondit $\Sigma T c$ 25 sepiam $\Sigma T O$ *bis* uiam Πv *et Vulg.* 26 macheria ΣO 27 adpraehendit Π^1 28 dicit Π^1

ad uirum meum priorem: quia bene mihi erat tunc
magis quam nunc est. ac rursum contumacias nostras 2
atque contemptus, quibus eum ad salutares inuitantem recur-
sus rebelli spiritu dedignamur, tali conparatione describit: et
dixi, inquit: patrem uocabis me, et post me ingredi
non cessabis. sed quomodo si contemnat mulier
amatorem suum, sic contempsit me domus Israhel,
ait dominus. satis congrue, quoniam Hierusalem adulteratae
conparauerat a suo coniuge discedenti, amorem quoque ac
perseuerantiam benignitatis suae uiro qui feminam deperit
conparauit.' pietas enim ac dilectio dei quam circa humanum 3
genus semper inpendit, eo quod nullis ita uincatur iniuriis,
ut a cura nostrae salutis abscedat et quodammodo superata
iniquitatibus nostris a principali suo proposito reuocetur, magis
proprie exprimi alia conparatione non potuit quam exemplo
uiri ardentissimo amore feminam diligentis, qui quanto magis
neglegi se ac despici ab ea senserit, tanto uehementioris circa
eam zeli ardore flammatur. adest igitur inseparabiliter nobis
semper diuina protectio tantaque est erga creaturam suam
pietas creatoris, ut non solum comitetur eam, sed etiam prae-
cedat iugiter prouidentia, quam expertus propheta apertissime
confitetur dicens: deus meus misericordia eius prae-
ueniet me. qui cum in nobis ortum quendam bonae uolun- 4
tatis inspexerit, inluminat eam confestim atque confortat et
incitat ad salutem, incrementum tribuens ei quam uel ipse
plantauit uel nostro conatu uiderit emersisse. nam et ante-

18 adest ... 21 prouidentia] Prosp. 2, 3 23 qui cum ... 26 emersisse] Prosp. 2, 3

4 Hierem. 3, 19—20 22 Ps. 58, 11 26 Esai. 65, 24

2 nunc mihi est Π rursus Σv 3 contemtus Σ inuitante Π 5 dixit Σ inquid O 6 contempnat Π 7 contemsit ΣO israel Σ ısrł Τ 8 Hierusalem] ısrł Σ (*cf. adnot. ad XV, 1, 3*) adulterae ΠΤOv 10 femina O 17 neclegi Σ ac despici *om.* Πc 18 *post* flammatur *habet* Τ: VIIII 21 prof. Π 23 quemdam Π 26 emisisse Σ et *om.* ΠΤOv

quam clament, inquit, ego audiam: adhuc loquentibus eis ego audiam, et iterum: ad uocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi. et non solum sancta desideria benignus inspirat, sed etiam occasiones praestruit uitae et oportunitatem boni effectus ac salutaris uiae directionem demonstrat errantibus.

VIIII. Vnde non facile humana ratione discernitur quemadmodum dominus petentibus tribuat, a quaerentibus inueniatur aperiatque pulsantibus, et rursus inueniatur a non quaerentibus se, palam adpareat inter illos qui eum non interrogabant, et tota die expandat manus suas ad populum non credentem sibi et contradicentem, resistentes ac longe positos uocet, inuitos adtrahat ad salutem, peccare cupientibus explendae copiam subtrahat uoluntatis, ad nequitiam properantibus benignus
2 obsistat. cui autem facile pateat, quomodo salutis summa nostro tribuatur arbitrio, de quo dicitur: si uolueritis, et audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis, et quomodo non uolentis neque currentis, sed miserentis sit dei? quid etiam sit illud, quod deus reddet unicuique secundum opera eius, et: deus est qui operatur in uobis et uelle et perficere, pro bona uoluntate, et: hoc non ex uobis, sed dei donum est: non ex operibus, ut ne quis glorietur? quid sit etiam illud quod dicitur: adpropinquate domino, et adpropinquabit uobis, et quod alibi dicit: nemo uenit ad me nisi pater qui misit me adtraxerit

7 Vnde non ..... 23 quis glorietur] Prosp. 2, 4. 3, 1

2 Esai. 30, 19   8 cf. Mt. 7, 7   9 cf. Rom. 10, 20—21. Esai. 65, 1—2   16 Esai. 1, 19   18 Rom. 9, 16   20 Rom. 2, 6. Phil. 2, 13   22 Eph. 2, 8—9   24 Iac. 4, 8   25 Ioh. 6, 44

2 ego audiam *post* eis *om.* T   4 occasionem Σ^1 5 perstruit Σ   affectus T   6 monstrat Π   7 *non distinguit* T   quemammodum Σ   8 quaer. se T   9 rursum O   11 expandit Σ   13 ac trahat T   14 uoluptatis φ   19 miserantis Π   21 nobis Σ: *cf. c. 13, 8. III, 15, 1*   24 illut Π   adpropinquitate Σ^1 25 uos Π^1

eum? quid sit quod dicitur: rectos cursus fac pedibus 3
tuis, et uias tuas dirige, et quid sit quod orantes dici-
mus: dirige in conspectu tuo uiam meam, et: per-
fice gressus meos in semitis tuis: ut non moue-
antur uestigia mea? quid sit quod iterum conmonemur:
facite uobis cor nouum, et spiritum nouum, et quid
sit illud quod repromittitur: dabo eis cor unum, et spiri-
tum nouum tribuam in uisceribus eorum: et
auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo
eis cor carneum: ut in praeceptis meis ambulent,
et iudicia mea custodiant? quid sit quod praecipit 4
dominus dicens: laua a malitia cor tuum Hierusalem,
ut salua fias, et quid sit quod id ipsum propheta a domino
postulat dicens: cor mundum crea in me deus, et iterum:
lauabis me, et super niuem dealbabor? quid sit quod
ad nos dicitur: inluminate uobis lumen scientiae, et
quid sit quod de deo dicitur: qui docet hominem scienti-
am, et: dominus inluminat caecos, uel certe quod
orantes dicimus cum propheta: inlumina oculos meos ne
umquam obdormiam in mortem, nisi quod in his omni-
bus et gratia dei et libertas nostri declaratur arbitrii, quia
etiam suis interdum motibus homo ad uirtutum adpetitus
possit extendi, semper uero a domino indigeat adiuuari? nec 5

---

20 nisi quod ..... p. 374, 2 liberatur] Prosp. 3, 2. 4, 1

---

1 Prov. 4, 26 (LXX) 3 Ps. 5, 9. 16, 5 6 Ezech. 18, 31 7 Ezech. 11, 19—20 12 Hierem. 4, 14 14 Ps. 50, 12 15 l. c. 9 16 Os. 10, 12 (LXX) 17 Ps. 93, 10 18 Ps. 145, 8 19 Ps. 12, 4

1 rectus $Π^1$ 2 suis $Π^1$ diriges Π 4 semitas $Π^1$ 5 iterum quod *T* 7 promittitur *O* cor unum $ΣO^1$ *et Vulgata* (ἑτέραν LXX): cor nouum $ΠTO^2v$: *cf. III, 18* 9 lapideo $Π^1$ 11 praecepit *ΠTOv* 12 Hierusalem *om.* *T* 13 prof. *Π* 14 deus *om.* *Π* 15 supra *O* sit] est *T* 19 prof. *Π* oculus meus $Π^1$ 20 morte T^2 in *post* quod *om.* *Σ* is *Σ* 21 nostra *Σ* quia *Σφ*: et quia *ΠTO Pr. v* 22 interdum suis *T* 23 a dn̄o *ΠTOφ Pr.*: a deo *Σ* indiget *Σφ*

enim cum uoluerit quis sanitate perfruitur aut de aegritudinis morbo pro arbitrii sui desiderio liberatur. quid autem prodest sanitatis gratiam concupisse, nisi deus, qui uitae ipsius usum tribuit, etiam uigorem incolumitatis inpertiat? ut autem euidentius clareat etiam per naturae bonum, quod beneficio creatoris indultum est, nonnumquam bonarum uoluntatum prodire principia, quae tamen nisi a domino dirigantur ad consummationem uirtutum peruenire non possunt, apostolus testis est dicens: uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.

X. Nam libertatem scriptura diuina nostri confirmat arbitrii dicens: omni custodia serua tuum cor, sed infirmitatem eius apostolus manifestat dicens: dominus custodiat corda uestra et intellegentias uestras in Christo Iesu. uirtutem liberi arbitrii Dauid enuntiat dicens: inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, sed infirmitatem eius idem orans similiter docet inclina, inquiens, cor meum in testimonia tua: et non in auaritiam, Salomon quoque: inclinet dominus corda nostra ad se, ut ambulemus in uniuersis uiis eius, et custodiamus mandata eius, et caerimonias eius, et iudicia
2 eius. potestatem designat arbitrii nostri psalmographus dicens: cohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum: infirmitatem eius nostra protestatur oratio dicentibus nobis: pone domine custodiam ori meo: et ostium circumstantiae labiis meis. arbitrii

4 ut autem .... 10 inuenio] Prosper 4, 2

9 Rom. 7, 18 12 Prov. 4, 23 13 Phil. 4, 7 15 Ps. 118, 112 17 l. c. 36 19 III Reg. 8, 58 23 Ps. 33, 14 25 Ps. 140, 3

2 prodeest *O* 3 dominus *Πv* 4 tribuat *Π*[1] incolomitatis *Π*[2]*Τ* *post* inpertiat *in Τ cap. 10 incipit* 11 *nulla distinctio in Τ* 12 omnia *Σ* 15 enuntiauit *Π* 17 inclinaui *ΣΠ*[1] (*κλῖνον* LXX *sine scripturae uarietate*) 19 salamon *ΣΠ* inclinet inquit (inquid *O*) *ΠΤO* 21 caerem. *Π* caeremonia *Τ* 22 psalmografhus *Σ* psalmigraphus *Τ* 26 circuminstantiae *Σ*

nostri facultas a domino declaratur, cum dicitur: solue
uincula colli tui captiua filia Sion: fragilitatem eius
propheta decantat dicens: dominus soluit conpeditos,
et: disrupisti uincula mea: tibi sacrificabo hostiam
laudis. audimus in euangelio dominum conuocantem, ut ad 3
eum per liberum properemus arbitrium: uenite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos, sed infirmitatem eius idem dominus protestatur
dicens: nemo potest uenire ad me nisi pater qui
misit me adtraxerit eum. apostolus liberum arbitrium
nostrum indicat dicens: sic currite ut conprehendatis,
sed infirmitatem eius Iohannes Baptista testatur, cum ait:
non potest homo accipere a se quicquam nisi
fuerit ei datum de caelo. iubemur animas nostras solli- 4
cite custodire propheta dicente: custodite animas uestras,
sed eodem spiritu alius propheta proclamat: nisi dominus
custodierit ciuitatem, in uanum uigilauit qui
custodit eam. apostolus Philippensibus scribens, ut liberum
eorum designet arbitrium, cum metu et tremore, inquit,
uestram salutem operamini: sed ut infirmitatem eius
ostendat, adiungit: deus est enim qui operatur in
nobis et uelle et perficere, pro bona uoluntate.

XI. Et ita sunt haec quodammodo indiscrete permixta atque confusa, ut quid ex quo pendeat inter multos magna quaestione uoluatur, id est utrum quia initium bonae uoluntatis praebuerimus misereatur nostri deus, an quia deus

23 Et ita ...... p. 376, 11 praeuenerunt] Prosp. 5, 1. 7, 1

1 Esai. 52, 2 3 Ps. 145, 7 4 Ps. 115, 16—17 6 Mt. 11, 28 9 Ioh. 6, 44 11 I Cor. 9, 24 13 Ioh. 3, 27 15 Hierem. 17, 21 16 Ps. 126, 1 (LXX) 19 Phil. 2, 12 21 l. c. 13

3 prof. *ΠO* 5 audiuimus *ΠTOv* 11 incitat *ΠTOv* 12 iohannis *Π*[1] 14 ei datum fuerit *T* 15 prof. *Π* 16 prof. *ΠO* 17 uigilabit *Σ* uigilat *Π*[2]*v* uigilant *O* uigilauerunt qui custodiunt *T* 19 designaret *Σ* inquid *O* 21 enim] enim inquit *Πc* 22 nobis *O* 23 *non distinguit T* 24 multus *Π*[1] 26 miseriatur *Π*[1] nobis *T*

misereatur consequamur bonae uoluntatis initium. multi enim singula haec credentes ac iusto amplius adserentes uariis sibique contrariis sunt erroribus inuoluti. si enim dixerimus nostrum esse bonae principium uoluntatis, quod fuit in persecutore Paulo, quod in publicano Matthaeo, quorum unus cruori ac suppliciis innocentum, alius uiolentiis ac rapinis
2 publicis incubans adtrahitur ad salutem? sin uero a gratia dei semper inspirari bonae uoluntatis principia dixerimus, quid de Zacchaei fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicemus, qui desiderio suo uim quandam regnis caelestibus inferentes specialia uocationis monita praeuenerunt? consummationem uero uirtutum et exsecutionem mandatorum dei si nostro deputauerimus arbitrio, quomodo oramus: confirma deus hoc, quod operatus es in nobis, et: opera manuum nostrarum dirige super nos? scimus ad maledicendum Israheli Balaam fuisse conductum, sed uidemus maledicere cupienti non fuisse permissum. custoditur Abimelech, ne Rebeccam tangens peccet in deum. Ioseph fratrum liuore distrahitur, ut descensio filiorum Israhel in Aegypto fieret et illis de germani nece tractantibus futurae famis
3 remedia pararentur. quod idem Ioseph a fratribus agnitus manifestat dicens: nolite pauere, nec durum uobis uideatur quod uendidistis me in his regionibus: pro salute enim uestra misit me deus ante uos, et infra: praemisit enim me deus ut reseruemini super

5 cf. Act. 9. Mt. 9, 9   9 cf. Luc. 19, 2 sqq. 23, 40 sqq. 13 Ps. 67, 29   14 Ps. 89, 17   16 cf. Num. 22, 5 sqq. 17 cf. Gen. 20, 6   18 cf. Gen. 37, 28   22 Gen. 45, 5 25 l. c. 7—8

2 haec] et *Σ*   4 quod *ΣΠ¹Oφ*: quid *Π²Υ Pr.v*   5 quid *Π²φ Pr.v* quid fuit *Υ*   mattheo *ΣO* matheo *ΠΥ*   6 cruore *ΣΠO*   7 a *om. Υφ Pr.v*   9 zaccei *Σ* za$\overset{o}{\text{c}}$hei *Π* zachei *Υ* zacchei *O*   fidem *Σ*   10 dicimus *Πφ Pr.c*   11 speciali *Π¹* specialis *Π²O*   14 hoc deus *Υ*   16 ıſrł *Σ* (*passim*)   17 abimelech *Σ* abimelec *O*   18 dominum *Υ*   19 discensio *Π* 20 iermani *O*   21 quo *Σ*   23 uindedisti *Π*   24 dominus *ΠΥOv*   25 dominus *Oc*   seruemini *Σ*

terram, et escas ad uiuendum habere possitis. non uestro consilio, sed uoluntate dei missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum totius domus eius, et principem in omni terra Aegypti. et cum post obitum patris formidantibus fratribus suspicionem timoris auferret, nolite, inquit, timere: numquid dei possumus resistere uoluntati? uos cogitastis aduersus me malum: sed deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in praesentiarum cernitis, ut saluos faceret populos multos. quod etiam beatus Dauid oeconomice tunc factum 4 in psalmo centesimo quarto similiter declarauit dicens: et uocauit famem super terram: et omne firmamentum panis contriuit. misit ante eos uirum: in seruum uenundatus est Ioseph. haec ergo duo, id est uel gratia dei uel liberum arbitrium sibi quidem inuicem uidentur aduersa, sed utraque concordant et utraque nos pariter debere suscipere pietatis ratione colligimus, ne unum horum homini subtrahentes ecclesiasticae fidei regulam excessisse uideamur. nam cum uiderit nos deus ad bonum uelle deflectere, occurrit, 5 dirigit atque confortat: ad uocem enim clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi, et inuoca me, inquit, in die tribulationis: et eripiam te, et glorificabis me. et rursus si nos nolle uel intepuisse

15 haec ergo duo ...... 24 glorificabis me] Prosp. 8, 1. 9, 1

6 Gen. 50, 19—20 12 Ps. 104, 16—17 21 Esai. 30, 19 22 Ps. 49, 15

2 uoluntati Π^1 dei] dei huc Π^2Τv 3 patrum Π^1 far. Π 6 fratribus ut Σ inquid *O* 7 numquit Σ rennuere ΠΤ *et cod. Amiat.* uoluntatem $\Pi^1 T^1$ *et cod. Amiat.* 8 aduersum *Ov* sed Σ: et Τ, *om.* Π*O* 10 uidetis Π populus Π^1 11 dauit *O* oeconomiae Σ oeconomice *O* 12 centissimo Π 13 et *om.* Π omnem Σ*O* 15 *post* Ioseph *in Τ cap. 11 incipit* ergo *om.* Π*v* duo *om.* Τ (haec enim duo φ *Pr.*) 18 collegimus Σ horum ex his homini Π 19 ecclesiasticae Π 23 inquid *O* tribulationis tuae ΠΤφ *Pr. v* 24 magnificabis Τ

perspexerit, adhortationes salutiferas admouet cordibus nostris, quibus uoluntas bona uel reparetur uel formetur in nobis.

XII. Nec enim talem deus hominem fecisse credendus est, qui nec uelit umquam nec possit bonum. alioquin nec liberum ei permisit arbitrium, si ei tantummodo malum ut uelit et possit, bonum uero a semet ipso nec uelle nec posse concessit. et quomodo stabit illa domini post praeuaricationem primi hominis lata sententia: ecce Adam factus est sicut
2 unus ex nobis, sciens bonum et malum? non enim talis ante fuisse putandus est, qui boni esset prorsus ignarus. alioquin uelut quoddam inrationabile atque insensatum animal eum fatendum est fuisse formatum: quod satis absurdum atque a catholica fide omnimodis alienum est. quin immo secundum sapientissimi Salomonis sententiam fecit deus hominem rectum, id est, ut tantummodo boni scientia iugiter frueretur, sed ipsi quaesiuerunt cogitationes multas: facti enim sunt, ut dictum est, scientes bonum et malum. concepit ergo Adam post praeuaricationem quam non habuerat scientiam mali, boni uero quam acceperat scientiam
3 non amisit. denique non amisisse humanum genus post praeuaricationem Adae scientiam boni etiam apostoli sententia euidentissime declaratur, qua dicit: cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia et inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut

---

3 Nec enim ...... p. 379, 2 occulta hominum] Prosp. 9, 2. 10, 1

---

8 Gen. 3, 22 14 Eccles. 7, 29 (LXX) 16 l. c. 22 Rom. 2, 14—16

4 uellit Π^1, *item infra* 6 concessisset *Π* 8 inlata *T* data *O* 10 est *ΠTOφ Pr.*: *om.* *Σ* 11 inrationabilem *Σ* 13 omni modo *T* 14 salamonis *ΣΠ* 15 scientiam $\Sigma\varphi^1$ 16 quaesierunt *ΠTOφ Pr.* 19 acciperat Π^1 22 qua] que *O* 24 hii *Σ* hic *O*

etiam defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum. quo sensu etiam dominus per prophetam increpat Iudaeorum non naturalem, sed uoluntariam caecitatem, quam ipsi sibi contumaciter inferebant. surdi, inquit, audite, et caeci intuemini ad uidendum. qui surdus, nisi seruus meus? et caecus, nisi ad quem nuntios meos misi? et ne forte hanc eorum caecitatem 4
aliquis naturae, non uoluntati possit adscribere, alibi ait: educ foras populum caecum, et oculos habentem: surdum, et aures ei sunt, et iterum qui habentes, inquit, oculos non uidetis: et aures, et non auditis. dominus etiam in euangelio quia uidentes, inquit, non uident et audientes non audiunt neque intellegunt. et adinpletur in eis prophetia Esaiae dicens: auditu audietis, et non intellegetis: et uidentes uidebitis, et non uidebitis. incrassatum est enim cor populi huius, et auribus grauiter audierunt: et oculos suos concluserunt: ne quando uideant oculis, et auribus suis audiant, et corde intellegant, et conuertantur, et sanem illos. denique ut possibilitatem 5
boni eis inesse signaret, increpans Pharisaeos quid autem, inquit, etiam ex uobis ipsis non iudicatis quod iustum est? quod utique non eis dixisset, nisi eos iudicio naturali id quod aequum est scisset posse discernere. unde cauendum nobis est, ne ita ad dominum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi id quod malum atque per-

20 denique ..... p. 380, 1 adscribamus naturae] Prosp. 11, 1—2

4 Esai. 42, 18—19 9 Esai. 43, 8 10 Hierem. 5, 21 12 Mt. 13, 13 14 Esai. 6, 9—10 (LXX) 21 Luc. 12, 57

2 prof. *Π* 3 sed] sed etiam *Π* 4 inquid *O* 5 qui *Σ* Π^1 *O*: quis Π^2 *Tv* 6 et qui caecus *T* ad quos *Π* atquem *O* 8 posset *T* 11 inquid *ΠO* et *ante* non *om.* *T* audistis *O* 12 inquid *ΠO* 14 prof. *Π* eseiae *ΣΠ* esayę *O* 15 intellegitis Π^1 uidebitis et non *om.* *Σ* 18 clauserunt *T* 19 suis *om.* *Πv* 22 inquid *O* quid *O* 23 eis non *Tv* eos *om.* *Π* 25 est nobis *Tv* deum *Oφ Pr.r*

uersum est humanae adscribamus naturae. in quo quidem sapientissimi Salomonis, immo domini cuius haec uerba sunt testimonio confutamur: ita enim, cum consummata templi extructione oraret, effatus est: uoluitque Dauid pater meus aedificare domum nominis domini dei Israhel: et ait dominus ad Dauid patrem meum: quod cogitasti in corde tuo aedificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans. uerumtamen non tu aedificabis domum nomini
6 meo. haec ergo cogitatio atque iste tractatus regis Dauid utrumne bonus et ex deo, an malus et ab homine fuisse dicendus est? si enim bona atque ex deo fuit illa cogitatio, cur ab eo a quo inspirata est eidem negatur effectus? si autem mala et ex homine fuit, cur laudatur a domino? restat ergo ut et bona et ex homine fuisse credatur. in quem modum etiam nostras cotidie cogitationes possumus iudicare. neque enim aut soli Dauid bonum ex semet ipso cogitare concessum est, aut nobis, ne quid boni umquam sapere aut
7 cogitare possimus, naturaliter denegatur. dubitari ergo non potest inesse quidem omni animae naturaliter uirtutum semina beneficio creatoris inserta: sed nisi haec opitulatione dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt peruenire, quia secundum beatum apostolum neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. adiacere autem homini in quamlibet partem arbitrii libertatem etiam liber ille qui dicitur Pastoris apertissime docet, in quo duo angeli unicuique nostrum adhaerere

---

4 uoluitque ..... p. 381, 4 uel amare] Prosp. 12, 1. 13, 1

---

4 III Reg. 8, 17—19 23 I Cor. 3, 7 26 cf. VIII, 17, 1

2 salamonis $\Sigma\Pi$ 4 moraret (et *in ras.*) Σ^1 memoraret Σ^2 affatus *T* 5 nomini *Tφ Pr.v* israel Σ 8 pertractans *Tφ Pr.r* 9 tu non *T* nomine Π^1 10 iste *om.* *O* 11 utrum Π 13 quur *O*, *item infra* ei denegatur *φ* 16 ad *eras. ante* modum *in* Π cottidie *T* 17 ipsum Π^1 18 quit bonum quam Σ 19 *post* denegatur *in TO cap. 13 incipit*

dicuntur, id est bonus ac malus, in hominis uero optione
consistere, ut eligat quem sequatur. et idcirco manet in 8
homine liberum semper arbitrium, quod gratiam dei possit
uel neglegere uel amare. non enim praecepisset apostolus
dicens: cum metu et tremore uestram salutem operamini,
nisi scisset eam uel excoli a nobis posse uel neglegi.
sed ne crederent se ad opus salutis diuino auxilio non egere,
subiungit: deus est enim qui operatur in uobis et
uelle et perficere, pro bona uoluntate. et idcirco
Timotheum monens noli, inquit, neglegere gratiam dei
quae est in te, et iterum: ob quam causam moneo ut
resuscites gratiam dei quae est in te. inde est quod 9
etiam Corinthiis scribens hortatur et conmonet, ne indignos
se gratia dei infructuosis operibus exhiberent, dicens: adiuuantes
autem et obsecramus ne in uacuum gratiam
dei recipiatis. quam sine dubio quia in uacuum receperat
Simon, non profuit ei perceptio gratiae salutaris. non enim
praeceptis beati Petri maluit oboedire dicentis: paenitentiam
age ab hac nequitia tua, et ora deum si forte
remittatur tibi haec cogitatio cordis tui: in felle
enim amaritudinis et obligatione iniquitatis
uideo te esse. praeuenit ergo hominis uoluntatem, quia 10
dicitur: deus meus misericordia eius praeueniet
me, et rursum deum remorantem atque utiliter quodammodo
subsistentem, ut nostrum experiatur arbitrium, uoluntas praeuenit
nostra, cum dicitur: et mane oratio mea prae-

5 Phil. 2, 12 8 l. c. 13 10 I Tim. 4, 14 11 II Tim. 1, 6 14 II Cor. 6, 1 18 Act. 8, 22—23 23 Ps. 58, 11 26 Ps. 87, 14

1 ac *ex* et Σ 3 liberum semper ΠOφ Pr.: semper liberum Σ lib. arbitr. semper Υ 6 neclegi Σ 7 ne] nec O 10 inquid ΠO neclegere Σ 11 ammoneo O 12 etiam quod Σ 13 corrinthios Π 14 gratiae ΥO adiurantes Υ 15 et *om.* O 16 reciperat Π^1 17 praefuit Σ^1 18 dicentes Π^1 19 nequitia] neglegentia Π 20 cordis tui *om.* Σ 21 obleg. Π^1 22 uoluntas Π^1 quia qui dicit Υ uoluntatem misericordia domini de qua dicitur *v* 24 rursus ΠΥO*v*

ueniet te, et iterum: praeueni in maturitate, et clamaui, et: praeuenerunt oculi mei ad diluculum.
11 aduocat etiam nos et inuitat, cum dicit: tota die expandi manus meas ad populum non credentem mihi et contradicentem, et inuitatur a nobis, cum dicimus ei: tota die expandi manus meas ad te. expectat nos, cum dicitur per prophetam: propterea expectat dominus ut misereatur uestri, et expectatur a nobis, cum dicimus: expectans expectaui dominum, et respexit me, et: expectaui salutare tuum domine. confortat nos, cum dicit: et ego erudiui, et confortaui bracchia eorum: et in me cogitauerunt malitiam, et ut nosmet ipsos confortemus hortatur, cum dicit: confortate manus dis-
12 solutas, et genua debilia roborate. clamat Iesus: si quis sitit, ueniat ad me et bibat, clamat etiam ad eum propheta: laboraui clamans, raucae factae sunt fauces meae: defecerunt oculi mei, dum spero in deum meum. quaerit nos dominus dicens: quaesiui, et non erat uir: uocaui, et non erat qui responderet, quaeritur et ipse a sponsa flebiliter conquerente: in cubili meo in noctibus quaesiui quem dilexit anima mea: quaesiui eum et non inueni eum, uocaui eum et non respondit mihi.

XIII. Et ita semper gratia dei nostro in bonam partem cooperatur arbitrio atque in omnibus illud adiuuat, protegit

1 Ps. 118, 147 2 l. c. 148 3 Rom. 10, 21 6 Ps. 87, 10 7 Esai. 30, 18 9 Ps. 39, 2 10 Ps. 118, 166 11 Os. 7, 15 13 Esai. 35, 3 14 Ioh. 7, 37 16 Ps. 68, 4 18 Cant. 5, 6 20 Cant. 3, 1 (LXX)

1 maturitatem *$\Pi^1 \Upsilon^1$* 2 ad] ad te *ΠΥOv* deluculum *Π^1* diluculo *Π^2v* (*πρὸς ὄρθρον* LXX: *προσ σε ορθρουν S*[1] *teste Tischendorfio: quam lectionis uarietatem expressam habes XXI*, *26*, *3*) 6 die *in Σ s. l. m. 2* exspectat *Υ et sic deinceps* 7 prof. *Π* 10 exspectaui *ΠΥ* salutarem *Π^1O* confortat] et confortat *Σ* (?) *c* 11 brachia *ΠΥ* bracia *O* 12 ut et *Σ* 16 prof. *Π* 18 dominus *om. Σ* 20 ab *O* cubile *Π^1* 24 *non distinguit Υ* XIIII *O* 25 proteget *Υ*

ac defendit, ut nonnumquam etiam ab eo quosdam conatus
bonae uoluntatis uel exigat uel expectet, ne penitus dormienti
aut inerti otio dissoluto sua dona conferre uideatur, occasiones
quodammodo quaerens quibus humanae segnitiae torpore
discusso non inrationabilis munificentiae suae largitas uideatur,
dum eam sub colore cuiusdam desiderii ac laboris inpertit:
et nihilominus gratia dei gratuita perseuerat, dum exiguis
quibusdam paruisque conatibus tantam inmortalitatis gloriam,
tanta perennis beatitudinis dona inaestimabili tribuit largitate.
nec enim quia illius in cruce latronis praecesserat fides, id- 2
circo pronuntiandum est non ei beatam conmorationem para-
disi gratuito esse promissam, aut paenitentiam Dauid regis
illam unius uerbi qua dixit: peccaui domino, duo tam
grauia eius crimina et non potius clementiam dei abstulisse
credendum est, ut per Nathan prophetam mereretur audire:
et dominus transtulit iniquitatem tuam: non mori-
eris. quod igitur homicidium adulterio addidit, liberi utique
fuit arbitrii: quod autem arguitur per prophetam, diuinae
dignationis est gratia. rursum quod peccatum suum humilia- 3
tus agnoscit, suum est: quod uero sub breuissimo temporis
puncto indulgentiam tantorum criminum promeretur, domini
miserentis est donum. et quid de hac tam breui confessione
et inconparabili diuinae retributionis inmensitate dicamus,
cum beatus apostolus ad illam magnitudinem futurae remu-
nerationis aspiciens quid de illis tam innumeris persecutionibus
suis pronuntiauerit, considerare perfacile sit? nam momenta-
neum hoc, inquit, et leue tribulationis nostrae
supra modum ultra conparationem aeternum pon-
dus gloriae operatur in nobis. de quo et alibi con-

10 cf. Luc. 23, 40 13 II Reg. 12, 13 16 l. c.
26 II Cor. 4, 17

1 et *O* defendet *T* ab eo *om.* *T* conatis Π^1 2 ex-
spectat ΠT^1 5 inrationabiles Π^1 6 ei ... desideria ac labores
T 7 et] ut *Π* 9 inextim. *O* 11 com**morationem *Π* (*fuit*
me) paradysi *ΣT* 14 abstullisse *Π* 15 natham $T^1 O$
prof. *Π* 16 et *om.* $\Sigma^1 T$ transtullit Π^1 18 prof. *Π*
22 miserantis *TO* 27 inquid *O*

stanter enuntiat dicens: quia non sunt condignae
passiones huius temporis ad futuram gloriam
4 quae reuelabitur in nobis. quantumlibet ergo enisa
fuerit humana fragilitas, futurae retributionis par esse non poterit nec ita laboribus suis diuinam inminuet gratiam, ut non semper gratuita perseueret. et idcirco praedictus magister gentium, licet gratia dei apostolatus gradum sortitum se fuisse testetur dicens: gratia autem dei sum quod sum, tamen se quoque diuinae gratiae respondisse pronuntiat dicens: et gratia eius in me uacua non fuit, sed
abundantius illis omnibus laboraui: non autem
5 ego, sed gratia dei mecum. nam cum dicit laboraui,
conatum proprii signat arbitrii: cum dicit non autem ego, sed gratia dei, uirtutem diuinae protectionis ostendit: cum dicit mecum, non otioso neque securo, sed laboranti ac desudanti eam cooperatam fuisse declarat.

XIIII. Quod etiam in Iob probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam. si enim contra inimicum non sua uirtute, sed dei solius fuisset gratia protegente congressus et absque ulla uirtute patientiae suae diuina tantum opitulatione suffultus multiplices illas ac tota inimici crudelitate quaesitas temptationum moles et exitia pertulisset, quomodo non illam calumniosam diabolus quam prius emiserat uocem aduersus eum iustius iterasset: numquid gratis Iob colit deum? nonne tu uallasti eum et uniuersam sub-

---

17 Quod etiam ..... p. 385, 18 pondere praegrauaret] Prosp. 14, 1

---

1 Rom. 8, 18 8 I Cor. 15, 10 10 l. c. 25 Iob. 1, 9—11 (LXX)

3 enixa *O* 4 retributioni *ΠTv* (*non O*) 5 inminuit *Πc* 6 iccirco *Σ* 7 gratiam Π^1 8 sum id quod Π^2*O* 9 diuinae *T* 11 habund. ΠT^a ego autem *Σ et Vulg.* 16 coopertam Π^1 17 *non distinguit T* XV *O* 18 diabulus Π^1 23 temtat. *ΣO* 24 diabulus Π^1 amiserat *T* 25 numquit *Σ* colit iob *Πc* 26 omnem *O*

stantiam eius per circuitum? sed aufer manum tuam, id est sine eum suis mecum uiribus decertare, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. sed cum nullam 2 huiuscemodi querimoniam calumniosus hostis post conflictum audeat iterare, non dei, sed illius se euictum uiribus confitetur: licet etiam gratia dei non in totum illi defuisse credenda sit, quae tantam temptatori temptandi tribuit potestatem, quantam et illum resistendi nouerat habere uirtutem, non eum ab illius inpugnatione sic protegens, ut nullum uirtuti humanae relinqueret locum, sed hoc tantum procurans, ne uiolentissimus inimicus animam eius amentem faciens et inpotem sensu inpari eum atque iniquo certaminis pondere praegrauaret. quod ergo soleat interdum temptare dominus 3 fidem nostram, ut fortior uel gloriosior fiat, euangelici illius centurionis edocemur exemplo, cuius puerum cum sciret utique potestate sermonis sui se dominus curaturum, offerre maluit praesentiam corporalem dicens: ego ueniam et curabo eum. sed illo hanc eius oblationem feruentioris fidei flagrantia supergrediente atque dicente: domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed dic tantum uerbo, et sanabitur puer meus, miratur eum dominus atque conlaudat cunctisque illis qui ex Israhelis populo crediderant praefert dicens: amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israhel. nullius enim laudis 4 esset aut meriti, si id in eo Christus quod ipse donauerat praetulisset. quam explorationem fidei etiam in illo magni-

17 Mt. 8, 7 19 l. c. 8 23 l. c. 10

2 mecum uiribus *ΠΤΟφ Pr.*: uir. mecum *Σ* 5 audiat *Π*[1] euictum *Σ*: uictum *ΠΤΟφ Pr. v* 6 etiam] et *Τ* 7 tantum *Τ*[1] temt. *ΣΟ et sic deinceps* 9 eum *ΠΤΟφ Pr.*: enim *Σ* 11 amentem] ac mentem *Σ* 13 pergrauaret *Π*[1] 14 euancelici *Σ* 15 educemur *ΠΟ*: docemur *ΣΤ* 19 supergradiente *Ο* 20 tantum dic *Τ* 24 israel *Σ* 25 aut *Σ*: ac *ΠΤv* hac *Ο* si id] sed *Π*[1] si *Π*[2] 26 *post* praetulisset *add. Π*: amen dico uobis non dedi tantam fidem in Israhel. *ΤΘv*: alioquin dixisset amen dico uobis (amen dico uobis *om. v*) non dedi t. f. in Israhel. *ego haec ut spuria cum Σ omisi*

ficentissimo patriarcha diuinam legimus dispensasse iustitiam, cum dicitur: et factum est post haec uerba, temptauit deus Abraham. non enim illam fidem quam ei dominus inspirabat, sed illam quam uocatus semel atque inluminatus a domino per libertatis arbitrium poterat exhibere, experiri uoluit diuina iustitia. unde non inmerito fidei eius constantia conprobatur, atque ad eum subueniente gratia dei, quae eum paulisper subreliquerat ut probaret, ita dicitur: ne inferas manum tuam in puerum, neque facias ei quicquam: nunc enim scio quia times dominum tu, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me.

5 quod temptationis genus nobis quoque ad probationis meritum posse contingere in Deuteronomio satis euidenter a legislatore praedicitur: si surrexerit inter uos propheta aut qui somnium uidisse se dicat et praedixerit signum atque portentum, et euenerit quod locutus est et dixerit tibi: eamus et seruiamus diis alienis quos ignoratis, ne audias uerba prophetae illius aut somniatoris: quia temptans temptat te dominus deus tuus utrum diligas eum in toto corde tuo et

6 custodias mandata illius an non. quid ergo? cum istum prophetam aut somniatorem surgere permiserit deus, itane eos, quorum fidem probare disponit, protecturus esse credendus est, ut nullum penitus locum, quo suis uiribus cum temptatore confligant, libero eorum reseruet arbitrio? et quid eos necesse est uel temptari, quos ita infirmos nouit ac fragiles, ut nequaquam uirtute sua ualeant resistere temptatori? sed utique nec temptari eos iustitia domini permisisset,

2 Gen. 22, 1 (LXX) 8 l. c. 12 (LXX) 14 Deut. 13, 1—3

1 iustitia Σ 2 hoc Π^1 temt. Σ (*passim*) deus temptauit Υ 3 qua Υ^{1a} 5 per arbitrii libertatem $\Pi \Upsilon O v$ (*cf. cap. 18, 4* liberae uoluntatis arbitrium: *uariat enim auctor ut XVII, 31, 1* sub libertatis gratia *et XXI, 30, 3* sub gratiae libertate) oporterat Σ 6 merito Σ 11 tu] tuum Σ: *om.* O 13 deutheronomio Σ 14 prof. ΠO 15 se uidisse Υ dicit Σ: *cf. XV, 1, 5* 18 prof. Π 22 prof. ΠO 23 disponet Υ 24 nullus Π locus Π *corr.* 25 temptatione Υ

nisi parem in eis resistendi scisset inesse uirtutem, qua possent
aequitatis iudicio in utroque merito uel rei uel laudabiles
iudicari. tale est et illud quod ab apostolo dicitur: itaque 7
qui se existimat stare, uideat ne cadat. temptatio
uos non adprehendit nisi humana. fidelis autem
deus, qui non permittat uos temptari supra id quod
potestis, sed faciat cum temptatione et exitum,
ut sustinere possitis. cum enim dicit: qui stat,
uideat ne cadat, sollicitam reddit arbitrii libertatem, quam
utique nouerat percepta gratia uel stare per industriam uel
cadere per neglegentiam posse. cum autem infert: temptatio
uos non adprehendit nisi humana, infirmitatem eorum
et inconstantiam necdum robustae mentis exprobrat, qua ad-
huc spiritalium nequitiarum turbinibus non poterant inpugnari,
aduersum quos se ipsum uel illos perfectos nouerat cotidie
dimicare, de quibus ad Ephesios dicit: iam non est nobis
conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed
aduersus principatus, aduersus potestates, ad-
uersus mundi rectores tenebrarum harum, contra
spiritalia nequitiae in caelestibus. cum uero sub-
iungit: fidelis autem deus, qui non permittat uos
temptari supra id quod potestis, non utique optat ne
eos dominus temptari permitteret, sed ne supra id quod
sustinere poterant temptarentur. illud enim indicat humani 8
arbitrii facultatem, hoc uero domini gratiam temptationum
luctamina moderantis ostendit. in his igitur omnibus adpro-
batur ita semper diuinam gratiam arbitrium hominis incitare,
ut illud non in omnibus taliter protegat ac defendat, ut non

3 I Cor. 10, 12—13   16 Eph. 6, 12   21 I Cor. 10, 13

1 possit Σ possint $\Pi^1 O$ 2 aequitates Π^1 laudabilis Π^1 5 adpraehendat $\Pi^2 T^1$ 6 permittit T temtari Σ (*passim*)   super O 7 faciet T et] etiam T 8 dicet O 9 reddet $\Pi^1 O^1$ 12 adpraehendat Σ(?)$\Pi^2 T^1$ 15 aduersus TO cott. T quotidię O 16 efesios Π 18 princip. et potestates $\Pi^2 O$ potestates et aduersus T 20 nequitia. Π 21 deus *om.* ΣT^1 permittit T 22 super O 23 id *om.* Π 24 humana Π humanam O 26 *post* ostendit *in* T *cap. 14 incipit*

etiam propriis eum conatibus congredi aduersus spiritales faciat inimicos, in quibus uel gratiam dei uictor uel infirmitatem suam superatus intellegat et ita discat non de sua fortitudine, sed de diuino semper sperare suffragio atque ad suum iugiter recurrere protectorem. et ut hoc non nostra coniectura, sed euidentioribus adhuc scripturae diuinae testimoniis adprobetur, illud quod in Iesu Naue legitur retractemus: has, inquit, gentes dimisit dominus ac disperdere noluit, ut in eis experiretur Israhelem, utrum custodiret mandata domini dei sui, et ut haberent

9 consuetudinem cum hostibus proeliandi. et ut inconparabili creatoris nostri clementiae mortale aliquid non pro aequalitate pietatis, sed ex aliqua indulgentiae similitudine conparemus: si nutrix pia atque sollicita diu paruulum sinu gestat, ut quandoque ingredi doceat, et primum quidem eum reptare permittit, dein erectum ut alternis passibus innitatur dexterae suae uirtute sustentat, mox paululum derelictum si titubantem uiderit protinus adprehendit, nutantem suscipit, lapsum erigit et uel arcet a casu uel etiam decidere leuiter sinens eleuat post ruinam, cum autem eum ad pueritiam uel adulescentiae ac iuuentatis perduxerit robur, quaedam etiam pondera uel labores quibus non obprimatur sed exerceatur iniungit et cum aemulis decertare permittit: quanto magis caelestis ille omnium pater nouit quem sinu gratiae suae gestet, quem liberae uoluntatis arbitrio in conspectu suo exerceat ad uirtutem, et tamen adiuuat laborantem, exaudit uocantem, non relinquit quaerentem, eripit de periculo interdum etiam nescientem.

8 Iud. 3, 1—2 et 2, 22

1 aduersum *Πv* 2 inimicus *Π*[1] 4 adque *O* 6 diuinae *om. ΠΥOv* 7 adprobemus *Υ* hiesum *Σ* *pro* iesu naue *Υ habet*: lege diuina 8 inquid *O* 10 et *om. Π* 12 aliquit *Π*(*Σ*) 13 pietates *Π*[1] 14 *pro* si *in Π est rasura 1—2 litterarum* sinu paruulum *ΠΥOv* 15 gestet *Υ* 16 permittat *Υ* dehinc *ΠΥOv* 17 sustentet at mox paulolum *Υ* 19 labsum *ΣΠ* eregit *Π*[1] 21 adulisc. *Π* iuuentutis *Π*[2] *Υ* *v* iubentutis *O* 27 relinquid *O*

XV. Per quae euidenter ostenditur inscrutabilia esse indicia dei et inuestigabiles uias eius, quibus ad salutem humanum adtrahit genus. quod etiam euangelicarum uocationum exemplis possumus adprobare. Andream namque ac Petrum ceterosque apostolos nihil de salutis suae remedio cogitantes spontanea gratiae suae dignatione praelegit: Zacchaeum ad conspectum se domini fideliter extendentem et exiguitatem staturae suae sycomori celsitudine subleuantem non solum suscipit, uerum etiam benedictione cohabitationis inlustrat: inuitum ac repugnantem adtrahit Paulum: alium 2 ita praecipit sibi inseparabiliter inhaerere, ut ei postulanti breuissimas pro sepultura patris non concedat indutias: Cornelio precibus et elemosynis iugiter insistenti uelut remunerationis uice uia salutis ostenditur eique angeli uisitatione praecipitur, ut accersiens Petrum uerba salutis ab eo quibus una cum omnibus suis saluaretur agnoscat. et ita multiformis illa sapientia dei salutem hominum multiplici atque inscrutabili pietate dispensat ac secundum capacitatem uniuscuiusque gratiam suae largitatis inpertit, ut ipsas quoque curationes non secundum uniformem maiestatis suae potentiam, sed secundum mensuram fidei, in qua unumquemque repperit uel sicut unicuique ipse partitus est, maluerit exercere. cre- 3 dentem namque, quod ad emundationem leprae suae uoluntas Christi sola sufficeret, solo uoluntatis suae curauit adsensu dicens: uolo, mundare: alteri deprecanti ut adueniens per inpositionem manus suae defunctam filiam suscitaret,

1 Rom. 11, 33 4 cf. Mt. 4, 18 6 cf. Luc. 19, 2 sqq. 10 cf. Act. 9, 3 sqq. 11 cf. Mt. 8, 21 sq. 12 cf. Act. 10 25 Mt. 8, 3 26 cf. Mt. 9, 18

1 XVI *O* 3 adtrahet Π^1 euangelicorum Σ 6 cogitantis Π^1 zaccheum $\Sigma\Pi$ zacheum T zacceum *O* 8 sicomori Π sycomore (re *in ras. m. 2*) *O* celsitudinem Π^1 9 benedictionem Π^1 10 inuitum Π 11 praecepit T inseperabiliter Σ 12 inducias T cornilio Π^1 13 aelemosinis Σ(*O*) 15 arcessiens *ex* arcersiens *O* 16 et ita] etiam T 18 unicuiusque Π^1 21 reppererit *O* 23 aemulationem Σ 25 ueniens T

ingressus domum eius eodem modo quo ille sperauerat id quod rogabatur indulsit: alii credenti summam salutis in uerbi eius praeceptione consistere ac respondenti: dic tantum uerbo, et sanabitur puer meus, per sermonis imperium resolutos artus pristino robore solidauit dicens:
4 uade, et sicut credidisti fiat tibi: aliis de tactu fimbriae eius sperantibus medicinam ubertim sanitatis dona largitus est: aliorum morbis medellam rogatus indulsit: aliis spontaneam praestitit medicinam: alios hortatus est ut sperarent dicens: uis sanus fieri? aliis non sperantibus ultro ingessit auxilium: aliorum desideria, priusquam uoluntati eorum satisfaceret, explorauit dicens: quid uultis ut faciam uobis? alii ignoranti uiam, qua id quod concupierat obtineret, benignus ostendit si credideris, inquiens, uide-
5 bis gloriam dei: inter alios ita uirtutem curationum afluenter effudit, ut de eis euangelista conmemoret: et curauit omnes languidos eorum: inter alios uero inmensa illa beneficiorum Christi abyssus ita obturata est, ut dicatur: et non poterat inter illos Iesus facere uirtutes propter incredulitatem illorum. et ita largitas dei secundum capacitatem humanae fidei etiam ipsa formatur, ut huic quidem dicat: secundum fidem tuam fiat tibi, illi uero: uade, et sicut credidisti fiat tibi, alii autem: fiat tibi sicut uis, et rursum alteri: fides tua te saluum fecit.

3 Mt. 8, 8 6 l. c. 13 7 cf. Mt. 9, 20 10 Ioh. 5, 6 12 Mt. 20, 32 14 Ioh. 11, 40 16 Mt. 14, 14 19 Marc. 6, 5–6 22 Mt. 9, 29 23 Mt. 8, 13 24 Mt. 15, 28. Marc. 10, 52. Luc. 18, 42

1 quod Π^1 3 uerbis Π^1 perceptione Σ 5 resoluto Σ 6 et *om.* Τ crededisti Π^1 aliiis Σ tactus ΣO 8 medelam Π^2Τ 13 qua] per quam Τ 14 optin. ΣΤ credediris Π^1 15 inter alios] iterum aliis Τ curationum uirtutem Τ 16 affluenter Π^2Τ effundit Π^1 commemoraret Τ 18 abissus O operata Σ obdurata Τ 19 iesus inter illos O 20 eorum ΤO 23 et *om.* $Τ^a$ crededisti Π^1 alii autem fiat tibi *om.* Τ 24 rursus Τ 25 saluam Τ (*quod pertinet ad Mt. 9, 22*)

XVI. Nemo autem aestimet haec a nobis ob hoc fuisse prolata, ut nitamur adstruere summam salutis in nostrae fidei dicione consistere secundum quorundam profanam opinionem, qui totum libero arbitrio deputantes gratiam dei dispensari secundum meritum uniuscuiusque definiunt: sed absoluta plane pronuntiamus sententia etiam exuberare gratiam dei et transgredi humanae interdum infidelitatis angustias. quod in 2
illo euangelico regulo factum fuisse reminiscimur, qui dum facilius credit aegrotantem filium suum posse curari quam mortuum suscitari, praesentiam domini festinus inplorat dicens: *domine, descende prius quam moriatur filius meus.* cuius infidelitatem licet his sermonibus Christus arguerit: *nisi signa et prodigia uideritis, non creditis,* tamen non secundum infirmitatem fidei eius gratiam suae diuinitatis exercuit nec praesentia corporali, quemadmodum ille crediderat, letales febrium morbos, sed uerbo suae potestatis exclusit dicens: *uade, filius tuus uiuit.* quam super- 3
abundantiam gratiae etiam in illius paralytici curatione dominum legimus effudisse, cum ei languoris sui tantum, quo corpus fuerat resolutum, remedia poscenti animae prius ingerit sospitatem dicens: *constans esto fili, dimittuntur tibi peccata tua.* post quod non credentibus scribis posse eum remittere humana peccata ad confundendam incredulitatem eorum etiam membra eius paralyseos ualitudine resoluta potestatis suae sermone restrinxit dicens: *quid cogitatis mala in cordibus uestris? quid est facilius, dicere:*

1 Nemo autem....5 definiunt] Prosp. 17, 1

11 Ioh. 4, 49 13 l. c. 48 17 l. c. 50 21 Mt. 9, 2 25 l. c. 4—6

1 XVII *O* extimet *O* 3 quorũdam *T* 4 dispensatoris *O* 6 sane *T* 7 interdum humanae *Πc* 13 credetis *O* 15 quemammodum *Σ* 16 uerbum *Π¹* uerbo sed *T* 17 superhab. *Π¹* 18 paraletici *Σ* paralit. *TO* 19 langoris *O* 21 hospitatem *Π¹* filii *O* 23 permittere *Π¹* confundendum *O* 24 paraliseos *O* ualetudine *ΣΠ¹* 25 restinxit *O*

dimittuntur tibi peccata, aut dicere: surge et ambula? ut sciatis autem quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: surge, tolle lectum tuum et
4 uade in domum tuam. similiter etiam in illo, qui triginta et octo annos iuxta natatoriae crepidinem frustra decumbens de aquae illius motu sperauerat medicinam, munificentiam ultroneae largitatis ostendit. nam cum uolens eum ad salutis remedia prouocare dixisset ei: uis sanus fieri? cumque ille de humani adiutorii inopia quereretur ac diceret: hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam, incredulitati eius et ignorantiae ueniam tribuens pristinae eum sanitati non illa qua sperauerat uia, sed qua uoluit dominus miseratione restituit dicens: surge,
5 tolle lectum tuum et uade in domum tuam. et quid mirum si haec domini potestate gesta narrentur, cum similia etiam per seruos suos diuina gratia fuerit operata? ingredientibus namque templum Petro et Iohanne cum ille claudus ex utero matris, qui gressum penitus ignorabat, elemosynam postularet, illi non uilia aera quae poscebat infirmus, sed gressus officia largiuntur et paruissimae stipis sperantem solacia insperatae salutis praemiis locupletant dicente Petro: argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula.

XVII. Per haec igitur exempla quae de euangelicis pretulimus monumentis euidentissime poterimus aduertere diuersis atque

---

26 Per haec ...... p. 393, 13 refugium nominatur] Prosp. 18, 1

---

9 Ioh. 5, 6   10 l. c. 7   14 l. c. 8   23 Act. 3, 6

1 remittuntur *ΠOv*   3 demittendi Π^1 4 paralitico *ΥO* surge et *ΠΥc*   5 etiam] autem *Πv*   6 annus Π^1 cripidinem *Π*   9 reuocare *O*   10 quaereretur *ΣΠ*   16 narrentor Σ^1 17 fuerat Π^1 19 et ex *Υ*   elemosinam *Σ* aelimosinam *H* elemosina *O*   20 aerea *Π*   21 paruissima *ΥO*   stipis] ab ipsis *Υ*   22 solatia *Π*   inspiratae *Σ*   24 dñi ihu *O*   26 XVIII *O*   27 monimentis ΥO^1

innumeris modis et inscrutabilibus uiis deum salutem humani generis procurare et quorundam quidem uolentium ac sitientium cursum ad maiorem incitare flagrantiam, quosdam uero etiam nolentes inuitosque conpellere, et nunc quidem ut inpleantur ea quae utiliter a nobis desiderata perspexerit adiuuare, nunc uero etiam ipsius sancti desiderii inspirare principia et uel initium boni operis uel perseuerantiam condonare. inde est 2
quod orantes non solum protectorem ac saluatorem, sed etiam adiutorem ac susceptorem dominum proclamamus. in eo enim quod prior aduocat et ignorantes nos atque inuitos adtrahit ad salutem, protector atque saluator est, in eo autem quod adnitentibus nobis opem ferre refugientesque suscipere ac munire consueuit, susceptor ac refugium nominatur. denique hanc dispensationis dei multiplicem largitatem beatus apostolus mente pertractans et in quoddam inmensum atque interminabile pietatis dei pelagus se incidisse conspiciens exclamauit: o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei: quam inscrutabilia iudicia dei et inuestigabiles uiae eius. quis enim cognouit sensum domini? huius ergo scientiae admirationem, quam ille talis 3
ac tantus gentium magister expauit, euacuare conabitur, quisque crediderit illius inaestimabilis abyssi profunditatem humana ratione se posse metiri. nam qui ad plenum dispensationes dei, quibus salutem in hominibus operatur, uel mente concipere uel disserere se posse confidit, procul dubio inpugnans apostolicae sententiae ueritatem scrutabilia esse dei

17 Rom. 11, 33—34

1 deum] dñi *Σ O* 2 ac *Π Υ O φ Pr.*: et *Σ* (?) *v* 3 fraglantiam *O* 5 a *om. Π* a nobis utiliter *Υ* perspexerat *Π* 6 insperare *Σ* 9 et susceptorem deum *O* 11 saluatur *Π*[1] 12 adnitentibus *Π Υ O*: annitentibus *φ* innitentibus *Σ* fugientesque *Υ φ* 13 munere *Π*[1] 18 sunt indicia *Υ O v* dei] eius *Q v* ininuestigabiles *Σ*: *sed cf. infra §. 8* uestigabiles 22 credederit *Π*[1] inaestimabiles *Π* inextimabilis abissi *O* 23 dispensationis *Π* 25 deserere *Π*[1] 26 dei esse *Π Υ* iudicia dei *O*

iudicia et uestigabiles uias eius profana pronuntiabit audacia.
4 hanc igitur dispensationem atque amorem suum, quem nobis tribuere dominus indefessa pietate dignatur, uolens motu humanae affectionis exprimere nec inueniens in hac creatura talem caritatis affectum, cui eum conparare dignius posset, tenerrimis piae matris uisceribus conparauit. et utitur quidem hoc exemplo, quia carius aliud in natura hominum non potest inueniri, dicens: numquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? sed non contentus hac conparatione transcendit eam confestim atque subiungit dicens: et si illa oblita fuerit, ego autem non obliuiscar tui.

XVIII. Per quod euidenti ratione colligitur ab his qui non loquacibus uerbis, sed experientia duce uel magnitudinem gratiae uel modulum humani metiuntur arbitrii, quia non leuibus cursus, nec fortibus proelium, nec sapientibus panis, nec prudentibus diuitiae, nec scientibus gratia, sed operatur haec omnia unus atque idem spiri-
2 tus, diuidens unicuique prout uult. et idcirco fide non dubia et ut ita dicam palpabili experientia conprobatur uniuersitatis deum uelut piissimum patrem benignissimumque medicum secundum apostolum indifferenter omnia in omnibus operari et nunc quidem salutis inspirare principia et inserere unicuique

8 Esai. 49, 15 11 l. c. 15 Eccles. 9, 11 (LXX) 18 I Cor. 12, 11

1 inuestigabiles Π^2 *post* audacia *addunt* $\Pi T O v$: ipso quoque domino haec ad eos ita testante: non enim cogitationes meae cogitationes uestrae, neque uiae uestrae uiae meae (uiae meae uiae uestre *O*), dicit dominus. quia sicut exaltantur caeli a terra, sic exaltatae sunt uiae meae a uiis uestris, et cogitationes meae a cogitationibus uestris (*Esai. 55, 8—9*) *quod scripturae testimonium quamquam hoc loco non ineptum esse uidetur, non quadrat tamen pluralis numerus eos adiunctus singulari* pronuntiabit 5 dignus Σ 8 inuenire Π^1 numquit Σ 9 uteris Σ 10 transcendet Π 12 autem Σ (ἀλλ' ἐγώ LXX) tamen $\Pi T O v$ tui dicit dominus T 13 XVIIII *in ras. m. 2 O* euidente Π 17 gratiae sed operetur Π 19 unicuque Π 23 unicuque Π^1

bonae uoluntatis ardorem, nunc uero ipsius operationis effectum
et consummationem donare uirtutum: et nunc a ruina iam
proxima lapsuque praecipiti etiam inuitos et inscios reuocare,
nunc autem occasiones et oportunitates salutis ingerere ac
praecipites uiolentósque conatus a letalibus dispositiònibus in-
hibere: et alios quidem uolentes currentesque suscipere, alios
uero nolentes resistentesque pertrahere et ad bonam cogere
uoluntatem. totum uero non semper resistentibus nec per- 3
seueranter inuitis nobis a diuinitate concedi et summam
salutis nostrae non operum nostrorum merito, sed caelesti
gratiae deputandam ita domini ipsius uocibus edocemur: et
recordabimini uiarum uestrarum, et omnium sce-
lerum uestrorum, quibus polluti estis in eis: et
displicebitis uobis in conspectu uestro in omnibus
malitiis uestris, quas fecistis. et scietis quia ego
dominus, cum bene fecero uobis propter nomen
meum, non secundum uias uestras malas, neque
secundum scelera uèstra pessima domus Israhel.
et idcirco hoc ab omnibus catholicis patribus definitur, qui 4
perfectionem cordis non inani disputatione uerborum, sed re
atque opere didicerunt, diuini esse muneris primum ut accen-
datur unusquisque ad desiderandum omne quod bonum est,
sed ita ut in alterutram partem plenum sit liberae uoluntatis
arbitrium: itemque etiam secundum diuinae esse gratiae ut
effici ualeant exercitia praedicta uirtutum, sed ita ut possibili-
tas non extinguatur arbitrii: tertium quoque ad dei munera
pertinere ut adquisitae uirtutis perseuerantia teneatur, sed
ita ut captiuitatem libertas addicta non sentiat. sic enim 5
uniuersitatis deus omnia in omnibus credendus est operari,
ut incitet, protegat atque confirmet, non ut auferat quam

11 Ezech. 20, 43—44

2 et *post* effectum *om.* Π 3 labsuque $\Sigma\Pi$ praecepiti Π^1 5 uiolentusquae Π^1 7 retinentesque ΠO renitentesque $T v$ 9 a diuinitate] adnuntiate Π 11 gratia Σ 12 recordamini T 14 displecibitis Π^1 18 israel Σ 20 perfectione Σ 21 accedat O 23 in *om.* TO liberum T 25 efficacia Σ 27 adquaesitae Π

semel ipse concessit arbitrii libertatem. si quid sane uersutius humana argumentatione ac ratione collectum huic sensui uidetur obsistere, uitandum magis est quam ad destructionem fidei prouocandum (non enim fidem ex intellectu, sed intellectum meremur ex fide, sicut scriptum est: nisi credideritis, non intellegitis), quia, quemadmodum et deus omnia operetur in nobis et totum libero adscribatur arbitrio, ad plenum humano sensu ac ratione non potest conprehendi.

Hoc nos beatus Chaeremon confirmatos cibo laborem fecit tam inuii itineris non sentire.

5 Esai. 7, 9 (LXX)

1 quis *ΣO* 3 destrictionem *Σ* 6 intellegetis *Π* 7 operatur *Π* scribatur *Π* *post* arbitrio *addunt* *ΠOv*: cum (cui *Ov*) dicitur: si uolueritis, et audieritis me, quae bona sunt terrae manducabitis (*Esai. 1, 19*) *cf. cap. 9, 2* 9 cibos $Σ^1$ labore $Π^1$ 10 tam inuiti *Σ* tanti *Τ* Explicit abbatis chaeremonis (cher. *Τ*) de protectione dei (conlatio ·III· *add.* *Π*) *ΣΠΤ* Incipit (incepit $Π^1$) conlatio abbatis nesterotis de spiritali scientia (stientia $Π^1$ *passim*) *ΣΠ*: *om.* *Τ* Incipiunt capitula (capitule $Τ^1$) conlationis primae (pr. *om.* *Τ*) abbatis nesterotis de spiritali scientia *ΠΤ*: *om.* *Σ* *subscriptio corrupta in O*

XIIII.

CONLATIO ABBATIS NESTEROTIS PRIMA.

DE SPIRITALI SCIENTIA.

CAPITVLA.

5 nestoris *O* religiosiorum *Υ* 6 agnitione *Υ* 9 diriuetur *ΠΥ* 10 professiones *et* perseuerantiae *Π*[1] 12 caritatis *Σ* 20 facto *Σ* pactu *Π* frugum *Υ* possumus *ΣO*[1]

XV. Obiectio de eo, quod multi inmundi scientiam habeant et sancti non habeant.
XVI. Responsio, eo quod mali scientiam ueram habere non possint.
XVII. Quibus ratio perfectionis debeat aperiri.
XVIII. Quibus de causis doctrina spiritalis infructuosa sit.
XVIIII. Quod plerumque etiam indigni gratiam salutiferi sermonis accipiant.

I. Sponsionis nostrae et itineris ordo conpellit, ut abbatis
Nesterotis praeclari in omnibus summaeque scientiae uiri in-
stitutio subsequatur. qui cum sacrarum scripturarum nos
aliqua memoriae conmendasse et eorum intellegentiam desi-
2 derare sensisset, talibus nos adorsus est uerbis. multa qui-
dem scientiarum in hoc mundo sunt genera, tanta siquidem
earum quanta et artium disciplinarumque uarietas est. sed
cum omnes aut omnino inutiles sint aut praesentis tan-
tum uitae conmodis prosint, nulla est tamen quae non
habeat proprium doctrinae suae ordinem atque rationem, per
3 quam ab expetentibus possit adtingi. si ergo illae artes ad
insinuationem sui certis ac propriis lineis diriguntur, quanto
magis religionis nostrae disciplina atque professio, quae ad
contemplanda inuisibilium sacramentorum tendit arcana nec
praesentes quaestus, sed aeternorum retributionem expetit
praemiorum, certo ordine ac ratione subsistit. cuius quidem
duplex scientia est: prima πρακτική, id est actualis, quae

2 et sancti non habeant *om.* T 4 possunt T 5 aperire Π¹ 6 spiritalis doctrina ΠTOv 8 Expliciunt capitula T Finiunt capitula conlationis (conlationes Π¹: *om.* Σ) abbatis nesterotis (nesteronis Π¹) de spiritali scientia ΣΠ Incipit (*om.* Σ) conlatio abbatis nesterotis de spiritali scientia ΣT: *om.* Π 10 nestoris O in omnibus] nominis T et summae Π, *sed* et *s. l. add. m. 2* stientientiae Π¹ 14 generata Π¹ 16 sunt Π¹ 18 habet Σ 21 disciplinę T¹ 25 *ante* prima *in* T *est*: II ΠΡΑΚΘΗΚΗ T *plane corrupte* O (*passim*)

emendatione morum et uitiorum purgatione perficitur: altera *θεωρητική*, quae in contemplatione diuinarum rerum et sacratissimorum sensuum cognitione consistit.

II. Quisquis igitur ad *θεωρητικὴν* uoluerit peruenire, necesse est ut omni studio atque uirtute actualem primum scientiam consequatur. nam haec *πρακτικὴ* absque theoretica possideri potest, theoretica uero sine actuali omnimodis non potest adprehendi. gradus enim quidam ita ordinati atque distincti sunt, ut humana humilitas possit ad sublime conscendere: qui si inuicem sibi ea qua diximus ratione succedant, potest ad altitudinem perueniri, ad quam sublato primo gradu non potest transuolari. frustra igitur ad conspectum dei tendit qui uitiorum contagia non declinat: s p i r i t u s n a m q u e d e i o d i t f i c t u m, n e c h a b i t a t i n c o r p o r e s u b d i t o p e c c a t i s.

III. Haec autem actualis perfectio duplici ratione subsistit. nam primus eius est modus, ut omnium natura uitiorum et curationis ratio cognoscatur. secundus, ut ita discernatur ordo uirtutum earumque perfectione mens nostra formetur, ut illis iam non uelut coacta et quasi uiolento imperio subiecta famuletur, sed tamquam naturali bono delectetur atque pascatur et arduam illam atque angustam uiam cum oblectatione conscendat. quo enim modo uel uirtutum rationem, qui secundus in actuali disciplina gradus est, uel rerum spiritalium et caelestium sacramenta, quae in theoriae gradu sublimiore consistunt, ualebit adtingere, qui naturam uitiorum suorum nec potuit intellegere nec enisus est exstirpare? consequenter enim 2

13 Sap. 1, 5 et 4

2 ΘΕΩΡΗΘΙΚΗ *Υ* 3 cogitatione *Υ* 4 *non distinguit Υ* ΘΕΩΡΗΘΙΚΗΝ *Υ* εω (*sic!*) *Π* theoricen *O* 6 ΠΡΑΚΘΙΚΗ *Υ* theoterica *Σ bis* ΘΕΩΡΗΘΙΚΑ *Υ* possidere *Π*[1] 10 succendant *Π*[1] 12 subuolari *Υ* domini *Υ* 13 qui] quisque *O* domini *Υ* 14 odit *Σ*: effugiet *ΠΥOv*, *ut est cap. 16, 2* 17 modus est *Σ* 19 eorumque *ΣΥ*[1] 20 non iam *ΠΥOv* uelut] ut *Σ*[1] 22 artam *Υ* 25 subliiniori *Υ* 27 nisus *Πv* enixus *O* extirp. *ΠO*

pronuntiabitur progredi ad excelsiora non posse qui non euicerit planiora, multoque minus ea quae sunt extrinsecus adprehendet, quisque intellegere ea quae sibi sunt inserta non quiuerit. sciendum tamen duplici nobis laboris intentione sudandum in expellendis uitiis quam in uirtutibus adquirendis. et hoc non nostra capimus coniectura, sed illius sententia perdocemur qui solus opificii sui uires rationemque cognoscit. ecce, inquit, constitui te hodie super gentes et super regna, ut euellas, et destruas, et disperdas,
3 et dissipes, et aedifices, et plantes. in expulsione enim noxiarum rerum quattuor esse necessaria designauit, id est euellere, destruere, disperdere, dissipare, in perficiendis uero uirtutibus et his quae ad iustitiam pertinent adquirendis aedificare tantummodo atque plantare. unde liquido patet difficilius conuelli atque eradicari inolitas corporis atque animae passiones quam spiritales extrui plantarique uirtutes.

IIII. Haec igitur πρακτική, quae duobus ut dictum est subsistit modis, erga multas professiones studiaque diuiditur. quidam enim summam intentionis suae erga heremi secreta et cordis constituunt puritatem, ut in praeteritis Heliam et Helisaeum nostrisque temporibus beatum Antonium aliosque eiusdem propositi sectatores familiarissime deo per silentium
2 solitudinis cohaesisse cognoscimus. quidam erga institutionem fratrum et peruigilem coenobiorum curam omnem studii sui sollicitudinem dediderunt, ut nuper abbatem Iohannem, qui in uicinia ciuitatis cui nomen est Thmuis grandi coenobio praefuit, ac nonnullos eiusdem meriti uiros apostolicis etiam signis meminimus claruisse. quosdam xenodochii et suscepti-

8 Hierem. 1, 10

2 adprehendit *ΠΥ* 4 tamen est *Υv* duplici ratione *Υ* 5 sudandam *Π* tam in *Υv* 8 inquid *O* 11 quatuor *Υ* 15 atque animae passiones *om. Π* animi *Υ* 17 Πρατικη *Π* Πραχθικη *Υ* 18 multis *Π*[1] 20 ut] et *Υ*[1] eliam *O* 21 heliseum *Σ* heliseum *Υ* elisseum *O* 24 peruigelem *Π* sui *om. Σr* 25 dederunt *ΠΥOc* nuper beatum iohannem abbatem *Υ* 26 in *om. Π* uicina *Π* thumuis *Σ* himis *Υ* thembis *O* coenebio *Σ* 27 eius *Π* 28 xenodocii *ΣO* et susceptionis *om. Υ*

onis pium delectat obsequium, per quod etiam in praeteritis Abraham patriarcham et Loth domino placuisse et nuper beatum Macarium singularis mansuetudinis ac patientiae uirum, qui xenodochio ita apud Alexandriam praefuit, ut nulli eorum qui solitudinis secreta sectati sunt inferior sit credendus. quidam eligentes aegrotantium curam, alii intercessionem quae 3
pro miseris atque obpressis inpenditur exsequentes aut doctrinae instantes aut elemosynam pauperibus largientes inter magnos ac summos uiros pro affectu suo ac pietate uiguerunt.

V. Quapropter hoc unicuique utile atque conueniens est, ut secundum propositum quod elegit siue gratiam quam accepit summo studio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet et aliorum quidem laudans admiransque uirtutes nequaquam a sua quam semel elegit professione discedat, sciens secundum apostolum unum quidem esse corpus ecclesiae, multa autem membra, et habere eam d o n a t i o n e s   s e c u n d u m   g r a t i a m   q u a e   n o b i s   d a t a   e s t   d i f f e r e n t e s ,   s i u e   p r o p h e t i a m   s e c u n d u m   r a t i o n e m   f i d e i ,   s i u e   m i n i s t e r i u m   i n   m i n i s t e r i o ,   s i u e   q u i   d o c e t   i n   d o c t r i n a ,   s i u e   q u i   e x h o r t a t u r   i n   e x h o r t a t i o n e ,   q u i   t r i b u i t   i n   s i m p l i c i t a t e ,   q u i   p r a e e s t   i n   s o l l i c i t u d i n e ,   q u i   m i s e r e t u r   i n   h i l a r i t a t e. nec enim ulla membra aliorum sibi membrorum possunt ministeria uindicare, quia nec oculi manuum nec nares aurium utuntur officio. et idcirco non omnes apostoli, non omnes prophetae, non omnes doctores, non omnes gratiam habent curationum, non omnes linguis loquuntur, non omnes interpretantur.

15 cf. Rom. 12, 4 sq.   17 l. c. 6—8   25 cf. I Cor. 12, 28

2 abbraham *T*   loht *O*   *post* placuisse *v addit* scimus, *sed uidetur* meminimus *ex praecedenti enuntiato supplendum*   3 macharium *ΠT*   mansuitudinis *Π*[1]   sapientiae *T*   4 xenodoci uita *Σ*   aput *ΣO*   alexandream *Π*[1]   7 oppressis *ΣTO* exequentes *O*   8 aelimosinam *Π* elemosinam *O*   9 pietate] uoluntate *T*   11 elegerit *T*   14 quem *Π*   18 differenter *T* prof. *Π*   19 ministrando *TOv*   22 solitudine *Π*[1]   23 ministeria possunt *T*   24 naris *Π*[1]   25 prof. *ΠO*   26 gratiam *TO*: gratia *Σ* gratias *Πv*   27 omnis *Π*[1]   locuntur *ΣO*

VI. Solent enim hi qui necdum sunt in illa quam arripuerunt professione fundati, cum audierint quosdam in diuersis studiis ac uirtutibus praedicari, ita eorum laude succendi, ut imitari eorum protinus gestiant disciplinam: in quo inritos necessario inpendit conatus humana fragilitas. inpossibile namque est unum eundemque hominem simul uniuersis quas superius conprehendi fulgere uirtutibus. quas si quis uoluerit pariter affectare, in id incidere eum necesse est, ut dum omnes sequitur nullam integre consequatur magisque ex hac inmutatione ac uarietate dispendium capiat quam profectum. multis enim uiis ad deum tenditur, et ideo unusquisque illam quam semel arripuit inreuocabili cursus sui intentione conficiat, ut sit in qualibet professione perfectus.

VII. Absque illo namque dispendio, quo feriri monachum diximus qui mobilitate mentis ad studia cupit transire diuersa, etiam hinc periculum mortis incurritur, quod nonnumquam recte quaedam ab aliis gesta malo ab aliis praesumuntur exemplo et quae nonnullis bene cesserant perniciosa ab aliis sentiuntur. nam ut quiddam exempli gratia proferamus, uelut si quis illam uiri illius imitari uirtutem uelit, quam solet abba Iohannes non ad imitationis formulam, sed tantummodo pro admiratione proferre: nam quidam ueniens ad praedictum senem habitu saeculari, cum ei quasdam frugum suarum primitias detulisset, ferocissimo quendam daemonio arreptum
2 ibidem repperit. qui cum abbatis Iohannis obtestationes ac praecepta despiciens testaretur numquam se ad illius imperium de corpore quod obsederat migraturum, huius aduentu perterritus cum reuerentissima nominis illius inclamatione discessit. cuius tam euidentem gratiam senex non mediocriter

1 hii *O* in *om.* *O*[1] 2 quum *O* 3 suscendi *O* 5 inpe•dit *Υ* inpendat *O* 7 fulgerere *Σ* 8 incedere *Π*[1] 10 despendium *Π* 11 dñm *Σ* 14 ullo *Π* namque *om.* *Πc* 19 uelut] ut *O* 21 abbas *ΠΥv* (*non O*) iohannis *Π*[1] 22 admiratione] animi ratione *Σ* (*uitium ortum ex scriptura* ammiratione) nam *eras. in Υ* 26 dispiciens *Π*[1] 27 *post* migraturum *in Π* uim *deletum* 29 senes *O*

admiratus eoque amplius obstupescens, quod eum habitu cer-
neret saeculari, coepit ab eo uitae ac professionis eius ordinem
diligenter inquirere. cumque ille saecularem se atque uxorio 3
uinculo conligatum esse dixisset, beatus Iohannes excellentiam
uirtutis eius et gratiae mente pertractans quaenam illi esset
conuersatio adtentius explorabat. ille se rusticum et cotidiano
manuum opere uictum quaerere nec ullius boni esse se con-
scium testabatur, nisi quod numquam ante ad ruris opera
mane exercenda procederet neque uespere domum reuerteretur,
nisi in ecclesia pro cotidianae uitae commeatu largitori eius
deo gratias rettulisset, neque se umquam de fructibus suis
aliquid usurpasse, nisi prius deo primitias eorum ac decimas
obtulisset, et numquam se boues suos per alienae messis
transduxisse confinium, nisi eorum prius ora clausisset, ne uel
parum damni per incuriam eius proximus sustineret. et cum 4
haec quoque abbati Iohanni necdum ad conparationem tantae
gratiae, qua eum sibi praelatum esse cernebat, idonea uide-
rentur atque ab eo, quidnam esset illud quod tantae gratiae
meritis conferri posset, sciscitans scrutaretur, ille reuerentia
tam sollicitae inquisitionis adstrictus uxorem se parentum ui
imperioque conpulsum, cum profiteri monachum uellet, ante
duodecim annos accepisse confessus est, quam nemine etiam
nunc conscio sororis loco a se uirginem custodiri. quod factum
cum audisset senex, tanta est admiratione permotus, ut coram
ipso publice proclamaret non inmerito daemonem qui se de-
spexerat illius non tolerasse praesentiam, cuius ipse uirtutem
non solum in iuuentatis ardore, sed ne nunc quidem sine
discrimine castitatis auderet adpetere. quod factum abbas 5
Iohannes licet summa admiratione praetulerit, tamen neminem

3 qumque *O* 4 alligatum *T* iohannis *Π* 6 se *om.* *Π* cottid. *Π* (*non T*) quotidiano *O* 7 se *om.* *O*: *cf.* *XXIIII, 11, 4* constium *Π* 10 cottid. *Π* largiori *Σ* 11 retullisset *Π* retulisset *TO* neque .... 13 obtulisset *om.* *O* 13 protulisset Σ^1 14 clusisset *O* 18 adque *O* 19 possit *TO* 20 ui imperioque] imperio *T* 21 uelit *T* 24 qum *O* 25 dispexerat *Π* 26 ipse] in se *Σ* 27 iuuentutis *Tv* iubentutis *O* 29 iohannis Π^1 praetullerit Π^1 protulerit *O et v in margine*: *cf.* *XI, 11 init.*

monachorum ut experiretur hortatus est, sciens multa recte ab aliis gesta magnam aliis imitantibus intulisse perniciem nec usurpari ab omnibus posse quod paucis dominus speciali munere contulisset.

VIII. Sed ad expositionem scientiae de qua sumptum est sermonis exordium reuertamur. itaque sicut superius diximus πρακτική erga multas professiones ac studia deriuatur, θεωρητική uero in duas diuiditur partes, id est in historicam interpretationem et intellegentiam spiritalem. unde etiam Salomon cum ecclesiae multiformem gratiam enumerasset, adiecit: omnes enim qui apud eam sunt uestiti sunt dupliciter. spiritalis autem scientiae genera sunt tria, tropologia, allegoria, anagoge, de quibus in Prouerbiis ita dicitur: tu autem describe tibi ea tripliciter super
2 latitudinem cordis tui. itaque historia praeteritarum ac uisibilium agnitionem conplectitur rerum, quae ita ab apostolo replicatur: scriptum est enim quia Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et alterum de libera. sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. ad allegoriam autem pertinent quae sequuntur, quia ea quae in ueritate gesta sunt alterius sacramenti formam praefigurasse dicuntur. haec enim, inquit, sunt duo testamenta, unum quidem de monte Sina, in seruitutem generans, quod est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui conparatur huic quae nunc est Hierusalem

11 Prov. 31, 21 (LXX) 14 Prov. 22, 20 (LXX) 17 Gal. 4, 22—23 23 l. c. 24—25

2 magnam in *T* 3 usurpare *Π* paucis *om.* *Σ* 5 sumtum *Σ*(*O*) 7 diriu. *ΠO* theoricen *O* 10 salamon *ΣΠ* 11 aput *ΣO* 12 scientia *ΣO* 13 anagogen *Π* (*sed* en *in ras. m. 2*) *et O* 14 eam tibi *T* ea tibi *O* 17 replicantur. scribtum *T* quod *O* 18 alterum *Σ*: unum (ἕνα) *ΠO* (*sed in Π uerba* et unum ... 19 de ancilla *a m. 2 s. l. scripta extant*) alium *Tv* 19 carne *Σ* 21 autem *om.* *Π* secuntur *ΣΠTO* ea *om.* *T* 22 ueritatate *Π* 23 inquid *ΠO* 25 quod] que *O* enim] autem *O*

et seruit cum filiis suis. anagoge uero de spiritalibus 3
mysteriis ad sublimiora quaedam et sacratiora caelorum secreta conscendens ab apostolo ita subicitur: quae autem sursum est Hierusalem libera est, quae est mater nostra. scriptum est enim: laetare sterilis quae non paris, erumpe et clama quae non parturis, quoniam multi filii desertae magis quam eius quae habet uirum. tropologia est moralis explanatio ad emundationem uitae et instructionem pertinens actualem, uelut si haec eadem duo testamenta intellegamus πρακτικὴν et theoreticam disciplinam, uel certe si Hierusalem aut Sion animam hominis uelimus accipere secundum illud: lauda Hierusalem dominum: lauda deum tuum Sion. igitur praedictae 4
quattuor figurae in unum ita, si uolumus, confluunt, ut una atque eadem Hierusalem quadrifarie possit intellegi: secundum historiam ciuitas Iudaeorum, secundum allegoriam ecclesia Christi, secundum anagogen ciuitas dei illa caelestis, quae est mater omnium nostrum, secundum tropologiam anima hominis, quae frequenter hoc nomine aut increpatur aut laudatur a domino. de his quattuor interpretationum generibus beatus apostolus ita dicit: nunc autem, fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi uobis loquar aut in reuelatione aut in scientia aut in prophetia aut in doctrina? reuelatio namque ad 5
allegoriam pertinet, per quam ea quae tegit historica narratio spiritali sensu et expositione reserantur: ut uerbi gratia si illud aperire temptemus, quemadmodum patres nostri omnes sub nube fuerint, et omnes in Moysi baptizati

3 l. c. 26—27 12 Ps. 147, 12 17 Gal. 4, 26 21 I Cor. 14, 6 27 I Cor. 10, 1—4

1 anagogen *ΣO* 2 misteriis *ΠO* 5 sterelis *Π*¹*O* 6 quoniam *ΣO*: quia *ΠTv et Vulg.* 8 aemulationem *Σ* emendationem *TOv* 10 theoricam *O* 15 quadrifariam *Πv* quadrifaria *O* 16 ecclesiam *Σ* 18 nostrorum *ΠO* 20 quatuor *T* 23 in *ante* scientia *om. T* 24 prof. *Π* 25 tegit] gerit *Σ* 27 temtemus *Σ(O)* 28 fuerunt *ΠTO* et in omnes in *Σ* mosy *Σ* moyse *T* moysen *O*

sint in nube et in mari, et quemadmodum omnes
eandem spiritalem escam manducauerint et eundem
spiritalem de consequenti petra biberint potum,
petra autem erat Christus. quae expositio praefigu-
rationi corporis et sanguinis Christi quem cotidie sumimus
6 conparata allegoriae continet rationem. scientia uero, quae
similiter ab apostolo memoratur, tropologia est, qua uniuersa
quae ad discretionem pertinent actualem utrum utilia uel
honesta sint prudenti examinatione discernimus: ut est illud,
cum apud nosmet ipsos iudicare praecipimur utrum deceat
mulierem non uelato capite orare deum. quae ratio
ut dictum est moralem continet intellectum. item prophetia,
quam tertio apostolus intulit loco, anagogen sonat, per quam
ad inuisibilia ac futura sermo transfertur, ut est illud: no-
lumus autem ignorare uos, fratres, de dormienti-
bus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem
non habent. si enim credimus quoniam Christus
mortuus est et resurrexit, ita et deus eos qui dor-
mierunt per Iesum adducet cum eo. hoc enim uo-
bis dicimus in uerbo domini, quoniam nos qui
uiuimus in aduentu domini non praeueniemus eos
qui dormierunt in Christo, quoniam ipse dominus
in iussu, in uoce archangeli et in tuba dei descen-
det de caelo, et mortui qui in Christo sunt resur-
7 gent primo. qua exhortationis specie anagoges figura prae-
fertur. doctrina uero simplicem historicae expositionis ordinem
pandit, in qua nullus occultior intellectus nisi qui uerbis

10 I Cor. 11, 13 14 I Thess. 4, 12—15

1 sunt *ΠΥΟ* 2 escam spiritalem *Σv et Vulg.* mandu-
cauerunt *ΥO* (*non Π*) 3 biberunt *ΥO* potum *om. Π*: *addidit
m. 2 ante* spiritalem 4 praefigurationis *ΠO* 5 quem] quae *Υ*
7 tropologiae *Π*, *om.* est quia *O* uniuersam Π^1 10 aput
ΣO 12 prof. *Π* 13 locum Π^1 17 quod iesus *O* 18 est
om. Π^1 19 adducit *O* 21 *post* uiuimus *add. Ov*: qui residui
sumus praeuenimus *O* 23 et in uoce *ΥOv* discendit Π^1
descendit *O* 25 primi *ΠΥOv* 26 doctrinam $\Sigma\Upsilon^1$ historica
corr. in historicam *Π* historiae Υ^1 27 pandet Π^1

resonat continetur, sicut est illud: tradidi enim uobis in primis, quod et accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, et quia sepultus est, et quia surrexit tertia die, et quia uisus est Cephae, et: misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, siue illud: audi Israhel, dominus deus tuus dominus unus est.

VIIII. Quapropter si uobis curae est ad spiritalis scientiae lumen non inanis iactantiae uitio, sed emundationis gratia peruenire, illius primum beatitudinis cupiditate flammamini de qua dictum est: beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, ut etiam ad illam de qua angelus ad Danihelem ait peruenire possitis: qui autem docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamenti: et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates, et in alio propheta: inluminate
uobis lumen scientiae dum tempus est. tenentes 2
itaque illam quam habere uos sentio diligentiam lectionis omni studio festinate actualem, id est ethicam quam primum ad integrum conprehendere disciplinam. absque hac namque illa quam diximus theoretica puritas non potest adprehendi, quam hi tantum qui non aliorum docentum uerbis, sed propriorum actuum uirtute perfecti sunt post multa operum ac laborum stipendia iam quasi in praemio consequuntur. non enim a meditatione legis intellegentiam, sed de fructu operis adquirentes cum psalmographo canunt: a mandatis tuis

1 I Cor. 15, 3—5 5 Gal. 4, 4—5 7 Deut. 6, 4 12 Mt. 5, 8 14 Dan. 12, 3 17 Os. 10, 12 (LXX) 27 Ps. 118, 104

2 quod] quae Π 3 scribturas T 4 resurrexit *ΠOv* 5 chephae Σ cephe Π 7 israel Σ 8 deus unus *Ov* 9 *O non distinguit* 11 prius T 12 quo Σ^1 14 danielem *ΠO* 15 spendor T 17 prof. *ΠO* 18 *post* est *in O cap. 9 incipit* 19 sentit Σ 20 quam *om.* T 21 ad integram Σ ha*c Π 22 theoterica Σ theorica *TO* 23 hii *ΣO* documentum Σ 25 iam quasi in] iam [si qua] sunt (*sic*) Π consecuntur *ΣTO* 27 psalmografo Σ psalmigrapho T

intellexi, et excoctis passionibus uniuersis fiducialiter di-
3 cunt: psallam, et intellegam in uia inmaculata. ille
enim psallens intelleget quae canuntur, qui in uia inmaculata
gressu puri cordis innititur. et idcirco si scientiae spiritalis
sacrum in corde uestro uultis tabernaculum praeparare, ab
omnium uos uitiorum contagione purgate et curis saeculi
praesentis exuite. inpossibile namque est animam, quae mun-
danis uel tenuiter distentionibus occupatur, donum scientiae
promereri uel generatricem spiritalium sensuum aut tenacem
4 sacrarum fieri lectionum. obseruate igitur in primis, et
maxime tu, Iohannes, cui magis ad custodienda haec quae
dicturus sum aetas adhuc adulescentior suffragatur, ne studium
lectionis ac desiderii tui labor uana elatione cassetur, ut
indicas summum ori tuo silentium. hic est enim primus
disciplinae actualis ingressus, ut omnium seniorum instituta
atque sententias intento corde et quasi muto ore suscipias ac
diligenter in pectore tuo condens ad perficienda ea potius
quam ad docenda festines. ex hoc enim cenodoxiae perniciosa
praesumptio, ex illo autem fructus spiritalis scientiae pullu-
5 labunt. nihil itaque in conlatione seniorum proferre audeas,
nisi quod interrogare te aut ignoratio nocitura aut ratio
necessariae cognitionis inpulerit, ut quidam uanae gloriae
amore distenti pro ostentatione doctrinae ea quae optime
norunt interrogare se simulant. inpossibile enim est eum,
qui proposito adquirendae laudis humanae studio lectionis
insistit, donum uerae scientiae promereri. nam qui hac pas-
sione deuinctus est, necesse est ut aliis quoque et maxime
superbiae uitiis obligetur: et ita in actuali atque ethica con-
gressione prostratus scientiam spiritalem quae ex ea nascitur

2 Ps. 100, 1—2

3 intellegit Π^{a}ΤΟυ 4 spiritali' Σ spiritali ΠΟυ 11 iohannis Π^{1} o iohannes Τ 12 adulisc. Π 13 relatione Σ 15 *post* ingressus *addunt* ΠΤΟυ: omnis quippe labor hominis in ore ipsius (*Eccl.* 6, 7) et 18 coenodoxiae Σ pernit. Π 19 praesumtio Σ(Ο) 21 interrogationum Τ 22 necessaria Σ necessarie Τ ut] non ut Τ 24 est enim ΤΟr 27 deuictus ΠT^{a}

minime consequetur. esto ergo per omnia citus ad audiendum, tardus autem ad loquendum, ne cadat in te illud quod notatur a Salomone: si uideris uirum uelocem in uerbis, scito quia spem habuit insipiens magis quam ille, nec quemquam uerbis docere praesumas quod opere ante non feceris. hunc enim nos ordinem tenere debere 6 etiam exemplis suis dominus noster instituit, de quo ita dicitur: quae coepit Iesus facere et docere. caue igitur ne ante actum prosiliens ad docendum in illorum numero deputeris, de quibus in euangelio dominus ad discipulos loquitur: quae dicunt uobis seruate et facite, secundum opera uero eorum nolite facere: dicunt enim et non faciunt. alligant autem onera grauia et inportabilia et inponunt ea super umeros hominum, ipsi autem digito suo nolunt ea mouere. si enim ille qui unum mandatum minimum soluens docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum, qui multa et maiora neglegens docere praesumpserit consequens profecto est ut non iam minimus in regno caelorum, sed in gehennae supplicio maximus habeatur. et ideo cauendum tibi 7 est ne illorum ad docendum inciteris exemplis, qui peritiam disputandi ac sermonis afluentiam consecuti, quia possunt ea quae uoluerint ornate copioseque disserere, scientiam spiritalem possidere creduntur ab his qui uim eius et qualitatem discernere non nouerunt. aliud namque est facilitatem oris et nitorem habere sermonis et aliud uenas ac medullas caelestium intrare dictorum ac profunda et abscondita sacramenta purissimo cordis oculo contemplari, quod nullatenus humana

1 Iac. 1, 19   3 Prov. 29, 20 (LXX)   8 Act. 1, 1   11 Mt. 23, 3—4   16 Mt. 5, 19

1 consequatur Π^1 3 salamone Σ (*non* Π)   4 habet *Tv*   6 ficeris Π debere *om.* *T*   7 quo] qua Π 9 actuum Σ in *om.* Π 10 discipulos suos *Tc*   14 humeros *TO*   18 neclegens Σ praesumserit Σ(*O*)   20 suppliciis *T*   est tibi *T*   22 affluentiam *T*   possint Σ 24 et qualitatem] aequalitatem Σ 27 intradictorum Π

doctrina nec eruditio saecularis, sed sola puritas mentis per inluminationem sancti spiritus possidebit.

X. Festinandum igitur tibi est, si ad ueram scripturarum uis scientiam peruenire, ut humilitatem cordis inmobilem primitus consequaris, quae te non ad illam quae inflat, sed ad eam quae inluminat scientiam caritatis consummatione perducat. inpossibile namque est inmundam mentem donum scientiae spiritalis adipisci. et idcirco omni cautione deuita, ne tibi per studium lectionis non scientiae lumen nec illa perpetua quae per inluminationem doctrinae promittitur gloria, sed instrumenta perditionis de adrogantiae uanitate nascantur.
2 deinde hoc tibi est omnimodis enitendum, ut expulsa omni sollicitudine et cogitatione terrena adsiduum te ac potius iugem sacrae praebeas lectioni, donec continua meditatio inbuat mentem tuam et quasi in similitudinem sui formet, arcam quodammodo ex ea faciens testamenti, habentem scilicet in se duas tabulas lapideas, id est duplicis instrumenti perpetuam firmitatem: urnam quoque auream, hoc est memoriam puram atque sinceram, quae reconditum in se manna perpetua tenacitate conseruet, spiritalium scilicet sensuum et angelici illius panis perennem caelestemque dulcedinem: nec non etiam uirgam Aaron, id est summi uerique pontificis nostri Iesu Christi salutare uexillum, inmortalis memoriae semper uiriditate
3 frondescens. haec namque est uirga quae posteaquam de Iesse radice succisa est uiuacius mortificata reuirescit. haec autem omnia duobus Cherubin, id est historicae et spiritalis scientiae plenitudine protegentur. Cherubin enim interpretatur scientiae

5 cf. I Cor. 8, 1   17 sqq.] cf. Hebr. 9, 4—5   24 cf. Esai. 11, 1

2 possidebit Σ: obt (opt. Υ) inebit $\Pi\Upsilon O v$ 4 scientiam uis Σc sc. peruenire desideras $O r$ 5 consequeris Π^1 8 diuita Π^1 9 nec] ne Π 11 arrog. $\Sigma\Upsilon O$ adrogantia* (e *eras.*) Π uanitatis nascatur Π 13 assiduum $\Sigma\Upsilon O$ 14 imbuat $\Sigma\Pi$ 16 in se scilicet $\Pi\Upsilon c$ 18 urnam] unam Σ auream quoque Υ 21 dulcidinem Π^1 24 iessae Π radice gesse O 25 suicisa Π^1 mortificate Π^1 26 chaerubin $\Sigma\Pi$ cherubim Υ, *item infra* hystor. Υ 27 proteguntur $\Pi^2\Upsilon v$ protegetur O

multitudo: quae propitiatorium dei, id est placiditatem pectoris tui iugiter protegent et a cunctis spiritalium nequitiarum incursibus obumbrabunt. et ita mens tua non solum in arcam diuini testamenti, uerum etiam in regnum sacerdotale prouecta per indissolubilem puritatis affectum quodammodo absorta spiritalibus disciplinis illud inplebit pontificale mandatum, quod a legislatore ita praecipitur: et de sanctis non egredietur, ne polluat sanctuarium dei, id est cor suum, in quo iugiter habitaturum se dominus repromittit dicens: inhabitabo in eis et inter illos ambulabo. quamobrem diligenter memoriae conmendanda est et incessa- 4
biliter recensenda sacrarum series scripturarum. haec etenim meditationis iugitas duplicem nobis conferet fructum: primum quod, dum in legendis ac parandis lectionibus occupatur mentis intentio, necesse est ut nullis noxiarum cogitationum laqueis captiuetur: deinde quod ea, quae creberrima repetitione percursa, dum memoriae tradere laboramus, intellegere id temporis obligata mente non quiuimus, postea ab omnium actuum ac uisionum inlecebris absoluti praecipueque nocturna meditatione taciti reuoluentes clarius intuemur, ita ut occultissimorum sensuum, quos ne tenui quidem uigilantes opinatione percepimus, quiescentibus nobis et uelut soporis stupore demersis intellegentia reueletur.

XI. Crescente autem per hoc studium innouatione mentis nostrae etiam scripturarum facies incipiet innouari, et sacratioris intellegentiae pulchritudo quodammodo cum proficiente proficiet. pro capacitate enim humanorum sensuum earum quoque species coaptatur et uel terrena carnalibus uel diuina spiritalibus adparebit, ita ut hi, quibus antea uidebatur crassis quibusdam nebulis inuoluta, nec subtilitatem eius deprehendere

7 Lev. 21, 12   10 II Cor. 6, 16

3 arca *Π*   4 etiam] tamen *Π*   5 insolubilem *T*[1]   pietatis *T*   absorta *ΣΠTO*   12 scribt. *T*   13 confert *Π*, *sed* rt *in ras. m. 2*   14 in legendis] intellegendis *Π*   17 percussa *ΣO*   20 reuoluentis *Π*[1]   22 uelut] uel *Πc*   23 dimersis *ΣT*   25 scribt. *T*[1]   26 quodadmodo *Σ*   29 hii *ΣO*

nec fulgorem ualeant sustinere. sed ut hoc ipsum quod ad-
struere nitimur aliquo clarius pandatur exemplo, unum legis
testimonium protulisse sufficiat, per quod etiam omnia prae-
cepta caelestia secundum mensuram status nostri ad omne
2 hominum genus probemus extendi. scriptum est in lege: non
fornicaberis. hoc ab homine carnalium adhuc obscenitatum
passionibus obligato secundum simplicem litterae sonum
salubriter custoditur. ab eo autem qui iam ab hac actione
lutulenta et inpuro discessit affectu necesse est id ipsum
spiritaliter obseruari, ut scilicet non solum a caerimoniis
idolorum, sed etiam ab omni superstitione gentilium et
auguriorum atque ominum omniumque signorum et dierum
ac temporum obseruatione discedat, uel certe ne quorundam
uerborum aut nominum coniecturis, quae sinceritatem fidei
3 nostrae polluunt, inplicetur. hac enim fornicatione etiam
Hierusalem dicitur constuprata, quae fornicata est in omni
colle sublimi, et sub omni ligno frondoso, et quam
iterum dominus increpans per prophetam stent, inquit, et
saluent te augures caeli, qui contemplabantur
sidera, et subputabant menses, ut ex eis adnunti-
arent uentura tibi. de qua fornicatione et alibi arguens
eos dominus ait: spiritus fornicationis decepit eos,
et fornicati sunt a deo suo. quisque uero a gemina
hac fornicatione discesserit, habebit tertiam quam deuitet,
4 quae in legis et Iudaismi superstitionibus continetur. de

5 Ex. 20, 14 16 Hierem. 3, 6 18 Esai. 47, 13
22 Os. 4, 12

3 testimonio Σ 4 caelestis Π 5 hominem Π¹ scribtum Τ¹ 9 inpuro ΠΤΟ: inproui Σ 10 caeremoniis Π 12 augoriorum Π¹ atque ominum omniumque *scripsi*: atque omnium qui Σ adq; ****** omnium* Π (*fuit sine dubio*: adque omnium omniumq;) atque omniumque Ο omniumque Τ*v* 16 construpata Σ 17 colle *om.* Σ sublime Π 18 dominus iterum Τ*c* prof. Π stent ... 20 sidera *om.* Π *spatio uacuo relicto* inquid Ο 20 supputabant ΣΠ²Ο supputabunt Π¹ 25 quae] qua Π¹ legis et iudaismis Σ legis et in iudaismi (iudaicis Ο) ΤΟ lege et iudaismi Π*c* contenetur Π¹

quibus apostolus dies, inquit, obseruatis et menses et tempora et annos, et iterum: ne tetigeris neque gustaueris neque contrectaueris. quae de superstitionibus legis dicta esse non dubium est, in quas si quis inciderit procul dubio moechatus a Christo ab apostolo non meretur audire: despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo, sed illud ad eum quod sequitur uoce eiusdem apostoli dirigetur: timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri a simplicitate, quae est in Christo Iesu. quodsi inmunditiam huius quoque fornicati- 5
onis effugerit, habebit quartam, quae haeretici dogmatis adulterio perpetratur. de qua idem beatus apostolus: ego scio quia post discessionem meam intrabunt lupi graues in uos, non parcentes gregi, et ex uobis ipsis exsurgent uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. hanc etiam qui potuerit declinare, caueat ne subtiliore peccato in fornicationis uitium conlabatur, quae scilicet in cogitationum peruagatione consistit, quia omnis cogitatio non solum turpis, sed etiam otiosa et a deo quantulumcumque discedens a perfecto uiro inmundissima fornicatio deputatur.

XII. Ad haec ego occulta primum conpunctione permotus ac deinde grauiter ingemescens: haec, inquam, omnia quae copiosissime digessisti maiora mihi intulerunt desperationis

1 Gal. 4, 10 2 Col. 2, 21 6 II Cor. 11, 2 8 l. c. 3 13 Act. 20, 29—30

1 inquid *O* et *ante* tempora *om.* *Π* 2 tetigeritis *TO* 3 gustaueritis *T*[a]*O* contrectaberis *Π*[1] contrectaueritis *T* contractaberitis *O* 5 inciderit .... non *om.* *Π*, *spatio uacuo relicto*: *m. 2 haec suppleuit*: inciderit ab ipso aplo audire non 6 audire *om.* *Π* dispondi *T*[a] 8 apostolo *Π*[1] dirigitur *Π*[2] 9 eam *Π*[1] 12 heretici *ΣΠT* 14 scio inquit quia *T* decessionem *O* 16 exurgent *O* (ui)ri ... 17 discipulos *suppleuit m. 2 in Π* 18 ne *om.* *Π*[1] 20 sed] uerum *T* 23 *ante* Ad *in Σ extat*: Nesthoros, *sed deletum a m. 1, in TOv*: Germanus ergo *O* 24 ac *om.* *T* 24 ingemiscens *Π* 25 degessisti *Π* disperat. *Π*

augmenta quam hactenus sustinebam: quippe cui praeter illas generales animae captiuitates, quibus non dubito infirmos quosque pulsari extrinsecus, speciale inpedimentum salutis accedit per illam quam tenuiter uideor adtigisse notitiam litterarum, in qua me ita uel instantia paedagogi uel continuae lectionis macerauit intentio, ut nunc mens mea poeticis illis uelut infecta carminibus illas fabularum nugas historiasque bellorum, quibus a paruulo primis studiorum inbuta est rudimentis, orationis etiam tempore meditetur, psallentique uel pro peccatorum indulgentia supplicanti aut inpudens poematum memoria suggeratur aut quasi bellantium heroum ante oculos imago uersetur, taliumque me phantasmatum imaginatio semper inludens ita mentem meam ad supernos intuitus adspirare non patitur, ut cotidianis fletibus non possit expelli.

XIII. NESTEROS: De hac ipsa re, unde tibi purgationis maxima nascitur desperatio, citum satis atque efficax remedium poterit oboriri, si eandem diligentiam atque instantiam, quam te in illis saecularibus studiis habuisse dixisti, ad spiritalium scripturarum uolueris lectionem meditationemque transferre. necesse est enim mentem tuam tamdiu illis carminibus occupari, quamdiu sibi alia quae intra semet ipsam recolat simili studio et adsiduitate conquirat ac pro illis infructuosis atque
2 terrenis spiritalia ac diuina parturiat. quae cum profunde alteque conceperit atque in illis fuerit enutrita, uel expelli priores sensim poterunt uel penitus aboleri. uacare enim cunctis cogitationibus humana mens non potest, et ideo quamdiu spiritalibus studiis non fuerit occupata, necesse est eam illis quae pridem didicit inplicari. quamdiu enim non habuerit quo recurrat et indefessos exerceat motus, necesse est ut ad

1 actenus $\Sigma\Pi^{2}\Upsilon$ sustinui Π, *sed* tinui *in ras. m. 2* praeter illas] prae Π, *spatio uacuo relicto*: praecipue *coniecit* Π^{2} 2 animi O 4 accidit $\Sigma\Upsilon O$ adtegisse Σ 5 pedagogi $\Sigma\Upsilon O$ 8 paruolo Π^{1} 12 fantasm. ΠO 13 supernus Π^{1} 15 nestoros O 19 scribt. Υ lectione meditationem Π (*sed fuisse uidetur* lectionē) 21 aliqua Πv ipsa Π^{1} 22 hac $\Sigma(O)$ 25 priora (a *in ras. 2 litt.*) Υ (*ad* priores *supple* scripturae *seu* cogitationes) 29 defessos Υ

illa quibus ab infantia inbuta est conlabatur eaque semper
reuoluat quae longo usu ac meditatione concepit. ut ergo 3
haec in te scientia spiritalis perpetua soliditate roboretur nec
ea iam temporarie perfruaris sicut illi qui eam non suo studio,
sed aliena relatione contingunt et uelut aërio ut ita dixerim
odore percipiunt, sed ut sensibus tuis inuiscerata quodammodo
et perspecta atque palpata condatur, illud omni obseruantia
custodire te conuenit, ut etiamsi ea quae optime nosti forte
audieris in conlatione proferri, non ex hoc quod tibi iam
nota sint aspernanter fastidioseque suscipias, sed ea cordi tuo
illa auiditate conmendes, qua debent desiderabilia salutis uerba
uel auribus nostris indesinenter infundi uel de nostro iugiter
ore proferri. quamuis enim adhibeatur sanctarum rerum 4
crebra narratio, numquam tamen animae sitim uerae scientiae
sustinenti satietas generabit horrorem, sed ea cotidie uelut
noua ac desiderata suscipiens quanto frequentius hauserit,
tanto auidius uel audiet uel loquetur et confirmationem potius
perceptae scientiae ex eorum repetitione quam ullum ex
frequenti capiet conlatione fastidium. euidens namque est
tepidae ac superbae mentis indicium, si uerborum salutarium
medicinam quamuis studio nimiae adsiduitatis ingestam
fastidiose neglegenterque suscipiat: anima enim quae in
satietate est fauis inludit, animae autem egenti
etiam amara dulcia uidentur. si itaque haec diligenter 5
excepta et in recessu mentis condita atque indicta fuerint
taciturnitate signata, postea ut uina quaedam suaue olentia
et laetificantia cor hominis, cum sensuum canitie et patientiae
fuerint uetustate decocta, cum magna sui fragrantia de uase

22 Prov. 27, 7 (LXX)

1 imbuta ΣΠ 2 haec ergo Υ 3 solidatate Π 4 tempore Υ 5 relatio Π^1 6 quoddammodo Π^1 7 palliata Υ^2 obseruatione Υ 8 obtime O 9 proferre Π 10 sunt Υ 14 creba Π 15 sustenenti Π^1 quotidie O 21 nimiae] animae Π 22 neclegenterque Σ 23 fauis] fami Υ 24 uidenter Π^1 25 et *om.* Υ indicta $\Pi^1 r$: indita *rell.* 27 quum O canitiae Σ 28 flagrantia ΣΠΥ franglantia O

tui pectoris proferentur et tamquam perennis fons de experientiae uenis et inriguis uirtutum meatibus redundabunt fluentaque continua uelut de quadam abysso tui cordis
6 effundent. eueniet namque in te illud, quod in Prouerbiis ad illum dicitur qui haec opere consummauit: bibe aquas de tuis uasis et de puteorum tuorum fonte. superefflunant tibi aquae de tuo fonte, in tuas autem plateas pertranseant aquae tuae, ac secundum Esaiam prophetam eris quasi hortus inriguus, et sicut fons aquarum, cuius non deficient aquae. et aedificabuntur in te deserta a saeculis: fundamenta generationis et generationis suscitabis: et uocaberis aedificator saepium, auertens semitas in quietem.
7 illa enim tibi beatitudo proueniet quam idem propheta promittit: et non faciet dominus auolare a te ultra doctorem tuum: et erunt oculi tui uidentes praeceptorem tuum. et aures tuae audient uerbum post tergum monentis: haec uia, ambulate in ea neque ad dexteram neque ad sinistram. atque ita fiet ut non solum omnis directio ac meditatio cordis tui, uerum etiam cunctae euagationes atque discursus cogitationum tuarum sint tibi diuinae legis sancta et incessabilis ruminatio.

XIIII. Inpossibile est autem haec sicut praefati sumus inexpertum quemquam uel agnoscere uel docere. nam qui ne ad percipiendum quidem capax est, quomodo erit idoneus ad tradendum? de quibus tamen etiamsi aliquid docere praesumpserit, inefficax procul dubio et inutilis usque ad aures

5 Prov. 5, 15—16 (LXX) 9 Esai. 58, 11—12 15 Esai. 30, 20—21

1 sui *T* 3 sui *T* 4 illud in te *T* 5 aquam *TO* 6 superfluant *Π* 8 eseiam *ΣΠ* 9 prof. *Π* 11 saeculis et *T* 12 et generationis] suscitans *T* suscitabis] suscitaberis *ΣO* 13 sepium *O* semitam *Σ* in quietem] iniquitatum *T*, *sed* itatum *in ras. m. 2, et c* 14 prof. *Π* 15 faciet a te dominus auolare a te *Σ* 18 postergum *TO* haec est uia *T* 22 incessabiles *Π*[1] 23 autem] aut *Σ*: *om.* *Π* 25 nec *O* 26 praesumserit *ΣO*

tantummodo audientium eius sermo perueniet, cor autem
eorum penetrare non poterit inertia operum et infructuositate
suae proditus uanitatis, quia non de thesauro bonae promitur
conscientiae, sed de inani praesumptione iactantiae. inpossi- 2
bile namque est inmundam animam, quantalibet desudauerit
lectionis instantia, adipisci scientiam spiritalem. nemo enim
in uas faetidum atque corruptum unguentum aliquod nobile
aut mel optimum aut pretiosi quicquam liquoris infundit.
facilius enim quamuis odoratissimum myrum semel horrendis
inbuta faetoribus testa contaminat quam ut aliquid ex eo
suauitatis aut gratiae ipsa concipiat, quia multo citius munda
corrumpuntur quam corrupta mundantur. ita igitur et uas 3
pectoris nostri, nisi prius fuerit ab omni faetidissima uitiorum
contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis unguentum de quo dicitur per prophetam: *sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius*, nec illam scientiam spiritalem et eloquia scripturarum quae *dulciora sunt super mel et fauum* inpolluta seruabit. *quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci cum tenebris? quae autem conuentio Christi ad Beliar?*

XV. GERMANVS: Definitio ista nequaquam uidetur nobis ueritate fulciri aut probabili ratione subnixa. cum enim omnes qui fidem Christi aut nequaquam suscipiunt aut inpia dogmatum prauitate corrumpunt inmundi cordis esse manifestum sit, quomodo multi Iudaeorum atque haereticorum uel

15 Ps. 132, 2 19 Ps. 18, 11 20 II Cor. 6, 14—15

3 proditus] prepeditus Π^2 uanitates Π^1 4 scientiae Υ praesumtione ΣO 7 fetidum ΥO (*passim*) correptum Π^1 ungentum Π aliquot Σ 8 obtimum O licoris O 9 myrrum $\Sigma \Upsilon^a$ mustum Π^1 10 teste Π^1 aliquit $\Pi(\Sigma)$ 11 conspiciat Π^1 quia] qui Σ 12 mundentur Υ 13 peccatoris Π^1 15 ungentum Π *bis* prof. Π 17 horam Σ orā Π, ā *in ras. m. 2* 18 scribt. Υ^1 19 seruauit Σ 21 qū O tenebras Σ 22 belial $\Pi^1 \Upsilon O v$

etiam catholicorum, qui diuersis uitiis inuoluuntur, perfectam scripturarum scientiam consecuti de spiritalis doctrinae magnitudine gloriantur, et e contra sanctorum uirorum innumera multitudo, quorum cor ab omni peccatorum contagione purgatum est, simplicis fidei pietate contenta profundioris scientiae ignorat arcana? quemadmodum ergo stabit ista sententia, quae scientiam spiritalem soli cordis tribuit puritati?

XVI. NESTEROS: Haud recte uirtutem definitionis explorat qui non omnia diligenter prolatae sententiae uerba perpendit. praediximus namque huiusmodi homines disputandi tantum habere peritiam et elocutionis ornatum, ceterum scripturarum uenas et arcana spiritalium sensuum intrare non posse. etenim uera scientia non nisi a ueris dei cultoribus possidetur, quam is utique non habet populus cui dicitur: audi popule stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non uidetis: et aures, et non auditis, et iterum: quia tu scientiam reppulisti, et ego repellam te ne mihi sacerdotio
2 fungaris. cum enim in Christo omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi esse dicantur, quomodo is, qui Christum inuenire contempsit aut inuentum sacrilego ore blasphemat aut certe catholicam fidem inmundis operibus polluit, ueram scientiam adsecutus esse credendus est? spiritus enim dei effugiet fictum, nec habitat in corpore subdito peccatis. non ergo alias ad scientiam spiritalem nisi hoc ordine peruenitur, quem unus prophetarum eleganter expressit: seminate uobis ad iustitiam, metite spem uitae, inluminate uobis lumen scientiae.

14 Hierem. 5, 21 16 Os. 4, 6 18 Col. 2, 3 22 Sap. 1, 5 et 4 26 Os. 10, 12 (LXX)

2 scribt. Υ 3 e *om.* Σ uirorum sanctorum Υ 6 archana Π^2ΥO 8 haut ΣΠ non O 11 locutionis Σ scribt. Υ 12 archana Π^1 14 his Π^1 15 oculus Π^1 16 et *ante* non *om.* Σ auditis Π^2 (t *in ras. 2 litt. m. 2*): audistis ΣΥO 17 reppullisti *et* reppellam Π sacerdotio fungaris mihi Υ 19 scientiae eius Υ 20 his Π^1O contemsit ΣΠ^1 23 habitabit ΠΥO*v et Vulg.*: *cf. cap. 2* 24 peccato Υ 25 quam Υ profetarum eliganter Π 27 inlumenate Π

primum ergo seminandum nobis est ad iustitiam, hoc est ut 3
actualem perfectionem operibus iustitiae propagemus, deinde
metenda nobis est spes uitae, id est uirtutum spiritalium
fructus expulsione uitiorum carnalium congregandi: et ita in-
luminare nobis lumen scientiae poterimus. quem ordinem
etiam psalmographus teneri debere decernit dicens: beati
inmaculati in uia: qui ambulant in lege domini.
beati, qui scrutantur testimonia eius. non enim prius
dixit: beati, qui scrutantur testimonia eius et postea
intulit: beati inmaculati in uia, sed prius inquit: beati
inmaculati in uia, per hoc euidenter ostendens neminem
recte posse ad perscrutanda dei testimonia peruenire, nisi
prius per actualem conuersationem in uia Christi inmaculatus
incedat. hi ergo quos dixistis non istam quam inmundi 4
habere non possunt, sed ψευδώνυμον, hoc est falsi nominis
scientiam possident, de qua beatus apostolus, o, inquit,
Timothee, depositum custodi, deuitans profanas
uocum nouitates et obpositiones falsi nominis
scientiae, quod in Graeco dicitur τὰς ἀντιθέσεις τῆς
ψευδωνύμου γνώσεως. de istis ergo qui imaginem quandam
scientiae uidentur adquirere, uel de his qui cum sacrorum
uoluminum lectioni ac memoriae scripturarum diligenter
insistant, carnalia tamen uitia non relinquunt, in Prouerbiis
eleganter exprimitur: sicut inauris aurea in naribus
suis, ita mulieri male moratae species. quid enim 5
prodest quempiam ornamentum eloquiorum caelestium et illam
pretiosissimam scripturarum speciem consequi, si eam lutu-
lentis operibus uel sensibus inhaerendo quasi inmundissimam

6 Ps. 118, 1—2 16 I Tim. 6, 20 24 Prov. 11, 22 (LXX)

6 psalmografus *Σ* psalmigraphus *Υ* 10 beati inquit (inquid *O*) *ΠO* 13 prius actuali conuersatione *Υ* 14 hii *ΣΠ* histam *Π*[1] 15 ΨeyΔωн∗мoн *Π* ΨeoΔωнẏмωн *Υ* 16 inquid *O* 18 oppositiones *ΣΠ* 20 Γнẃcεωε *Σ* ˥нωceωc *Π* тac | нтιΘeceιc тe aωнΓмȯ | ẏ ẏнωceωc *Υ* *corruptissime O* 23 relincunt *ΣO* 24 eliganter *Π* 25 mulieris *Υ* 26 prodeest *O* quempiam *om.* *Σ* ornamenta *Υ* 27 scribt. *Υ*

terram subigendo confringat aut caenosis libidinum suarum
polluat uolutabris? fiet enim, ut id quod recte utentibus
decori esse consueuit non solum istos ornare non possit,
uerum etiam maioris caeni conluuione sordescat. ex ore
enim peccatoris non est pulchra laudatio, cui dicitur
per prophetam: quare tu enarras iustificationes meas,
6 et adsumis testamentum meum per os tuum? de
huiusmodi animabus, quae nequaquam stabiliter timorem
domini possidentes (de quo dicitur: timor domini disci-
plina et sapientia est) scripturarum adquirere sensum de
iugi earum meditatione conantur, satis proprie in Prouerbiis
memoratur: ut quid fuerunt diuitiae insipienti?
possidere enim sapientiam excors non poterit. in
tantum uero ab illa eruditione saeculari, quae carnalium
uitiorum sorde polluitur, uera haec et spiritalis scientia sub-
mouetur, ut eam in nonnullis elinguibus ac paene inlitteratis
7 sciamus nonnumquam admirabiliter uiguisse. quod in apostolis
multisque etiam sanctis uiris euidentissime conprobatur, qui
non inani foliorum dilatabantur luxuria, sed ueris spiritalis
scientiae fructibus curuabantur: de quibus in Actibus aposto-
lorum scriptum est: uidentes autem Petri constantiam
et Iohannis, et conperto quod homines essent sine
litteris et idiotae, admirabantur. et idcirco si tibi
curae est ad eius inmarcescibilem fragrantiam peruenire,
cunctis primum conatibus elabora, ut a domino puritatem
8 castitatis obtineas. nullus enim in quo adhuc carnalium

4 Sir. 15, 9 6 Ps. 49, 16 9 Prov. 15, 33 (LXX)
12 Prov. 17, 16 (LXX) 21 Act. 4, 13

1 confricet (ce *in ras. m. 2*) Υ cenosis ΠΥΟ 4 sordescant Υ 5 peccatore Σ pulcra O 6 prof. Π 7 de huiusmodi ...... 13 non poterit *om.* O 10 scribt. Υ 11 conatur Σ 12 profuerunt Υ 13 excors] cordis Υ 14 uero] enim Υ quae] qui Π^1 15 summouetur Π 16 inliteratis Υ 17 ammirabiliter Σ 18 qui] quia Π^1 19 filiorum Π^1 21 scribtum Υ 22 et *ante* conperto *om.* Υ 23 literis Υ ideotae Π^1 *post* admirabantur *in O cap. 17 incipit* 24 cura Σ flagrantiam ΣΠΥ fraglant. O 26 optineas ΣΥ accipias Π

passionum et maxime fornicationis dominatur affectus spiritalem poterit scientiam possidere. in corde enim bono requiescet sapientia, et: qui timet dominum, inueniet scientiam cum iustitia. hoc autem quo praediximus ordine ad spiritalem scientiam perueniri etiam beatus apostolus docet. nam cum uniuersarum uirtutum suarum non solum catalogum texere, uerum etiam ordinem earum uellet exponere, ut quae quam sequeretur uel quae quam parturiret exprimeret, post aliquanta intulit dicens: in uigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta. qua coniugatione uirtutum euidentis- 9
sime nos uoluit erudire de uigiliis atque ieiuniis ad castitatem, de castitate ad scientiam, de scientia ad longanimitatem, de longanimitate ad suauitatem, de suauitate ad spiritum sanctum, de spiritu sancto ad caritatis non fictae praemia perueniri. cum igitur hac disciplina atque hoc ordine tu quoque perueneris ad scientiam spiritalem, habebis procul dubio sicut diximus non sterilem nec inertem, sed uiuidam fructuosamque doctrinam, semenque salutaris uerbi, quod a te fuerit audientium cordibus conmendatum, subsequens spiritus sancti imber largissimus fecundabit ac secundum id quod propheta pollicitus est dabitur pluuia semini tuo, ubicumque seminaueris in terra: et panis frugum terrae tuae erit tibi uberrimus, et pinguis.

XVII. Caue etiam ne haec quae non tam lectione quam experientiae sudore didiceris, cum te aetas maturior prouexerit ad docendum, uanae gloriae amore seductus inmundis homini-

2 Prov. 14, 33   3 Sir. 32, 20   9 II Cor. 6, 5—6   23 Esai. 30, 23

3 requiescit *Π*[2]*ΥO et Vulg.*   sapientia et iusticia *Υ*   et *om.* *Π*   4 inuenit *Π*   scientia *Σ*   8 ut quae quam] ut quaedam *Π*[1]   9 pos *Π*[1] *ut uid.*   12 in qua *Πv*   16 peruenire *O*   19 sterelem *Π*[1]   uiuam *Πc*   20 quod] quod cum *Υ in ras. m. 2, et c*   22 inber *O*   fecundauit *Σ*   prof. *Π*   24 frugum *om.* *Υ*   25 tibi *om.* *ΠΥOv*   26 XVIII *O*   27 prouexerat *Π*[1]

bus passim ingeras illudque quod sapientissimus Salomon
interdixit incurras: noli adplicare inpium ad pascua
iusti, neque seducaris saturitate uentris. non enim
expediunt stulto delioiae, nec opus est sapientia
2 ubi deest sensus. magis enim ducitur insipientia,
quia seruus durus non emendabitur uerbis: si enim
et intellexerit, non oboediet. et: in aures inprudentis noli quicquam dicere, ne forte inrideat
sapientes sermones tuos. et: ne dederitis sanctum
canibus, neque miseritis margaritas uestras ante
porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et
conuersi disrumpant uos. oportet itaque ut huiusmodi
hominibus spiritalium sensuum contegens sacramenta efficaciter canas: in corde meo abscondi eloquia tua: ut
3 non peccem tibi. sed dices forsitan: et quibus diuinarum
scripturarum dispensanda sunt sacramenta? docet te sapientissimus Salomon: date, inquit, ebrietatem his qui in
tristitia sunt, et uinum bibere his qui in doloribus
sunt, ut obliuiscantur paupertatis, et dolorum
suorum non meminerint amplius, id est his qui pro
paenitudine actuum pristinorum maerore atque tristitia deprimuntur, spiritalis scientiae iucunditatem uelut uinum,
quod laetificat cor hominis, afluenter infundite eosque
salutaris uerbi crapula refouete, ne forte iugitate maeroris ac
letali desperatione demersi abundantiore tristitia ab-
4 sorbeantur qui eiusmodi sunt. de illis uero qui in

2 Prov. 24, 15 (LXX) 3 Prov. 19, 10 (LXX) 4 Prov. 18, 2 (LXX) 6 Prov. 29, 19 (LXX) 7 Prov. 23, 9 (LXX) 9 Mt. 7, 6 14 Ps. 118, 11 17 Prov. 31, 6—7 (LXX) 22 Ps. 103, 15 25 II Cor. 2, 7

1 illudque] et illud Υ salamon $\Sigma\Pi\Upsilon^1$ 2 pascuam Υ paschuam *O* 4 sapientia* Π 5 dicitur Υ^c 7 et in *om.* Π aure *O* 9 sanctum ... 10 miseritis *om.* Π 11 ea Π 15 dicis $\Pi\Upsilon$ (*non O*) 16 scribt. Υ^1 17 salamon $\Sigma\Pi\Upsilon^1$ inquid *O* is Σ, *item infra* 19 ut *om. O* 22 scientiae spiritalis Υ iocund. Π 23 affluenter $\Pi^2\Upsilon$ 24 singularis Σ 25 dimersi abundantiori ΥO

tepore ac neglegentia constituti nullo cordis sui dolore mordentur ita dicitur: nam qui suauis et sine dolore est, in egestate erit. quanta potes igitur cautione deuita, ne uanae gloriae amore distentus illius quem propheta conlaudat particeps esse non possis, qui pecuniam suam non dedit ad usuram. omnis enim qui eloquia dei (de quibus dicitur: 5
eloquia domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terrae purgatum septuplum) humanae laudis amore dispensat, pecuniam suam erogat ad usuram, non solum nullam pro hoc laudem, sed etiam supplicia meriturus. ob hoc enim pecuniam domini maluit profligare, ut ex ea temporalem consequeretur ipse mercedem, non ut dominus, sicut scriptum est, ueniens reciperet quod suum est cum usura.

XVIII. Duabus autem ex causis inefficacem spiritalium rerum constat esse doctrinam. nam aut ille qui docet inexperta conmendans uano uerborum sono instruere nititur auditorem, aut certe nequam ac uitiis refertus auditor salutarem spiritalis uiri sanctamque doctrinam obdurato corde non recipit: de quibus dicitur per prophetam: excaecatum est enim cor populi huius, et auribus grauiter audierunt: et oculos suos concluserunt: ne quando uideant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde intellegant, et conuertantur, et sanem illos.

XVIIII. Nonnumquam tamen dispensatoris nostri dei, qui omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionem

2 Prov. 14, 23 (LXX) 5 Ps. 14, 5 7 Ps. 11, 7 13 Mt. 25, 27 20 Esai. 6, 10 (LXX) 25 I Tim. 2, 4

1 neclegentia Σ 2 dicuntur Σ 3 diuita Π 4 more Σ prof. Π 9 paecuniam ergo suam Σ 11 enim] enim in Σ pecunias Π 12 prosequeretur Σ 14 usuris Τ 15 XVIIII Ο spiritalem Τ 16 rerum *om.* Τ inexpertam Π 18 ac] aut Ο salutaris Π 19 obdurato ΠΟ²: obturato ΣΤΟ'v 20 prof. Π 22 et *ante* oculos *om.* Ο clauserunt Τ 23 suis *post* oculis *om.* Τ 25 *non distinguit* Ο nostri] nisi Π¹, *sed rursum deletum*; *uid. fuisse* nrī = nostris 26 saluus Π¹ saluos uult Σ

ueritatis uenire, munifica liberalitate conceditur, ut is qui dignum se euangelicae praedicationi inreprehensibili conuersatione non praebuit pro salute multorum spiritalis doctrinae gratiam consequatur. quibus autem modis etiam charismata curationum ad expellendos daemonas a domino concedantur, consequens est ut simili disputatione pandamus, quam consurgentes ad refectionem in uesperam reseruemus, quia efficacius semper corde concipitur, quidquid sensim et absque nimio labore corporis intimatur.

1 his $\Pi^1 O$ 2 praedicationis Π 4 carism. *O* (*passim*) 5 daemones $\Pi^2 T^2 v$ 7 qui Π^1 8 conspicitur Π quicquid $T^2 O$ 9 Explicit abbatis nesterotis de spiritali scientia conlatio (conl. de sp. stientia Π). Incipit (Incepit Π^1) eius (eiusdem Π) secunda (*om.* Π) de charismatibus diuinis $\Sigma\Pi$ Explicit collatio abbatis nesterotis prima de spiritali scientia T Capitula abbatis nesterotis de charismatibus diuinis Σ Incipiunt capitula Π Incipiunt capitula de secunda conlatione eiusdem senis T Expł coł abbatis nestoris de spiritali scientia. amen. Incipit eiusdem sc̃i uiri secunda. Capitula *O*

XV.

CONLATIO ABBATIS NESTEROTIS SECVNDA.

DE CHARISMATIBVS DIVINIS.

CAPITVLA.

6 nestherotis *ΣT* nestoros *O* carismatum *TO* 7 ratione] gratia *T* 8 quos *Σ* qui *O* debeat uiros imitari *Σ* 9 ab *om.* *O* machario *ΣT* 10 mulieres *Π*¹ 12 cuidam *Π* 14 extimari *O* 15 carism. *TO* sed ... consistat] sit *T* 18 demones extruisse *T* 19 prouitas *Π* 20 caritatis *Σ* Finiunt capitula (*om.* *Π*) abbatis nesterotis de charismatibus diuinis *ΣΠ* Incipit conlatio abbatis nestherotis *T* Finiunt capitula. Incipit conlatio sc̄da *O*

I. Post synaxin uespertinam ad repromissam narrationem
intenti psiathiis pariter ex more consedimus: cumque silenti-
um aliquantisper pro senis reuerentia praeberemus, taciturni-
2 tatem uerecundiae nostrae tali praeuenit eloquio. usque ad
spiritalium rationem charismatum proferendam praecedens
disputationis ordo peruenerat, quam tripertitam esse ma-
iorum traditione percepimus. prima siquidem curationis causa
est, cum pro merito sanctitatis electos quosque ac iustos
uiros signorum gratia comitatur, sicut apostolos multos-
que sanctorum signa ac prodigia secundum auctoritatem domini
fecisse manifestum est ita dicentis: infirmos curate,
mortuos suscitate, leprosos mundate, daemonas
3 eicite: gratis accepistis, gratis date. secunda, cum
ob aedificationem ecclesiae uel eorum qui infirmos suos in-
gerunt uel eorum qui curandi sunt fidem sanitatum uirtus
etiam a peccatoribus indignisque procedit. de quibus saluator
in euangelio multi, inquit, dicent mihi in illa die:
domine domine, nonne in tuo nomine prophetaui-
mus, et in tuo nomine daemonia eiecimus, et in
tuo nomine uirtutes multas fecimus? et tunc con-
fitebor illis quia numquam noui uos: discedite a
4 me, operarii iniquitatis. et e contrario si offerentum
uel infirmorum desit fides, etiam illos quibus curationum
dona conlata sunt non sinit sanitatum exercere uirtutem. de
qua re Lucas euangelista et non poterat, inquit, Iesus
facere inter eos uirtutes propter incredulitatem
eorum: unde idem dominus multi, inquit, leprosi erant
in Israhel sub Helisaeo propheta, et nemo eorum

11 Mt. 10, 8 17 Mt. 7, 22—23 25 Marc. 6, 5—6
27 Luc. 4, 27

1 synaxim Υ synaxi O 2 psiathis Σ psiatiis Π spiathiis Υ psiatis O 5 narrationem ΥO 7 curationum Πv 8 iustus Π^1 9 apostolus ΣΠ^1O 11 infirmus Π^1 12 daemones ΠΥOv 14 infirmos suos ingerunt] infirmus egerunt Π^1 16 a *om.* Υ 17 inquid ΠO 18 prof. Π 19 demonia multa eicimus O 22 operari ΣO^1 25 inquid O 27 illorum Πv inquid O 28 Israhel] hierusalem Σ ihrſlm O helisseo Σ heliseo Υ ęlisseo O prof. Π

mundatus est nisi Neman Syrus. tertius curationum 5 modus etiam conludio daemonum ac factione simulatur, ut, dum homo manifestis criminibus obligatus propter admirationem signorum sanctus ac dei famulus creditur, etiam uitiorum eius aemulatio suadeatur et per hoc obtrectationis aditu reserato etiam religionis sanctitas infametur, uel certe ut is qui curationum dona habere se credit per superbiam cordis elatus grauius elidatur. inde est quod inuocantes eorum nomina, quos nulla merita sanctitatis nec ullos spiritales fructus habere cognoscunt, uri se eorum meritis ac de obsessis simulant corporibus effugari. de quibus in Deuteronomio si 6 surrexerit, inquit, in medio tui prophetes, aut qui somnium uidisse se dicat, et praedixerit signum atque portentum, et euenerit quod locutus est, et dixerit tibi: eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et seruiamus eis: non audies uerba prophetae illius aut somniatoris: quia temptat uos dominus deus uester, ut palam fiat utrum diligatis eum an non, in toto corde, et in tota anima uestra: et in euangelio exsurgent, inquit, pseudochristi et pseudoprophetae, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur etiam, si fieri potest, electi.

II. Quapropter numquam debemus eos qui haec adfectant in his uirtutibus admirari, sed potius intueri utrum uitiorum omnium expulsione et morum emendatione perfecti sint, quod utique non pro alterius fide aut diuersitate causarum, sed pro

11 Deut. 13, 1—3 20 Mt. 24, 24

1 naaman Π²Τv sirus Π tertium Π 5 suadatur Σ obtrectationes Π¹ obtrectationibus Τ auditu ΠΟ¹ 6 relegionis Π 11 deutheronomio Σ 12 inquid ΠΟ prof. Π 13 se uidisse Τ 14 benerit Ο 15 ds̃ alienus Π¹ 16 prof. Π 17 huius Τ temtat ΣΟ 18 palam fiat] sciat Ο 20 inquid ΠΟ 21 pseudoprofetae Π seudoprophetae Ο 22 errore Π¹ etiam *ante* electi *habent* ΠΤΟv *et Vulg.*: *sed cf. Nov. test. Gr. ed. Tischendorf* 24 *nulla distinctio in* Π 26 emundatione Π

2 uniuscuiusque studio dei gratia dispensante conceditur. haec namque est actualis scientia, quae alio uocabulo caritas ab apostolo nuncupatur et uniuersis linguis hominum et angelorum et plenitudini fidei, quae etiam montes transferat, et omni scientiae ac prophetiae et erogationi omnium facultatum ipsique postremo glorioso martyrio apostolica auctoritate praefertur. nam cum dinumerasset uniuersa charismatum genera et dixisset: alii datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae, alii fides, alii gratia sanitatum, alii operatio uirtutum et reliqua, de caritate dicturus quemadmodum eam cunctis praetulerit charismatibus paucis aduertite: et adhuc, inquit, supra modum
3 excellentiorem uiam uobis demonstro. per quod euidenter ostenditur perfectionis ac beatitudinis summam non in illorum mirabilium operatione, sed in caritatis puritate consistere. nec inmerito. omnia enim illa euacuanda ac destruenda sunt, caritas uero perpetuò permansura. ideoque a patribus nostris opera ista signorum nequaquam uidimus adfectata: quin immo cum ea spiritus sancti gratia possiderent, numquam exercere uoluerunt, nisi forte extrema illos et ineuitabilis necessitas coartasset.

III. Sicut et ab abbate Macario, qui habitationem Scitioticae solitudinis primus inuenit, mortuum suscitatum esse reminiscimur. nam cum haereticus quidam, qui Eunomii perfidiam sectabatur, sinceritatem catholicae fidei arte dialectica subuertere conaretur magnamque iam hominum multitudinem decepisset, rogatus a catholicis uiris, qui ruina tantae sub-

3 cf. I Cor. 13, 1—3 8 I Cor. 12, 8—10 12 l. c. 31
16 cf. I Cor. 13, 8

1 *ante* haec *in Π est* ·II·, *sed m. 2 ut uid.* 3 noncupatur Π[1] hominum] hom. loquar Π 5 ac *om.* Τ prof. Π 6 martirio *O* 7 praeferatur Σ 8 et Σ: adque Π atque Τ *Ov* ali Σ *et sic deinceps* 9 alii fides . . . 10 sanitatum *om.* Π 12 et *om.* Τ inquid Π*O* 13 uobis uiam Π*Oc* 15 in *ante* illorum *om.* Π 17 perpetua Π 21 cohortasset Σ 22 et *om.* Τ ab *om.* Π*O* machario ΠΤ inhabitationem *O* schythioticae Σ scithioticae Π[2] 23 resuscitatum *O* 24 ereticus *O* 26 conaretur subuertere Τ

uersionis grauissime mouebantur, beatus Macarius, ut simplici-
tatem totius Aegypti ab infidelitatis naufragio liberaret,
aduenit. quem cum haereticus arte dialectica fuisset adgressus 2
et ad Aristotelicas ignorantem spinas uellet abducere, beatus
Macarius apostolica multiloquium eius breuitate concludens, non
est, inquit, in uerbo regnum dei, sed in uirtute: eamus
igitur ad sepulchra et nomen domini super mortuum qui
primus inuentus fuerit inuocemus ac sicut scriptum est
ostendamus ex operibus fidem nostram, ut manifestissima
rectae fidei documenta eius testimonio declarentur et per-
spicuam ueritatem non inani disputatione uerborum, sed
uirtute signorum et illo quod non potest falli iudicio conpro-
bemus. quo audito haereticus coram circumstanti plebe pudore 3
constrictus cum ad praesens praebere se condicioni propositae
simulasset adsensum seque adfuturum in crastinum promisis-
set, postero die expectantibus uniuersis, qui studiosius ad
condictum locum spectaculi huius cupiditate confluxerant,
exterritus conscientia suae infidelitatis aufugit ac protinus ab
uniuersa Aegypto transmigrauit. quem cum beatus Macarius
usque ad horam nonam cum populis praestolatus pro sua
conscientia declinasse uidisset, adsumens plebem, quae ab illo
fuerat deprauata, ad condicta sepulchra perrexit. hunc autem 4
Aegyptiis morem Nili fluminis inuexit eluuies, ut, quoniam
uniuersa terrae illius latitudo instar inmensi pelagi non paruo
anni tempore solita aquarum eruptione contegitur, ita ut nulla
tunc cuiquam uiandi copia nisi lemborum transuectione tribua-
tur, corpora mortuorum pigmentis condita redolentibus in

5 I Cor. 4, 20 8 cf. Iac. 2, 14

1 macharius ΠΤ ut *om.* O 4 ad *om.* Σ adducere Π Τ (*non* O) 5 macharius ΠΤΟ 6 inquid ΠΟ 7 sepulcra O 9 manifestissime Τv 10 testimonia Π 11 sed] sed in Π 13 auditu Π^1 ereticus O circumstante Π^2Τ podore Π^1 14 se *om.* Τ conditioni ΠΤ 16 exspect. Π 17 spectaculi huius ...... *§. 6 fin.* praestigiis fidem *desunt in* Π, *uno archetypi folio deperdito: librarium fugisse hunc defectum inde colligitur, quod in eadem linea scribere perrexit* confluxerunt O 18 aufugit] haut fugit Σ 19 macharius Τ 20 ad *om.* Τ 22 sepulcra O 25 inruptione Τ 26 limborum Σ

editioribus cellulis recondantur. nam madens ebrietate continua terrae illius solum humandi arcet officium. si qua enim cadauera defossa susceperit, euomere ad superficiem suam 5 inundationum nimietate conpellitur. cum igitur antiquissimo cuidam cadaueri beatus Macarius adstitisset, ait: o homo, si uenisset huc mecum haereticus ille filius perditionis et adstante ipso nomen Christi dei mei inuocans exclamassem, utrumne coram his, qui paene eius fuerant fraude subuersi, surrecturus fuisses edicito. tum ille consurgens adnuentis uoce respondit. quem interrogans abbas Macarius quidnam fuisset aliquando, cum frueretur hac uita, uel qua hominum fuisset aetate aut si nomen Christi tunc temporis cognouisset, ille sub antiquissimis regibus se uixisse respondit Christique nomen adseruit 6 illis se nec audisse temporibus. cui rursus abbas Macarius, dormi, inquit, in pace cum ceteris in tuo ordine, a Christo in fine temporum suscitandus. haec igitur eius uirtus et gratia quantum in ipso fuit semper fortasse latuisset, nisi eum necessitas totius prouinciae periclitantis et erga Christum plena deuotio amorque sincerus istud exercere miraculum conpulisset. quod utique ut ab eo fieret non ostentatio gloriae, sed caritas Christi et totius plebis extorsit utilitas: ut beatum quoque Heliam fecisse Regnorum lectio manifestat, qui ignem de caelo super hostias inpositas pyrae idcirco descendere postulauit, ut periclitantem pseudoprophetarum praestigiis fidem totius populi liberaret.

IIII. Quid etiam abbatis Abrahae gesta conmemorem, qui ἁπλοῦς, id est simplex pro simplicitate morum et innocentia cognominatur? qui cum metendi gratia ad Aegyptum

1 reconduntur *Σ* 5 macharius *ΤO* ait *om.* *ΤO* homo inquid *ΤO* 7 ipso] illo *O* 8 fraude fuerant *Τ* 10 abbas] beatus *O* macharius *ΤO* quidnam] qui *Τ* 14 ille *O* rursū *O* macharius *Τ* macarius abbas *O* 15 inquid *O* 16 finem *O* 18 prouintiae *Τ* 19 istut *Σ* 20 ostentatione *Σ* 22 ęliam *O* 23 hostiam impositam *Τ* pirae *Σ* 24 seudoprof. *O* 25 populi] polu *Π*, *corr.* *in* populo 26 quod *Π*[1] conmemorarem *Σ* commorarem *Π*[1] 27 απλοιc *O* simplicitatem *Π*[1] 28 gratiam *Π*[1]

de heremo diebus Quinquagensimae perrexisset et a muliere quadam paruulum suum lactis inopia iam tabidum atque seminecem praeferente lacrimosis precibus fuisset obstrictus, calicem ei aquae potandum inpresso crucis signaculo dedit, cuius haustu confestim mirum in modum arida iam penitus ubera lactis copia redundante fluxerunt.

V. Vel cum idem ipse pergens ad uicum circumdatus est inludentium turbis, qui subsannantes ostendebant ei quendam hominem contracto genu multis iam annis gressus officio destitutum et antiqua debilitate reptantem, ac temptantes eum, ostende, aiebant, abba Abraham, si seruus es dei, et restitue hunc pristinae sanitati, ut nomen Christi quem colis uanum non esse credamus. tum ille confestim inuocato Christi nomine inclinans se et adprehendens aridum pedem hominis traxit. cuius tactu continuo siccum genu incuruumque directum est ac recepto usu gressuum, quem obliuioni iam tradiderat annosa debilitas, laetus abscessit.

VI. Hi itaque uiri nihil sibi pro talium mirabilium uirtute donabant, quia non haec suo merito agi, sed domini misericordia fatebantur, apostolicis uerbis in admiratione signorum humanam gloriam refutantes: uiri fratres, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? nec quemquam in donis ac mirabilibus dei, sed potius ex propriis uirtutum fructibus praedicandum esse censebant, qui industria mentis et operum uirtute generantur. plerumque enim, ut 2 supra iam dictum est, homines mente corrupti, reprobi circa

21 Act. 3, 12

1 quinquagisimae (*sic!*) Π quinquagesime *O* 2 quaedam Π inopiam Π^1 iam *om.* Π 3 adstrictus Τ 4 potandom Π^1 5 immodum *O* 6 copia lactis Π*v* 9 contractu Σ 10 temtantes Σ 11 ostendere Τ agebant Π habraham Τ 14 inclinans se] inclinasse $\Pi^1 O$ 15 curuumque Τ*c* 16 gressum Σ*O* 18 hii $Τ^1 O$ 19 haec] ex Σ misericordiam Π^1 21 uiri] ut Τ admiramini Π*Ov* 22 in *om.* Τ aut] ut *O* 24 ac mirabilibus] mirabilium Τ 27 iam *om.* Τ

fidem, in nomine domini et daemonia expellunt et uirtutes maximas operantur. de quibus cum apostoli causarentur et dicerent: praeceptor, uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia, et prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum, licet eisdem ad praesens responderit Christus: nolite prohibere: qui enim non est aduersus uos, pro uobis est, tamen eis in fine dicentibus: domine domine, nonne in tuo nomine prophetauimus, et in tuo nomine daemonia eiecimus, et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? responsurum se esse testatur: quia numquam noui uos:
3 discedite a me, operarii iniquitatis. et idcirco etiam istos, quibus hanc gloriam signorum atque uirtutum pro merito sanctitatis ipse concessit, ne in his extollantur admonet dicens: nolite gaudere quia daemonia uobis subiciuntur, gaudete autem quia nomina uestra scripta sunt in caelis.

VII. Denique ipse auctor signorum omnium atque uirtutum, cum ad doctrinae suae magisterium discipulos aduocaret, quid ab eo ueri atque lectissimi sectatores peculiariter discere deberent euidenter ostendit: uenite, inquit, et discite a me, non utique ut daemonas caelesti potestate pellatis, non ut leprosos emundetis, non ut caecos inluminetis, non ut mortuos suscitetis: haec enim etiamsi per quosdam seruos meos operor, non potest se inserere laudibus dei humana condicio nec ullam sibi in hoc minister et famulus decerpere

3 Luc. 9, 49 6 l. c. 50 8 Mt. 7, 22 11 l. c. 23 15 Luc. 10, 20 21 Mt. 11, 28—29

4 aeciente Π^1 6 responderet Π 7 aduersum Σv *et Vulg.* eis] sibi T in eis in Π, *sed prius* in *deletum* finem O 8 *alterum* domine *om.* T nonne in nomine tuo Σ: *cf. cap. 1, 3* 9 prof. Π eicimus Π^1 et in ... eiecimus *om.* Oc 11 esse se O 12 operari O 14 in *om.* O 18 adque O 19 et quid O 20 uiri Π^1 electissimi $\Pi^2 c$ rectissimi TOr discedere debent Π^1 21 inquid ΠO 22 daemones $\Pi^2 T^2 v$ caelestis Π^1 23 mundetis T 24 enim *om.* Π 26 conditio ΠT nec] ne O debet decerpere TO

portionem, ubi solius diuinitatis est gloria: uos autem, inquit,
hoc discite a me quia mitis sum et humilis corde.
hoc enim est quod cunctis generaliter discere et exercere 2
possibile est, opera autem signorum atque uirtutum nec semper
necessaria nec omnibus conmoda sunt nec omnibus conceduntur.
humilitas ergo est omnium magistra uirtutum, ipsa est cae-
lestis aedificii firmissimum fundamentum, ipsa est donum pro-
prium atque magnificum saluatoris. is etenim uniuersa
miracula quae Christus operatus est sine periculo elationis
exercet, qui mitem dominum non sublimitate signorum, sed
patientiae atque humilitatis uirtute sectatur. qui uero inmundis 3
spiritibus imperare aut languentibus sanitatum dona conferre
aut aliquod signum mirabile populis gestit ostendere, quamuis
in ostentationibus suis Christi inuocet nomen, tamen alienus
a Christo est, quia humilitatis magistrum superba mente non
sequitur. nam etiam cum ad patrem remeans quoddam ut ita
dixerim conderet testamentum, hoc discipulis dereliquit:
mandatum, inquit, nouum do uobis ut diligatis
inuicem, sicut dilexi uos ut et uos diligatis inui-
cem, statimque subiunxit: in hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis
inuicem. non ait 'si signa atque uirtutes similiter feceritis', 4
sed si dilectionem inuicem habueritis, quam certum
est nisi mites atque humiles seruare non posse. quapropter
numquam monachos probos nec morbo cenodoxiae uacuos
nostri maiores esse duxerunt, qui semet ipsos exorcistas coram
hominibus profitentur et inter admirantium turbas hanc quam

2 l. c. 29 18 Ioh. 13, 34 20 l. c. 35

1 inquid *O* 2 a] ex *ΠO* 6 est ergo *ΠOv* ipsa ... 7 fundamentum *om. T* 8 is *Σ*: *om. T, in Π* his *erasum est* his *s. l. m. 2 O* 12 inperare *O* 13 aliquot *Σ* aliquid *Π¹O* populo *T* 14 alienus] longe *T* 15 a *om. Σ* qui *T* 17 discipulos *Π¹* dereliquid *Π* derelinquit *T¹* derelinquid *O* 18 inquid *O* 19 sicut] ut *T* ut et] et ut *Σ* ut et .. inuicem *om. T* 22 in inuicem *TO* 23 in inuicem *O* habueritis in inuicem *T* 25 nec] sed *T* 26 dixerunt *TO¹v*

uel meruerunt uel praesumpserunt gratiam iactantissima ostentatione diffamant. sed in cassum. qui enim innititur mendaciis, hic pascit uentos: idem autem ipse sequitur aues uolantes. sine dubio enim eueniet eis illud quod in Prouerbiis dicitur: sicut uenti et nubes et pluuiae manifestissimae sunt, ita qui gloriantur in dato falso. et ideo si quis coram nobis horum aliquid fecerit, non de admiratione signorum, sed de ornatu morum debet apud nos esse laudabilis, nec utrum daemonia ei subdita sint, sed utrum caritatis membra quae describit apostolus possideat inquirendum.

VIII. Et re uera maius miraculum est de propria carne fomitem eradicare luxuriae quam expellere inmundos spiritus de corporibus alienis, et magnificentius signum est uirtute patientiae truculentos motus iracundiae cohercere quam aëriis principibus imperare, plusque est exclusisse edacissimos de corde proprio tristitiae morsus quam ualitudines alterius febresque corporeas expulisse: postremo multis modis praeclarior uirtus sublimiorque profectus est animae propriae curare languores quam corporis alieni. quanto enim haec sublimior carne est, tanto praestantior eius est salus, quantoque pretiosioris excellentiorisque substantiae, tanto grauioris ac perniciosioris est et ruinae.

VIIII. Et de illis quidem curationibus ita beatissimis apostolis dicitur: nolite gaudere quia daemonia uobis subiciuntur. hoc enim faciebat non eorum potestas, sed uirtus nominis inuocati: et idcirco monentur ut ex hac parte

2 Prov. 10, 4 5 Prov. 25, 14 (LXX) 10 cf. I Cor. 13, 4 sqq. 25 Luc. 10, 20

1 praesumserunt Σ iactantissimam Π[1] 3 pascet ΠΤ poscit O[1] 4 sequetur Σ euenit Τ eis] illis Σ 5 prouerbis O 5 et pluuiae et nubes Τ 6 gloriatur Τ 7 aliquit Π(Σ) 9 aput ΣO subiecta ΠΤOv 12 VII (sic) O 13 luxoriae Π[1]Τ[1] inmundis Π[1] 15 coercere Τ cohibere Πv 16 excusisse Τ 17 ualetudines ΣO ualitudinis Π[1] 18 posttremo Σ 19 est om. Π 20 langores O quantum Τ 22 ac] et Σ pernit. ΠΤ 24 VIII O 25 subiciuntur uobis Τ 27 inuocata Τ

nihil sibi beatitudinis aut gloriae audeant uindicare, quae dei tantum potentia ac uirtute perficitur, sed ex illa uitae suae cordisque intima puritate, ob quam nomina eorum inscribi merentur in caelis.

X. Et ut hoc ipsum quod diximus uel testimoniis ueterum uel diuinis oraculis adprobemus, quid beatus Pafnutius uel de admiratione signorum uel de gratia senserit puritatis, immo quid angeli reuelatione cognouerit, ipsius uerbis atque experimentis rectius proferemus. hic namque ita multis uigens annis districtione praecipua, ut crederet se etiam carnalis concupiscentiae laqueis penitus absolutum, eo quod cunctis infestationibus daemonum quibus diu aperteque conflixerat superiorem se esse factum sentiret, dum aduenientibus uiris sanctis pulmentum lenticulae, quod illi atheran nominant, praepararet, manus eius, ut adsolet, in clibano flamma superuolitante conbusta est. quo facto tristificatus magnum in modum coepit 2
secum tacitus uoluere, cur ignis, inquiens, mecum non habet pacem, cum diriora mihi daemonum cesserint proelia? aut quemadmodum me in illo metuendo examinis die pertransiturus ille ignis inextinguibilis et inquisitor meritorum omnium non tenebit, cui nunc extrinsecus hic temporalis ac paruulus non pepercit? cumque aestuanti huiuscemodi cogitationibus atque tristitia sopor subitus obrepsisset, adueniens angelus domini, cur, inquit, Pafnuti, tristis es, quod necdum tibi pacatus sit ignis iste terrenus, cum adhuc resideat in membris tuis carnalium motuum necdum ad purum excocta conmotio? cuius 3

3 scribi mererentur *ΥO* 5 VIIII *O* 6 fafnutius *Σ* pahfnūtius *O* 7 ammiratione *Σ* 10 destrictione *ΣO* praecipue *Π*[1] 12 aperteque] a parte *Π* 13 factum esse *ΠΥv* 14 theran *uel* iheran *Υ* 15 in clibano ut adsolet *ΠΥOv*: *at cf. Inst. V, 40, 2, ubi rei narratae praemittitur*: quod .. solet .. euenire 16 quod *Π*[1] tristi | factus *Π*[1] tristis factus *Π*[2] magnum in domum *Π*[1] manens in domo *coniecit* *Π*[2] immodum *O* 17 quur *O* 18 duriora *Υ* 19 pertransiturus ille *scripsi*: pertransiturus si ille *Σ* per se transiturum (transitorum *Π*[1]) ille *ΠΥOv* 21 temporalia *Π*[1] 23 obrepisset *Π*[1]*O* 24 quur inquid pahfnūti *O* qod *Υ* 25 iste ignis *Σ*

radices donec in tuis uiuunt medullis, ignem istum materialem nequaquam tibi pacificum esse permittent. quem utique innoxium alias sentire non poteris, nisi omnes internos motus his indiciis in temet ipso experiaris extinctos: uade, adprehende nudam et pulcherrimam uirginem, et si illam tenens tranquillitatem tui cordis inmobilem aestusque carnales pacificos in te senseris perdurasse, huius quoque uisibilis flammae mitis atque innoxius in modum illorum trium in Babylonia puerorum te
4 adlambet adtactus. itaque senex huiusmodi reuelatione perculsus non quidem experimenti diuinitus demonstrati pericla consuluit, sed interrogans conscientiam suam et puritatem sui cordis examinans nec adhuc pondus castimoniae suae huius probationis ponderi conpensare coniectans, non mirum est, ait, si cedentibus mihi inmundorum spirituum proeliis adustiones ignis, quas dirissimis congressibus daemonum inferiores esse credebam, adhuc aduersum me senserim saeuientes.
5 maior quippe est uirtus ac sublimior gratia internam libidinem carnis extinguere quam nequitias daemonum extrinsecus inruentes signo domini ac uirtutis altissimae potentia subiugare uel de obsessis corporibus nominis diuini inuocatione propellere.

Huc usque abba Nesteros rationem de uera charismatum operatione consummans nos ad senis Ioseph cellam, quae sex ferme milibus ab ipso aberat, properantes doctrinae suae institutione prosecutus est.

3 metus Π^1 is *Σ* 5 pulcerrimam *O* 8 immodum *O* babilloniam *Π* babilonia *TO* 9 ablanbet *Σ* allamberit *T* huiuscemodi *O* 10 pericula *Ov* 11 consulit *T* 12 nec] necdum *T* 13 conpensare coniectans] compensans *T* 15 durissimis *T* congressionibus *O* 16 aduersus *T* 19 altissime (e *ex corr.*) *Σ* altissimi *Tr* potentiae *ΣO* subrogare *T* 21 huc] hoc *Σ* nectoros *O* orationem *ΠTOv*: *cf. cap. 1, 2* 22 iosep *Σ* cellulam *T* 24 Explicit abbatis nesterotis de charismatibus diuinis *Σ* Explicit abbatis nesterotis conlatio secunda. Incipit abbatis ioseph de amititia *Π* Explicit conlatio nesterotis *T* Incipiunt (*om. Π*) capitula conlationis primae (pr. *om. T*) abbatis ioseph de amicitia (amititia $\Pi^1 T$) *ΣΠT* Explicit conlatio abbatis nestoros XV a. Incipit abbatis ioseph de amicitia. Ir̃ capitula. *O*

XVI.

CONLATIO ABBATIS IOSEPH PRIMA.

DE AMICITIA.

CAPITVLA.

5 abbas *Tr* adquisierit *T* 6 infido] intimo *T* 7 amititiarum uirtus possideatur *T* amicitia possideatur *O* 10 amititiarum uirtus *T* 15 spiritalis Π^1 spiritalem nascitur *T* 17 obtimo *TO* 19 incursione *T* 20 ob quam *T* 21 contempni *ΠT* 22 dei] dei est *T*

XIIII. De gradibus caritatis.
XV. De his qui uel suam uel fratrum conmotionem dissimulatione conroborant.
XVI. De eo quod, si frater aduersum nos aliquid habeat simultatis, munera orationum nostrarum a domino respuantur.
XVII. De his qui patientiam saecularibus magis putant inpendendam esse quam fratribus.
XVIII. De his qui patientiam mentientes ad iracundiam fratres silentio accendunt.
XVIIII. De his qui ex indignatione ieiunant.
XX. De quorundam simulata patientia, qui maxillam alteram ingerunt uerberandam.
XXI. Interrogatio, quemadmodum Christi mandatis obtemperantes euangelica perfectione fraudentur.
XXII. Responsio, quod Christus non solum facti, sed etiam uoluntatis inspector sit.
XXIII. Quod ille sit fortis et sanus, qui subcumbit alterius uoluntati.
XXIIII. Quod infirmi iniuriosi sint et iniurias ferre non possint.
XXV. Interrogatio, quomodo fortis sit qui non semper sustentat infirmum.
XXVI. Responsio, quod infirmus se non sinat sustentari.
XXVII. Quomodo sit iracundia conprimenda.
XXVIII. Amicitias coniuratione initas firmas esse non posse.

2 uel fratrum uel suam *T* communionem *Π* 4 de *om.* *Π* eo *om.* *T* aduersus *TO* 5 nostrarum *om.* *T* 8 fratribus silentio *T*: *inrepsit uox ex titulo sequente, in quo omissa est* 10 accedant Π^1 11 dignatione Π^1 12 qua *O* 13 uerberantiam Π^1 15 euangelicam perfectionem Π^1 16 factis *ΣO* 17 est *Σ* 24 sentiat *Σ* 25 quemadmodum *Π* 26 Finiunt capitula abbatis ioseph conlationis primae de amicitia. Incipit conlatio de amicitia abbatis ioseph *Σ* Finiunt capitula conlatio (*sic*) primae abbatis ioseph de amititia *Π* Expliciunt capitula. Incipit conlatio prima abbatis ioseph de amititia *T* Explicit capitula. Incipit conlatio sc̃i ioseph *O*

I. Beatus Ioseph, cuius nunc instituta ac praecepta pandenda sunt, unus e tribus quorum in prima conlatione fecimus mentionem, clarae admodum familiae ac primarius ciuitatis suae intra Aegyptum fuit, quae appellatur Thmuis, et ita non solum Aegyptia, sed etiam Graeca facundia diligenter edoctus, ut uel nobis uel his qui Aegyptiam linguam penitus ignorabant non ut ceteri per interpretem, sed per semet ipsum elegantissime disputaret. qui cum institutionem suam nos desiderare sensisset, percontatus primum utrumnam essemus germani fratres audiensque a nobis quod non carnali, sed spiritali essemus fraternitate deuincti, nosque ab exordio renuntiationis nostrae tam in peregrinatione, quae ab utroque nostrum fuerat obtentu militiae spiritalis arrepta, quam in coenobii studio indiuidua semper coniunctione sociatos, tali usus est sermonis exordio.

II. Amicitiarum ac sodalitatis multa sunt genera, quae diuersis modis humanum genus dilectionis societate conectunt. quosdam enim praecedens conmendatio primum notitiae, post etiam amicitiae fecit inire conmercia. in quibusdam uero contractus quidam seu dati acceptiue depectio caritatis foedera copulauit. quosdam negotiationis seu militiae uel artis ac studii similitudo atque conmunio amicitiarum uinculis nexuerunt, per quam ita etiam effera sibi inuicem corda mansuescunt, ut etiam hi qui in siluis ac montibus latrociniis gaudent et effusione humani sanguinis delectantur, suorum scelerum participes amplectantur ac foueant. est etiam dilectionis aliud 2
genus, quod instinctu naturae ipsius et consanguinitatis lege conectitur, qua uel contribules uel coniuges uel parentes seu fratres ac filii naturaliter ceteris praeferuntur, quod non solum humano generi, uerum etiam omnibus alitibus atque animanti-

2 XI, 3, 2

2 ex *ΠΤOv* 4 thymuis *Τ* thembis *O* 5 aegyptiam *Π*[1] 7 ut ceteri *om. Τ* eligant. *Π* 9 perconatus *Π* percunctatus *Τ* 13 cenobi *O* 14 taliter *Τ* 19 commertia *ΠΤ* 20 depectio *O*[1]: deceptio *Σ* depactio *ΤO*[2]*v* accepti•• de•pectio *Π*[1] acceptique depactio *Π*[2] 21 uel *om. Π* 23 ••fera *Π* efferata *ΤO* 24 hii *ΣΤ*[1] 28 qua] qui *Π*[1]

bus inesse deprehenditur. nam pullos uel catulos suos naturali affectu instigante sic protegunt ac defendunt, ut frequenter pro ipsis etiam obicere se periculis mortique non metuant. denique etiam illa bestiarum uel serpentium uel alitum genera, quae intolerabilis feritas ac letale uirus ab omnibus separat ac secernit, ut sunt basilisci uel monocérotes uel grypes, cum etiam uisu ipso cunctis perniciosa esse dicantur, inter se tamen pro originis ipsius affectionisque consortio pacata et innoxia
3 perseuerant. sed haec omnia quae diximus genera caritatis sicut malis ac bonis, feris etiam atque serpentibus uidemus esse communia, ita etiam usque in finem certum est perseuerare non posse. etenim interrumpit ea frequenter ac diuidit locorum discretio et obliuio temporalis et uerbi uel causae negotiorumque contractus. ut enim ex diuersis uel lucri uel libidinis uel consanguinitatis ac necessitudinum uariarum societatibus adquiri solent, ita intercedente qualibet diuortii occasione soluuntur.

III. In his igitur cunctis unum est genus insolubile caritatis, quod nec conmendationis gratia nec officii uel munerum magnitudo contractusue cuiusquam ratio uel naturae necessitas iungit, sed sola similitudo uirtutum. haec, inquam, est quae nullis umquam casibus scinditur, quam non solum dissociare uel delere locorum uel temporum interualla non praeualent,
2 sed ne mors quidem ipsa diuellit. haec est uera et indisrupta dilectio, quae gemina amicorum perfectione ac uirtute concrescit, cuius semel initum foedus nec desideriorum uarietas nec contentiosa disrumpet contrarietas uoluntatum. ceterum multos nouimus in hoc proposito constitutos, qui cum pro caritate Christi flagrantissima essent sodalitate deuincti, non perpetuo eam nec indisrupte seruare potuerunt, quia, licet bono societatis principio niterentur, non tamen uno nec pari

1 deprachinditur Π 4 etiam *om.* Υ 5 hominibus Υ 6 ac] et Σ ae Π^1 monocherotes uel gryppes Υ grifes O 7 pernit. $\Pi\Upsilon$ 10 uidimus Π 11 in] ad Υ 16 societatibus] necessitatibus Υ quolibet Σ 17 occansione Π 20 contractusque Πv 24 ipsa quidem Σ 28 constitutus Π^1 29 flagrantissimae Π soliditate Σ 30 potuerant Υ 31 bono] uno Π^2

studio arreptum propositum tenuerunt fuitque inter eos quaedam temporalis adfectio, quia non aequali utriusque uirtute, sed unius patientia seruabatur: quae quamuis ab uno magnanimiter atque infatigabiliter retentetur, necesse est tamen eam alterius pusillanimitate disrumpi. infirmitates namque eorum 3
qui tepidius perfectionis expetunt sanitatem, quantalibet fortium tolerantia sustenteutur, ab ipsis tamen qui infirmi sunt non feruntur. habent enim insitas sibi conmotionum causas quae eos quietos esse non sinant: ut solent hi qui carnali aegritudine detinentur stomachi sui infirmitatisque fastidia coquorum uel ministrantium neglegentiis inputare, et quantalibet eis obsequentium sollicitudo deseruiat, nihilominus tamen sanis causas suae conmotionis adscribere, quas sibi utique uitio ualitudinis suae inesse non sentiunt. quamob- 4
rem haec est amicitiae ut diximus fida insolubilisque coniunctio, quae sola uirtutum parilitate foederatur: dominus enim inhabitare facit unius moris in domo. et idcirco in his tantum indisrupta potest dilectio permanere, in quibus unum propositum ac uoluntas, unum uelle ac nolle consistit. quam si nos quoque cupitis inuiolabilem retentare, festinandum est uobis, ut expulsis primitus uitiis mortificetis proprias uoluntates et ut unito studio atque proposito illud quo propheta admodum delectatur gnauiter impleatis: ecce quam bonum, et quam iucundum habitare fratres in unum. quod non localiter, sed spiritaliter oportet intellegi. 5
nihil enim prodest si moribus ac proposito dissidentes una habitatione iungantur, nec obest parili uirtute fundatis per

16 Ps. 67, 7 23 Ps. 132, 1

1 inter eos] eis *T* 2 aequaliter *T* 7 sustentetur *ΠO* ab *is (s *eras.*) *Π* 8 *post* feruntur *TOr habent inserta haec*: et ut ita dicam ipsum (ipsuht *O*) tolerari (tolerare *T*) non tolerant conmixtionum *Σ* commotionum *ΠTO* 9 hii *ΣT*[1] 10 detenentur *Π*[1] sthomaci *Σ* stomaci *O* infirmitatesque *Π*[1] 13 causas *TO*: causae *Σ* caus *Π*[1] cause *Π*[2] 14 ualetudinis *Σ* 16 enim] autem *Σ* 22 uoluntatis *Π*[1] ut *om.* *ΠTO* quod *T*[1]*O* prof. *Π* 23 nouiter *Π* (o *in ras.*) suauiter *T*[2] nauiter *O* 24 iocundum *T* 26 prodeest *O* 27 pari *Π*

locorum interualla disiungi. apud deum namque morum cohabitatio, non locorum, unita fratres habitatione coniungit, nec potest umquam pacis integritas custodiri, ubi uoluntatum diuersitas inuenitur.

IIII. GERMANVS: Quid ergo? si uno uolente perficere aliquid, quod secundum deum conmodum et salubre perspexerit, alius non praestet adsensum, exsequendumne etiam contra uotum fratris est an pro eius arbitrio neglegendum?

V. IOSEPH: Idcirco diximus plenam atque perfectam amicitiae gratiam nisi inter perfectos uiros eiusdemque uirtutis perseuerare non posse, quos eadem uoluntas unumque propositum aut numquam aut certe raro diuersa sentire aut in his quae ad profectum spiritalis pertinent uitae patitur dissidere. quodsi animosis coeperint contentionibus aestuare, liquet utique eos numquam secundum regulam quam praediximus fuisse concordes. sed quia nemo potest a perfectione habere principium, nisi qui ab ipso eius coeperit fundamento, et uos non quanta eius sit magnitudo, sed quemadmodum ad eam perueniri possit inquiritis, necessarium reor ut paucis regulam eius uobis ac tramitem quendam per quem gressus uestri dirigantur aperiam, ut patientiae ac pacis bonum facilius obtinere possitis.

VI. Prima igitur sunt uerae amicitiae in contemptu substantiae mundialis et omnium quas habemus rerum despectione fundamina. perquam enim iniustum atque inpium est, si post abrenuntiatam mundi et omnium quae in eo sunt uanitatem pretiosissimae fratris dilectioni supellex uilissima quae superfuit praeferatur. secundum est ut ita suas unusquisque resecet uoluntates, ne sapientem atque consultum esse se iudicans

1 coniungi Σ^1 aput ΣO dn̄m O 2 quoabitatio O
7 exequ. O 12 raro facit ΥO aduersa Υ 16 a] ad Σ
18 siht eius O 19 peruenire ΠO^1 20 uobis eius $\Pi \Upsilon O v$
22 optinere $\Sigma \Upsilon$ 23 contentu Σ 24 dispectione Π^1 dipectione Υ^1 25 enim *om.* Υ 26 renuntiata Π^1 renuntiatam Π^2 abrenuntiationem Υ uanitatum Υ^2 27 praefuit Σ^1 superfluit Υ
29 se *om.* ΣO

suis malit quam proximi definitionibus oboedire. tertium est 2
ut sciat omnia, etiam quae utilia ac necessaria aestimat,
postponenda bono caritatis ac pacis. quartum ut credat nec
iustis nec iniustis de causis penitus irascendum. quintum ut
aduersum se iracundiam fratris etiam sine ratione conceptam
eodem modo quo suam curare desideret, sciens aequaliter
sibi perniciosam alterius esse tristitiam acsi aduersus alium
ipse moueatur, nisi eam, quantum in se est, etiam de fratris
mente depulerit. postremum illud est quod generale uitiorum
omnium peremptorium esse non dubium est, ut se de hoc
mundo credat cotidie migraturum. quae persuasio non solum 3
nullam in corde tristitiam residere permittet, uerum etiam
uniuersos concupiscentiarum ac peccatorum omnium conprimet
motus. haec igitur quicumque tenuerit, amaritudinem irae
atque discordiae nec pati poterit nec inferre. his autem
cessantibus cum primum ille aemulus caritatis in cordibus
amicorum tristitiae sensim uenena suffuderit, necesse est ut
frequentibus iurgiis paulatim dilectione tepefacta amantium
corda diu exulcerata quandoque dissociet. nam qui per callem 4
praedictae directionis ingreditur, in quo ab amico umquam
suo poterit dissidere, qui primam litium causam, quae ex
paruulis rebus uilissimisque materiis generari solet, nihil suum
uindicans radicitus amputarit, illud quod in Actibus apostolorum legimus de unitate credentium omni uirtute custodiens:
multitudinis autem credentium erat cor et anima
una, nec quisquam eorum quae possidebant aliquid
suum esse dicebat, sed erant illis omnia conmunia?
deinde quemadmodum ab eodem seminarium dissensionis

25 Act. 4, 32

1 malit] magis uelit Τ 3 ut *om.* Π 4 nec iniustis *om.* O 5 aduersus ΠΤOv contentam Σ 7 pernit. ΠΤ 10 peremtorum Σ peremptorum Π de] ex Τ 11 cott. Τ quotidie O 12 permittit ΠΤc 14 *post* motus *in* Τ *est*: VII quicumque] qui eum (*sic*) Π *pro* irae *in* Π *est rasura*: *fuisse uidetur* et 15 is Σ 16 stimulus Τ 18 patefacta Π 20 dilectionis Τ 21 litium] limum Π[1] qua ex Σ 23 amputaberit O[1] 26 aliquit Π[1] (Σ) 27 dicebant O 28 eo ΠΤOv dissentionis Σ

exsurget, qui non suae, sed fratris seruiens uoluntati domini atque auctoris sui fuerit imitator effectus, qui loquens ex persona hominis quem gerebat non ueni, inquit, facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit
5 me? quo autem modo ullum contentionis fomitem suscitabit, qui de intellegentia ac sensu suo non tam proprio iudicio quam fratris credere decreuit examini, pro eius scilicet arbitrio uel probans sua inuenta uel inprobans et euangelicum illud pii cordis humilitate consummans: uerumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu? aut qua ratione aliquid quo frater maestificetur admittet, qui bono pacis nihil iudicat esse pretiosius, dominicae illius sententiae memoriam non amittens: in hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis inuicem, per quam uelut speciali signaculo gregem ouium suarum in hoc mundo uoluit Christus agnosci atque hoc a ceteris ut ita dixerim charactere
6 discerni? qua uero ex causa uel in se recipere uel in alio residere rancorem tristitiae sustinebit, cui summa definitio est iracundiae, quae perniciosa et inlicita est, iustas causas esse non posse, eodemque se modo suscensente sibi fratre orare non posse, quo si fratri suo ipse suscenseat, illam domini saluatoris humili semper retinens corde sententiam: si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, et uade prius reconciliare fratri tuo, et sic ueniens offers
7 munus tuum? nihil enim proderit si te quidem adseras non irasci et credas te illud inplere mandatum quo dicitur: sol

3 Ioh. 6, 38 9 Mt. 26, 39 13 Ioh. 13, 35 22 Mt. 5, 23—24 28 Eph. 4, 26

1 exurget *O* 3 inquid *O* 4 me misit *O* 5 ullius *T* 6 tamen *Π*[1] 11 admittit *T* quo *Π*[1] 12 ille *Π*[1] 13 discipuli estis *T* 14 in inuicem *TO* uel *Π*[1] uelud *T* 16 acceteris *T* caractere *ΣTO* 18 sustenebit *Π*[1] 19 pernit. *ΠT* 20 suscensentes *Π* fratrem *Π* 22 retinens semper *Σ* 24 contra *T* 26 reconciliari *ΣΠ*[1]*Tv* offer *Πv* offeres·*T* 27 *post* tuum *in T est*: VIII 28 illut *Π*[1](*Σ*)

non occidat super iracundiam tuam, et: qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, alterius uero tristitiam quam delenire tua mansuetudine potuisti contumaci corde despicias. eodem namque modo praecepti dominici praeuaricatione plecteris. qui enim dixit irasci te aduersus alterum non debere, dixit nec alterius contemni debere tristitiam, quia non interest apud deum qui omnes homines uult saluos fieri, utrum te an alium quempiam perdas. unum 8 siquidem cuiuslibet interitu ei nascitur detrimentum, itidemque illi cui omnium grata perditio est unum lucrum uel tua uel fratris morte conquiritur. quemadmodum postremo poterit uel tenuem contra fratrem retinere tristitiam, qui se credit cotidie, immo continuo ab hoc saeculo migraturum?

VII. Sicut ergo nihil praeponendum est caritati, ita furori uel iracundiae nihil est e contrario postponendum. omnia namque, quamuis utilia ac necessaria uideantur, spernenda sunt tamen, ut irae perturbatio deuitetur, et omnia etiam quae putantur aduersa suscipienda atque toleranda sunt, ut dilectionis pacisque tranquillitas inlibata seruetur, quia nec ira atque tristitia perniciosius quicquam nec caritate utilius est credendum.

VIII. Nam quemadmodum carnales adhuc et inbecillos fratres ob uilem terrenamque substantiam cita inimicus bile disiungit, ita etiam inter spiritales gignit pro intellectuum diuersitate discordiam, ex qua sine dubio contentiones rixaeque uerborum, quas apostolus damnat, plerumque consurgunt: unde consequenter diuortia inter unianimos fratres hostis in-

1 Mt. 5, 22 7 I Tim. 2, 4 26 cf. Gal. 5, 20

1 tuam] uestram *TOv*: *om. Π cf. cap. 17, 1* 3 delinire *ΣT* 4 dispicias *Π* modo namque *T* 5 aduersum *O* 6 contempni *Π* debere contemni *T* 7 aput *ΣO* 9 interitum et *Π* 10 ille *Σ* unam *Σ* 13 cott. *T* 14 *non distinguit T* 17 diuitetur *Π*[1] etiam] enim *Π* 20 adque *O* tristitiae *Π*[1] pernit. *ΠT* 22 *non distinguit T* inbeccillos *Σ* inbicillos *T*[1] inbecilles *Π*[1]*T*[2](*v*) 23 cito *T* citra *O* uile *O* 27 diuorsia *Σ* unianimos *ΣO*[1]: unanimos *ΠTO*[2] hostes *Π*

uidus ac malignus interserit. uera est namque sapientissimi Salomonis illa sententia: odium suscitat contentio, uniuersos uero qui non contendunt proteget amicitia.

VIIII. Quapropter ad conseruandam perpetuam et indiuiduam caritatem nihil prodest primam causam amputasse discidii, quae nasci solet de rebus caducis atque terrenis, et uniuersa despexisse carnalia atque omnium quibus noster usus indiget rerum indiscretam conmunionem fratribus permisisse, nisi etiam secundam, quae sub specie spiritalium sensuum nasci solet, similiter abscidentes adquisierimus in omnibus humilem sensum et consonas uoluntates.

X. Memini namque, cum me adhuc adhaerere consorti aetas iunior hortaretur, huiusmodi nobis intellegentiam uel in moralibus disciplinis uel in scripturis sacris frequenter insertam, ut nihil ea uerius nihilque rationabilius crederemus. sed cum in unum conuenientes sententias nostras promere coepissemus, quaedam conmuni examinatione discussa primum ab altero falsa ac noxia notabantur, mox deinde ut perniciosa conmuni pronuntiata iudicio damnabantur: quae in tantum prius infusa a diabolo uelut luce fulgebant, ut facile potuissent generare discordiam, nisi praeceptum seniorum ueluti diuinum quoddam oraculum custoditum ab omni nos contentione reuocasset, quo ab illis legali quadam sanctione praescriptum est, ut neuter nostrum plus iudicio suo quam fratris crederet, si numquam uellet diaboli calliditate deludi.

XI. Etenim saepe illud quod apostolus dicit probatum est euenire: ipse enim Satanas transfigurat se in ange-

2 Prov. 10, 12 (LXX)   28 II Cor. 11, 14

2 salamonis ΣΠ   3 protegit (καλύπτει) Πc   6 prodeest O   putasse Σ   9 promisisse Σ permississe Π   11 adquesierimus Π   12 sensuum et consonans Π   13 consortia Π[1] consortio Π[2] Υ consortii O   15 sanctis O   17 promerere Π[1]   19 peruit. ΠΥ   21 diabulo Π[1]   22 uelut ΠOv uelud Υ   24 quod ΥO   perscriptum ΠO   25 crederit Π[1]   27 *non distinguit* Υ   *in* Σ *uerba* etenim saepe illut quod apostolus dicit *bis scripta sunt: in medio eorum rasura est; fortasse fuit* XI

lum lucis, ut obscuram ac taetram caliginem sensuum pro uero scientiae lumine fraudulenter offundat. qui nisi humili et mansueto corde suscepti maturissimi fratris uel probatissimi senioris reseruentur examini et eorum iudicio diligenter excussi aut abiciantur aut recipiantur a nobis, sine dubio uenerantes in cogitationibus nostris pro angelo lucis angelum tenebrarum grauissimo feriemur interitu. quam perniciem inpossibile est euadere quempiam iudicio proprio confidentem, nisi humilitatis uerae amator et exsecutor effectus illud quod apostolus magnopere deprecatur omni contritione cordis inpleuerit: si qua 2
ergo consolatio in Christo, si quod solacium caritatis, si qua uiscera et miserationes, inplete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores uobismet ipsis alterutrum arbitrantes, et illud: honore alterutrum praeuenientes, ut plus unusquisque consorti suo scientiae et sanctitatis adscribens summam discretionis uerae in alterius magis quam suo credat stare iudicio.

XII. Saepe autem accidit siue inlusione diaboli siue intercessu erroris humani, quo nullus est in hac carne qui falli uelut homo non possit, ut et ille interdum qui acrioris ingenii scientiaeque maioris est aliquid falsum mente concipiat, et ille qui tardioris ingenii ac minoris est meriti rectius aliquid ueriusque praesentiat. et idcirco nullus sibi quamuis scientia praeditus inani tumore persuadeat quod possit conlatione alterius non egere. nam etiamsi iudicium eius diabolica non

10 Phil. 2, 1—3 17 Rom. 12, 10

1 taetram *Π*: tetram *ΣΤΟ* 2 fraudulentur *Π*[1] fraudolenter *Τ*: *om.* *Σ* effundat *ΣΠ*[1] offendat *O* 4 seniores *Π*[1] 7 *post* interitu *in* *ΣΤ* *est*: XI pernit. *Π* 9 executor *O* 11 consulatio *Π*[1] 12 uiscera miserationis *Τv* 15 contentione *Π* 16 in *om.* *ΤO* humilitatem *Π*[1] 17 honore mutuo *ΤO* alterutrum *om.* *O* 19 summa *Π* 20 quam in *Τv* 21 siue inlusione diaboli *om.* *Τ* 22 quo] quod *O* 26 persentiat *Ov* quauis *Π* 27 in collatione *Τ*

fallat inlusio, elationis tamen et superbiae grauiores laqueos non euadet. quis enim hoc sibi absque ingenti poterit usurpare pernicie, cum uas electionis, in quo Christus, ut ipse professus est, loquebatur, ob hoc solummodo se adserat Hierosolymam conscendisse, ut cum suis coapostolis euangelium, quod gentibus reuelante et cooperante domino praedicabat, secreta examinatione conferret? per quod ostenditur non solum unianimitatem atque concordiam per haec praecepta seruari, uerum etiam cunctas diaboli aduersantis insidias et inlusionum eius laqueos non timeri.

XIII. Denique in tantum uirtus caritatis extollitur, ut eam beatus Iohannes apostolus non solum rem dei, sed etiam deum esse pronuntiet dicens: deus caritas est: qui manet in caritate, in deo manet et deus in ipso. nam usque adeo illam diuinam esse perspicimus, ut illud apostoli manifestissime uigere sentiamus in nobis: quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui habitat in nobis. quod tale est acsi dicat: quoniam deus diffusus est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui habitat in nobis. qui etiam, cum ignoremus quid debeamus orare, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quoniam secundum deum postulat pro sanctis.

XIIII. Illam igitur caritatem, quae dicitur ἀγάπη, possibile est omnibus exhiberi. de qua beatus apostolus ergo dum tempus habemus, inquit, operemur quod bonum est ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. quae in tantum omnibus est generaliter exhibenda, ut eam

3 cf. II Cor. 13, 3 5 cf. Gal. 2, 1—2 13 I Ioh. 4, 16 16 Rom. 5, 5 21 Rom. 8, 26—27 26 Gal. 6, 10

1 fallit *O* graues *Υ* 5 hierusolimam *Π* hierosolimam *Υ* iherosolimam *O* 8 unianimitatem $\Pi\Upsilon^{a}$: unanim. $\Sigma\Upsilon^{2}$ unanimitate *O* 12 iohannis Π^{1} 13 et qui *ΥOv* 18 quod tale..... 20 in nobis *om. Υ* 25 *non distinguit Υ* In illam *Π* aranhn *Υ* 26 ab omnibus *O* exhibere *Υv* 27 inquid *ΠΥO*

etiam inimicis nostris a domino iubeamur inpendere: nam *diligite, inquit, inimicos uestros.* διάθεσις autem, id est adfectio, paucis admodum et his qui uel parilitate morum uel uirtutum societate conexi sunt exhibetur, licet etiam ipsa διάθεσις multam in se differentiam habere uideatur. aliter 2 enim parentes, aliter coniuges, aliter fratres, aliter filii diliguntur, et in ipsa quoque horum affectuum necessitudine magna distantia est, nec uniformis parentum dilectio erga filios inuenitur. quod etiam Iacob patriarchae probatur exemplo, qui cum esset duodecim filiorum pater omnesque paterna caritate diligeret, tamen propenso Ioseph dilexit affectu, ut de eo aperte scriptura conmemoret: *inuidebant autem ei fratres sui, eo quod diligeret eum pater suus*: scilicet non quo uir iustus et pater non ualde diligeret etiam ceteram prolem, sed quod huius, quia typum domini praeferebat, affectui dulcius quodammodo atque indulgentius inhaereret. hoc etiam de Iohanne euangelista legimus eui- 3 dentissime designari, cum de ipso dicitur: *discipulus ille, quem diligebat Iesus*, cum utique etiam reliquos undecim similiter electos ita praecipua dilectione conplexus sit, ut hoc etiam euangelica adtestatione designet dicens: *sicut dilexi uos, et uos diligite inuicem*: de quibus et alibi dicitur: *diligens suos qui erant in mundo, usque in finem dilexit eos.* sed hic unius dilectio non erga reliquos discipulos teporem caritatis, sed largiorem erga hunc superabundantiam amoris expressit, quam ei uirginitatis priuilegium et carnis incorruptio conferebat. quae idcirco uelut sublimior 4 cum quadam exceptione signatur, quia eam non odii conpa-

2 Mt. 5, 44 12 Gen. 37, 4 18 Ioh. 13, 23 21 l. c. 34 23 l. c. 1

2 dicit diligite Π^2 inquid *TO*: *om.* Π διάθεσις] ΑΓΑΠΗ Π^2 *in ras.* 4 *ante* licet *in T est*: XIIII 5 διάθεσις] dilectio Π^2 *in ras.* 7 eorum *O* 8 uniformes Π^1 9 in iacob *O* 12 commemoraret Π^1 15 quia] qui *Tr* 19 ihesus *O* 22 ut et uos diligatis *O* 23 ad finem *T* 24 hic $\Sigma\Pi^1 TO$: haec $\Pi^2 c$ 25 discipulus Π^1 superhabundantiam ΠT 26 ei] et Π 28 eam] eum Σ

ratio, sed afluentior gratia exuberantissimi amoris extollit. tale quid etiam ex persona sponsae legimus in Cantico Canticorum dicentis: ordinate in me caritatem. haec enim est uere caritas ordinata, quae odio habens neminem quosdam meritorum iure plus diligit, quaeque, cum generaliter diligat cunctos, excipit tamen sibi ex his quos debeat peculiari affectione conplecti, et rursum inter ipsos qui in dilectione summi atque praecipui sunt aliquos sibi qui ceterorum affectui superextollantur excerpit.

XV. E contra nouimus (quod utinam nesciremus!) nonnullos fratrum tantae esse obstinationis atque duritiae, ut cum uel suos aduersus fratrem uel fratris aduersum se senserint animos excitatos, ad dissimulandam mentis suae tristitiam, quae ex indignatione alterutrae conmotionis exorta est, secedentes ab eis, quos humili satisfactione atque conloquio lenire debuerant, aliquos psalmorum incipiant decantare uersiculos. qui dum conceptam corde amaritudinem delenire se putant, insultando augent quod statim extinguere potuerunt, si magis anxii atque humiles esse uoluissent, ut oportuna conpunctio et ipsorum cordibus mederetur et fratrum animos deleniret. nam illo utique modo pusillanimitatis, immo superbiae suae uitium palpant et nutriunt potius quam extirpant fomitem iurgiorum, dominicae illius praeceptionis inmemores qua ait: qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, et: si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, et uade prius reconciliare fratri tuo, et tunc ueniens offers munus tuum.

3 Cant. 2, 4 (LXX) 23 Mt. 5, 22 24 l. c. 23—24

1 affluentior $\Pi\Upsilon$ gratia *om.* Π 2 tale quid] aliquid Υ 4 est *om.* Π^1, *ante* enim *addidit* Π^2 nera O 8 superextolluntur Π 9 excepit O 10 nonnullus Π^1 12 aduersus] aduersum Υ aduersus se Π 13 excitatus Π^1 16 incipiunt $\Sigma\Pi O v$ quibus ΥO 17 cordis Πv delinire $\Pi^2\Upsilon O$ 19 oportuna Υ^1 20 cordis Π^1 deliniret $\Pi^2\Upsilon O$ 21 pusillanimitates Π^1 22 stirpant Π 23 praeceptiones Π^1 25 fuerit Π^1 aduersus ΥO 26 prius *om.* Υ 27 reconciliari $\Sigma\Upsilon v$ offer $\Pi^2 r$ offeres Υc offerre O

XVI. In tantum igitur non uult nos dominus noster alterius despectui habere tristitiam, ut si aliquid aduersum nos frater habuerit, nec munera nostra suscipiat, id est nec orationes sibi a nobis permittat offerri, donec de animo eius tristitiam iuste iniusteue conceptam celeri satisfactione tollamus. neque enim ait 'si habet ueram querellam aduersum te frater tuus, relinque munus tuum ad altare et uade, prius reconciliare ei', sed si recordatus fueris, inquit, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, id est etiam si leue aliquid ac uile sit quo fratris in te fuerit excitata conmotio, et hoc memoriam tuam subita recordatione pulsauerit, scias offerre te precum tuarum spiritalia munera non debere, nisi prius qualibet ex causa ortam tristitiam de corde fratris benigna satisfactione depuleris. si igitur euangelicus sermo etiam pro 2 praeterita et minima simultate ac de exiguis oborta causis satisfacere nos irascentibus iubet, quid de nobis miseris fiet, qui recentes et maximas causas nostroque errore conmissas pertinaci dissimulatione contemnimus et inflati tumore diabolico, dum humiliari erubescimus, auctores nos fraternae tristitiae denegamus, ac rebelli spiritu subici praeceptis domini dedignantes nequaquam ea uel obseruari debere uel inpleri posse contendimus? eoque fit, ut iudicantes eum inpossibilia uel incongrua praecepisse efficiamur secundum apostolum non factores, sed iudices legis.

XVII. Illud quoque quibus lacrimis est deflendum, quod nonnulli fratrum, cum fuerint contumelia cuiuslibet sermonis accensi, si alterius cuiuspiam qui eam lenire desiderat precibus fatigentur, cum audierint nequaquam debere aduersus fratrem concipi retineriue tristitiam secundum illud quod scriptum

23 Iac. 4, 11

2 aduersus *T* 6 ait *om.* *Π* quaerellam *Σ* querelam aduersus *T* 8 inquid quod *TO* 13 hortam *Σ* 16 nos] non *Σ* 18 contempnimus *Π* diabulico *Π*[1] 19 erubiscimus *Π*[1] 20 denegamus] designamus *ex* dedignamus *Π* rebelles *T* 21 obseruare *TO* implere *T* 26 contumilia *Π* 29 concipere tenereue *T* retinereue *Π*[1]

est: qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, et: sol non occidat super iracundiam tuam, proclamant
2 ilico: si paganus aliquis, si saecularis hoc fecisset aut ista dixisset, recte debuit sustineri. quis autem ferat fratrem tam grauis conscium culpae aut tam insolens de ore conuicium proferentem! quasi uero patientia infidelibus tantum atque sacrilegis et non omnibus sit generaliter adhibenda aut iracundia contra gentilem noxia contra fratrem utilis aestimanda, cum utique perturbatae mentis obstinata conmotio non dissimile, contra quemuis fuerit excitata, sibi inferat detrimentum.
3 quantae autem obstinationis, immo uecordiae est, ut nec ipsam uerborum proprietatem brutae mentis stupore discernant, quia non dicitur: 'omnis qui irascitur alienigenae, reus erit iudicio, quod fortasse poterat secundum illorum sensum consortes nostrae fidei et conuersationis excipere, sed significanter expressit euangelicus sermo dicens: omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. licet itaque secundum regulam ueritatis omnem hominem fratrem debeamus accipere, tamen hoc loco magis fidelis ac nostrae conuersationis particeps quam ethnicus ipso fratris uocabulo designatur.

XVIII. Illud uero quale est quod interdum nos patientes esse credimus, quia respondere contemnimus lacessiti, sed ita conmótos fratres amara taciturnitate uel motu gestuque inrisorio subsannamus, ut eos magis ad iracundiam uultu tacito prouocemus quam tumida potuissent incitare conuicia, in eo nos aestimantes minime apud deum reos, quia nihil ore

1 Mt. 5, 22 2 Eph. 4, 26 16 Mt. 5, 22

2 occidet *Υ* tuam] uestram *ΥOv* 3 ita *Υ* 5 conuitium *Π* 6 adque *O* 7 athibenda *Σ* adibenda *ΥO* aut *om.* *Υ* 8 fratres *Π* extimanda *O* 12 discernat *Υv* 14 sensuum *Σ* non consortes *O* 15 conuersionis *ΣΠ*[1]*Oc* 19 in hoc loco *Π* (hoc *s. l. m. 2*) ac *om.* *Π* conuersatione participes *Π*[1] 20 ethnicus] uis enim *Π* (alienus *m. 2*) ipso *om.* *Π* et inimicus hic pro *O* designetur *Π* 21 patientes esse nos *ΠΥOv* 22 credere *Υ* credamus *O* contempnimus *Π*[1] 23 commotio. fratris *Π* (nem *m. 2*) 26 extimantes *O* aput *ΣO* reus *Π*[1]

protulimus quod nos notare hominum iudicio aut condemnare
potuisset? quasi uero apud deum uerba tantummodo et non
praecipue uoluntas uocetur in culpam, et opus solum peccati
et non etiam uotum ac propositum habeatur in crimine, aut
hoc tantum quid unusquisque fecerit et non quid etiam facere
disposuerit in iudicio sit quaerendum. non enim sola conmoti- 2
onis inlatae qualitas, sed etiam propositum inritantis in noxa
est, et idcirco non quemadmodum iurgium fuerit excitatum,
sed cuius conflagrauerit uitio, uerum iudicis nostri perquiret
examen: effectus enim peccati, non ordo est considerandus
admissi. quid enim refert utrum quis gladio ipse peremerit
fratrem an aliqua ad mortem fraude conpulerit, cum ipsius
eum dolo uel crimine constet extinctum? quasi uero caecum
in praeceps manu propria non inpegisse sufficiat, cum similiter
reus sit qui pronum et inminentem iam foueae, cum potuerit,
reuocare contempserit, aut ille solus in crimine sit qui manu
sua quempiam laqueauerit et non etiam is qui uel parauerit
uel ingesserit laqueum uel certe, cum potuerit, auferre nolu-
erit. ita igitur tacere nihil prodest, si idcirco nobis indicamus 3
silentium, ut quod agendum conuicio fuerat hoc taciturnitate
faciamus, adsimulantes quosdam gestus, quibus et ille quem
curari oportuit uehementiore inardescat iracundia et nos super
haec omnia damno illius ac perditione laudemur: quasi uero
non etiam ex hoc ipso quis criminosior sit, quod gloriam sibi
de fratris uoluerit perditione conquirere. utrique enim tale
silentium erit aequaliter noxium, quia sicut exaggerat in
alterius corde tristitiam, ita in suo non permittit extingui.
contra quos illa prophetae satis proprie est directa maledictio: 4

1 protulemus Π^1 condempnare Π 2 aput ΣO 3 culpam et] perturbatione Π 4 et *ante* non *om.* $\Pi T O r$ 5 quod $O v$ unusquisque fecerit per loquellam (loquelam $\Pi^2 T$ pro loquilla Π^1) et non quid (quod v) etiam per taciturnitatem facere studuerit $\Pi T O v$ 6 conmutationis inlata aequalitas Σ 7 in tantis Σ innoxia $\Pi^1 O^1$ 9 indices Π^1 10 affectus T 11 in admissis T referet Σ differt $T O v$ 12 ad mortem] morte Σ 16 contemserit ΣO 17 his $\Pi^1 O$ 19 prodeest O 22 uehementiori $\Pi^2 v$ 24 criminiosior Σ 25 inquirere T 28 prof. Π propria T

uae qui potat amicum suum mittens fel suum, et inebrians ut aspiciat nuditatem eius. repletus est ignominia pro gloria. illud quoque quod per alium de talibus dicitur: quia omnis frater subplantans subplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet. et uir fratrem suum deridebit, et ueritatem non loquentur. extenderunt enim linguam suam quasi arcum mendacii et non ueritatis. saepe autem ficta patientia etiam acrius ad iracundiam quam sermo succendit et atrocissimas uerborum transcendit iniurias maligna taciturnitas, leuiusque tolerantur inimicorum uulnera quam inri-
5 dentium subdola blandimenta. de quibus proprie dicitur per prophetam: molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula, et alibi: uerba callidorum mollia, haec autem feriunt in penetralia uentris. quibus etiam illud potest eleganter aptari: in ore pacem cum amico suo loquitur, et occulte ponit ei insidias, quibus tamen decipitur magis ipse qui decipit. nam qui praeparat ante faciem amici sui rete, circumdat illud pedibus suis, et: qui fodit foueam proximo suo, incidet in eam ipse. denique cum magna ad conprehendendum dominum cum gladiis et fustibus multitudo uenisset, nemo in auctorem uitae nostrae illo cruentior extitit parricida, qui cunctos ficto salutationis honore prae-
6 ueniens osculum subdolae caritatis ingessit. cui dominus: Iuda, inquit, osculo filium hominis tradis? id est: amaritudo persecutionis atque odii tui hoc tegmen adsumpsit,

1 Hab. 2, 15—16 4 Hierem. 9, 4—5 7 l. c. 3 13 Ps. 54, 22 14 Prov. 26, 22 (LXX) 16 Hierem. 9, 8 19 Prov. 29, 5 (LXX) 20 Prov. 26, 27 (LXX) 26 Luc. 22, 48

4 frater *om.* Σ supplantabitur Σ 5 omnes Π^1 6 inridebit Π(*c*) 9 arcus Σ 13 prof. Π 15 penetrabilia ΣΤO 16 eliganter Π 18 magis decipitur ΠO*v* magis tamen decipitur Τ 19 sui *om.* Τ 20 fodet Π^1 fouea Σ 21 ea ΣO 24 exstitit Π quam qui $Τ^2 c$ 26 inquid O trades Σ 27 hodii Π^1 assumsit Σ

quo dulcedo ueri amoris exprimitur. apertius quoque ac uehementius uim huius doloris per prophetam exaggerat: quoniam si inimicus, inquit, meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. et si is, qui oderat me, aduersus me magna locutus fuisset: abscondissem me utique ab eo. tu uero homo unianime: dux meus, et notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.

XVIIII. Aliud quoque profanum tristitiae genus est, quod dignum conmemoratione non fuerat, nisi id a nonnullis fratribus sciremus admitti, qui cum tristificati fuerint uel irati ab ipso etiam pertinaciter abstinent cibo, ita ut, quod etiam dicere absque pudore non possumus, illi, qui dum placidi sunt refectionem cibi usque ad horam sextam uel ut multum nonam negant se posse differre, cum fuerint tristitia uel furore suppleti, ieiunia etiam biduana non sentiant tantamque inediae defectionem iracundiae satietate sustentent. in quo plane 2
sacrilegii crimen euidenter incurrunt, ieiunia scilicet, quae soli deo pro humiliatione cordis et purgatione uitiorum sunt specialiter offerenda, pro diabolico tumore tolerantes. quod tale est acsi orationes atque sacrificia non deo, sed daemoniis deferant illamque Moysaicam increpationem mereantur audire: sacrificauerunt daemoniis et non deo, dis, quos non nouerant.

XX. Non ignoramus etiam aliud dementiae genus, quod sub colore fucatae patientiae in nonnullis fratribus inuenitur, quibus parum est iurgia conmouisse, nisi etiam instigatoriis

2 Ps. 54, 13—15   23 Deut. 32, 17

2 per prophetam (prof. ΠO) uim huius doloris $\Pi \Upsilon O v$ 3 inquid Υ meus inquid O sustenuissem Π^1 4 his $\Pi^1 O$ aduersus] aduersum $O r$ super $\Pi \Upsilon c$ 6 unianimae Π^1: unanime Σ unianimis Π^2 unanimis Υv unanimes O 12 abstinens Π 14 ad refectionem Σ^1 18 carmen Σ 19 humilatione Σ 21 oratione Π^1 orationem Π^2 22 mos. $\Sigma \Pi \Upsilon$ mosaycam O 23 diis $\Pi \Upsilon v$ dii O 24 ignorauerant Υ 26 fucatae ΥO: fugatae Π factae Σ^1 fictae Σ^2

uerbis ut feriantur inritent, cumque uel leui fuerint inpulsione contacti, aliam quoque partem corporis ingerunt uerberandam, quasi per hoc perfectionem mandati illius inpleturi quo dicitur: si quis te percusserit in dextera maxilla tua, praebe illi et alteram, scripturae uim ac propositum penitus ignorantes. euangelicam namque patientiam per iracundiae uitium exercere se putant, ob quod radicitus excidendum non solum uicissitudo talionis et concertandi inritatio prohibetur, sed etiam furorem uerberantis geminatae iubemur iniuriae tolerantia mitigare.

XXI. GERMANVS: Quomodo reprehendendus est is qui praecepto satisfaciens euangelico non solum non intulit talionem, sed etiam paratus est ut sibimet geminetur iniuria?

XXII. IOSEPH: Sicut paulo ante dictum est, non solum res ipsa quae geritur, sed etiam qualitas mentis et propositum facientis est intuendum. et idcirco si id, quod ab unoquoque perficitur, quo animo fiat uel quo procedat affectu intimo perpendatis cordis examine, uidebitis patientiae lenitatisque uirtutem nequaquam posse contrario spiritu, id est inpatientiae
2 ac furoris inpleri. siquidem dominus noster atque saluator ad profundam nos instruens patientiae lenitatisque uirtutem, id est non ut labiis eam tantummodo praeferamus, sed ut in intimis animae nostrae adytis recondamus, istam nobis perfectionis euangelicae formulam dedit dicens: si quis te percusserit in dextera maxilla tua, praebe illi et alteram (subauditur sine dubio dexteram, quae alia dextera nisi in interioris hominis ut ita dixerim facie non

4 Mt. 5, 39

1 qumque *O* 3 quod *O* 4 dextra *O* dextram maxillam tuam *Π* 5 altera *Σ* 7 exsecrare *Σ* putant ob] putent hoc *Σ* 10 toleraintiam *ΣΠ*[1] 19 inpatientia *Σ* 20 impleri *ΣΠ* 21 nos *om. Π* 22 proferamus *TO* ut *post* sed *om. Σ*[1] 23 aditis *ΣTO et Π ex corr.* 25 dextra *Π* illic *Π*[1] 26 subauditur ... dexteram *om. T* dextram *Π* 27 nisi in *scripsi*: nisi *ΣΠTOv* facie••• (non *eras.*) *Π*[1] facies *Π*[2]*Tv* faciem *O* non *om. Tv* nisi interioris .... facile non *coni. Hartel*

potest accipi), per hoc omnem penitus iracundiae fomitem de
profundis cupiens animae penetralibus extirpare, id est, ut si
exterior dextera tua inpetum ferientis exceperit, interior quo-
que homo per humilitatis adsensum dexteram suam praebeat
uerberandam, conpatiens exterioris hominis passioni et quodam-
modo succumbens atque subiciens suum corpus ferientis
iniuriae, ne exterioris hominis caede uel tacitus intra se
moueatur interior. uidetis ergo longe eos ab euangelica per- 3
fectione distare, quae patientiam docet non uerbis, sed interiore
cordis tranquillitate seruandam eamque a nobis, cum quid
aduersi euenerit, ita praecipit custodiri, ut non solum nosmet
ipsos alienos ab iracundiae perturbatione seruemus, sed etiam
illos qui suo conmoti sunt uitio succumbentes iniuriis eorum
ad placiditatem expleta caedis satietate cogamus, furorem
eorum nostra lenitate uincentes. et ita etiam apostolicum
illud inplebimus: noli uinci a malo, sed uince in bono
malum. quod ab illis inpleri non posse certissimum est qui 4
illo spiritu ac tumore uerba lenitatis atque humilitatis emit-
tunt, ut non solum non mitigent conceptum furoris incendium,
sed magis illud tam in suo quam in fratris conmoti sensu
faciant conflagrare. qui tamen, etiamsi possent aliquo modo
ipsi mites ac placidi permanere, nec sic quidem aliquos
iustitiae caperent fructus, cum damno proximi patientiae sibi
gloriam uindicantes et per hoc ab illa apostolica caritate
omnimodis alieni, quae non quaerit quae sua sunt, sed
ea quae aliorum. non enim ita diuitias concupiscit, ut lucrum
sibi de proximi faciat detrimento, nec adquirere quicquam
cum alterius desiderat nuditate.

16 Rom. 12, 21 25 I Cor. 13, 5

2 penetrabilibus *O* extyrpare *Π* 3 exciperit *Π*[1]*Τ*[1]
7 nec *Τ* 13 eos *Τ* 14 *post* placiditatem *in* *Π* eorum *deletum*
15 nostre *Π*[1] 16 illut *Π*(*Σ*) illud apostolicum *Τc* malum in bono *Τ* 21 flagrare *Σ* conflagrare faciant *Τ* possint *ΣΠ* 22 mitis *Π*[1] nec] ne *Π* non *Τ* 27 detrimentum *Π*[1] 28 nuditatem *Π*[1]*O*

XXIII. Sciendum sane generaliter illum partes agere fortiores qui uoluntati fratris suam subicit uoluntatem, quam eum qui in defendendis suis definitionibus ac tenendis pertinacior inuenitur. ille enim sustentans ac tolerans proximum sani ac ualidi, hic autem infirmi et quodammodo aegrotantis obtinet locum, quem ita palpari necesse est ac foueri, ut interdum etiam a rebus necessariis pro eius quiete ac pace salubre sit aliquid relaxari. in quo quidem non se credat quis aliquid de sua perfectione minuisse, tametsi quiddam de proposita districtione condescendendo submiserit, sed e contrario multo amplius se pro longanimitatis et patientiae bono nouerit adquisisse. apostolicum namque praeceptum est: *uos qui fortes estis, inbecillitates infirmorum sustinete*, et: *alterutrum onera uestra portate, et sic adinplebitis legem Christi.* numquam enim infirmus sustentat infirmum nec tolerare poterit aut curare languentem is qui similiter aegrotat, sed ille medellam tribuit inbecillo qui inbecillitati ipse non subiacet. merito enim ei dicitur: *medice, cura te ipsum.*

XXIIII. Notandum etiam illud est infirmorum naturam esse semper huiusmodi, ut prompti quidem ac faciles sint ad contumelias ingerendas et iurgia conserenda, ipsi uero ne minima quidem iniuriae uelint suspicione contingi, cumque inferentes proterua conuicia inconsiderata superequitent libertate, ne parua quidem atque leuissima sustinere contenti sunt. ideoque secundum praedictam seniorum sententiam caritas stabilis atque indisrupta non poterit perdurare nisi

12 Rom. 15, 1 14 Gal. 6, 2 18 Luc. 4, 23

3 pertinatior Π 5 aegrotantes $Π^1$ optinet ΣΤ 7 a *om.* Ο 10 destrictione ΣΟ summiserit ΠΟ 11 longanimitates $Π^1$ 13 inbeccillitates Σ 14 honera Π implebitis ΠΤ 16 his ΠΟ 17 medelam $Π^2Τ$ tribuet Τ inbeccillo Σ inbicillo Τ 18 inbeccillitati Σ inbecillitatis ΠΟ inbicillitati Τ ei *om.* Π dicetur ΤΟ 21 eiusmodi ΠΤΟv promti ΣΟ prumpti $Τ^1$ 22 contumilias Π inferendas Τ conseranda $Π^1$ 23 suspicioni $Π^1$ 25 nec Ο

inter uiros eiusdem uirtutis atque propositi. scindi etenim necesse est eam quocumque tempore, quantalibet cautione fuerit ab altero custodita.

XXV. GERMANVS: In quo ergo laudabilis perfecti uiri potest esse patientia, si tolerare non ualet semper infirmum?

XXVI. IOSEPH: Nec ego dixi quod illius qui fortis est ac robustus uirtus tolerantiaque uincenda sit, sed quod infirmi pessima ualitudo illius qui sanus est sustentatione nutrita atque in deterius cotidie prolabens generatura sit causas, ob quas uel ipse ultra non debeat sustineri uel certe patientiam proximi notam ac deformationem inpatientiae suae esse coniciens abire quandoque malit quam semper magnanimitate alterius sustineri. haec ergo ab his, qui sodalitatis adfectum 2 cupiunt inuiolabilem custodire, prae omnibus obseruanda censemus, ut primum quibuslibet iniuriis lacessitus non solum labia, sed etiam profunda pectoris sui monachus tranquilla custodiat: quae tamen si senserit uel tenuiter fuisse turbata, omni semet ipsum taciturnitate contineat et illud quod Psalmista conmemorat diligenter obseruet: t u r b a t u s s u m, e t n o n s u m l o c u t u s, et: d i x i: c u s t o d i a m u i a s m e a s: u t n o n d e l i n q u a m i n l i n g u a m e a. p o s u i o r i m e o c u s t o d i a m, d u m c o n s i s t i t p e c c a t o r a d u e r s u m m e. o b m u t u i, e t h u m i l i a t u s s u m, e t s i l u i a b o n i s, nec praesentem considerans statum ea proferat quae ad horam turbulentus suggerit furor dictatque animus asperatus, sed uel recolat gratiam praeteritae caritatis uel reformandae pacis redintegrationem mente prospiciat eamque uelut continuo reuersuram etiam in ipso conmotionis tempore contempletur. dumque se ad dulcedinem reseruat concordiae mox futurae, 3

19 Ps. 76, 5   20 Ps. 38, 2—3

1 uiros] utros *Σ*   3 ab altero *om.* *Σ*   5 praeualet *Πc*   6 ac robustus *om.* *Σ*[1]   8 ualetudo *ΣΥ*[1]*O*[1]   9 cott. *Υ*   10 ipsa *Σ*   11 esse *om.* *O*   cognoscens *ΥO*   12 magn.animitate (i *eras.*) *Π*   17 tamen *om.* *Υ*   18 et] ut *Υ*   22 consisterit *Π*[1] consisteret *Π*[2]*Υv*   aduersume *Π*   ommutui *Σ*   23 ne *Π*   25 dicatque *ΣO*   27 prospiciat] concipiat *Υ*

amaritudinem praesentium non sentiet iurgiorum et ita ea potissimum respondebit, e quibus uel a semet ipso reus fieri uel ab alio reprehendi restituta caritate non possit, sicque implebit propheticum illud eloquium: in ira misericordiae memor eris.

XXVII. Cohibere ergo nos oportet omnes iracundiae motus et gubernatrice discretione moderari, ne in illud quod a Salomone damnatur praecipiti furore raptemur: totam iram suam profert inpius, sapiens autem dispensat per partes, id est: stultus quidem ad ultionem sui irae perturbatione succenditur, sapiens autem paulatim eam maturitate
2 consilii ac moderationis extenuat et expellit. tale est et illud quod ab apostolo dicitur: non uosmet ipsos uindicantes, carissimi, sed date locum irae, id est: nequaquam ad uindictam iracundia cogente tendatis, sed date locum irae, hoc est: non sint corda uestra sic inpatientiae ac pusillanimitatis angustiis coartata, ut uiolentam conmotionis procellam, cum inruerit, sustinere non possint, sed dilatamini in cordibus uestris, suscipientes aduersos iracundiae fluctus in illis extentis sinibus caritatis, quae omnia suffert, omnia sustinet: et ita mens uestra amplitudine longanimitatis ac patientiae dilatata habeat in se consiliorum salutares recessus, in quibus receptus quodammodo atque diffusus taeterrimus iracundiae
3 fumus protinus euanescat. uel certe ita intellegendum est: damus locum irae, quotiens conmotioni alterius humili atque tranquilla mente subcumbimus et quodammodo dignos nos qualibet iniuria profitentes inpatientiae saeuientis obsequimur. ceterum hi qui ita sensum apostolicae perfectionis inclinant,

4 Hab. 3, 2 (LXX) 8 Prov. 29, 11 (LXX) 13 Rom. 12, 19 20 I Cor. 13, 7

2 e *om.* ΤΟ 4 conplebit *O* prof. *Π* 7 in *om.* *Π*¹*Τ* a] in *Τ* salamone *ΣΠΟ* 8 dampnatur *Π*¹ 9 proferet *O* impius *Π* insipiens *ΤΟ* 10 ad ultionem] adulationem *Σ* 15 iracundiae cogitatione *Τ* 16 pusillanimitates (i *eras.* ?) *Π*¹ 18 inruerint *Σ* 19 uestris *om.* *Τ* suscipientis *Σ* aduersus *ΣΤ*¹*O*¹ 21 amplitudinem longanimitates *Π*¹ 22 dilata *Π*¹ habet *Π* 23 teterrimus *codd.* 24 uanescat *Π*¹ 27 saeuientes *Π*¹ saeuienti *O*²*c*

ut locum irae illos dare existiment qui ab irascente discedunt,
uidentur mihi dissensionum fomitem non abscidere sed nutrire.
nisi enim iracundia proximi humili statim satisfactione uin- 4
catur, prouocat eam fugiens potius quam declinat. illud
quoque huic simile est quod Salomon ait: noli festinare
in spiritu tuo irasci, quia ira in sinu insipientium
requiescit, et: noli procurrere in rixam cito, ne
paeniteat te in nouissimo: neque enim ita festinationem
rixae uel iracundiae culpat, ut earundem adprobet tarditatem.
similiter et illud suscipiendum est: stultus eadem ipsa
hora pronuntiat iram suam, occultat autem igno-
miniam suam astutus. non enim ignominiosam iracundiae 5
passionem ita a sapientibus occultari debere decernit, ut ira-
cundiae uelocitatem culpans non prohibeat tarditatem: quam
utique, si per necessitatem humanae infirmitatis inruerit, ideo
censuit occultandam, ut, dum ad praesens sapienter obtegitur,
in perpetuum deleatur. haec enim est natura irae, ut dilatata
languescat et pereat, prolata uero magis magisque conflagret.
dilatanda ergo atque amplianda sunt pectora, ne angustiis
pusillanimitatis artata iracundiae turbulentis aestibus obplean-
tur et recipere secundum prophetam illud nimis latum man-
datum dei angusto corde nequeamus nec dicere cum propheta:
uiam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares
cor meum. nam quia longanimitas sapientia sit, euidentis- 6
simis scripturae testimoniis edocemur: longanimus enim
uir nimius in prudentia, pusillanimus autem ualde
insipiens est. et idcirco de illo, qui sapientiae donum a
domino laudabiliter postulauit, scriptura conmemorat: et

5 Eccles. 7, 9 (LXX) 7 Prov. 25, 8 (LXX) 10 Prov. 12, 16 (LXX) 23 Ps. 118, 32 25 Prov. 14, 29 (LXX) 28 III Reg. 4, 29

1 exaestiment *Π* 2 dissentionum *Σ* 4 potiusque declinant *Σ* 5 salamon *ΣΠ* 10 eandem *Π*¹*O* 11 autem *om.* *Σ* 13 a] ex *O*: *om.* *Π* debere *om.* *Σ*¹ 17 dilata *ΠΤOv* 20 pusill.animitates *Π*¹ 21 recipere] recte per *Π* prof. *Π*, *item infra* 25 longanimis *Τv* 26 nimius in prudentia] concipit sensum *Τ* pusillanimis *Τv* 28 laudabiliter a domino *Πv*

dedit deus Salomoni sapientiam prudentiamque multam nimis, et latitudinem cordis quasi harenam maris innumerabilem.

XXVIII. Illud quoque multis est experimentis saepissime conprobatum nullo modo eos, qui amicitiarum foedus coniurationis iniere principio, indisruptam potuisse seruare concordiam, siue quod eam non pro desiderio perfectionis nec pro apostolicae caritatis imperio, sed pro amore terreno et per necessitatem ac uinculum pacti retinere conati sunt, siue quod ille callidissimus inimicus, ut eos praeuaricatores sui faciat sacramenti, celerius ad inrumpenda amicitiarum uincla praecipitat. certissima ergo est prudentissimorum uirorum illa sententia concordiam ueram et indiuiduam societatem nisi inter emendatos mores eiusdemque uirtutis ac propositi uiros stare non posse.

Haec de amicitia beatus Ioseph spiritali narratione disseruit nosque ad custodiendam sodalitatis perpetuam caritatem ardentius incitauit.

1 dominus Υv salamoni $\Sigma\Pi^{2}$ salamon Π^{1} 2 multa ΣO harena Σ arenam Υ arena O 6 inire $\Sigma\Pi^{1}O$ ineunt Υ indisrupta Π concordia Π^{2} 7 seue Π^{1} 9 pro necessitate ac uinculo Υ 11 rumpenda Υ uincula $\Upsilon O c$ 14 emendatus Π^{1} uirtutes Π^{1} 16 deseruit Π^{1} 18 inuitauit Σ Explc. abbatis ioseph de amicitia capitula | Incipit eiusdem de definiendo Σ Explicit abbatis ioseph de amicitia (amititia Π^{1}) conlatio prima. Item (*om.* Π) incipiunt capitula eiusdem senis de finiendo (de definitione Υ) $\Pi\Upsilon$ Explct clto prima abbatis ioseph de amicitia. amen. Incipit eiusdem secunda de definiendo O

XVII.

CONLATIO ABBATIS IOSEPH SECVNDA.

DE DEFINIENDO.

CAPITVLA.

I. De uigiliis quas pertulimus.
II. De abbatis Germani anxietate super sponsionis nostrae recordatione.
III. Quid mihi ad hoc uisum sit.
IIII. Interrogatio abbatis Ioseph nostraque responsio, unde anxietas emersisset.
V. Expositio abbatis Germani, cur uel in Aegypto residere mallemus uel retraheremur ad Syriam.
VI. Interrogatio abbatis Ioseph, an in Aegypto maior profectus nobis quam in Syria conferretur.
VII. Responsio de differentia institutionum utriusque prouinciae.
VIII. Quod perfecti uiri nihil absolute debeant definire, uel utrum sine peccato possint definita rescindere.
VIIII. Quod plerumque utilius sit statuta inrumpere quam inplere.

6 abbate *Π*[1] 7 recordationem *Π*[1] 10 emanasset *Τ* 11 Responsio *Τ* quur *O* uel] et *Τ* 12 resedere *Π*[1] retrahimur *Σ* retrahemur *Π* ad Syriam *om.* *Τ* 13 iosep *Τ* in *om.* *Τ* 14 siria *ΠO* conferṙetur *Π* rederetur *Τ* 16 prouintiae *ΠΤ* 17 definere *Π* 18 finita rescindendi *Τ* 19 rumpere *Τ* 20 implere *ΣΠ*

X. Interrogatio nostra de metu praebiti in coenobio Syriae sacramenti.

XI. Responsio, quod propositum gerentis, non negotii sit considerandus effectus.

XII. Quod boni prouentus malignis auctoribus non profuerint nec bonis mala gesta nocuerint.

XIII. Responsio nostra, quae causa nobis exegerit sacramentum.

XIIII. Disputatio senis, quod sine culpa actionis ordo mutetur, dummodo boni studii capiatur effectus.

XV. Interrogatio, an absque peccato sit quod infirmis nostra scientia occasionem ingerit mentiendi.

XVI. Responsio, quod non propter infirmorum scandalum scripturarum ueritas sit mutanda.

XVII. Quod utiliter mendacio sancti tamquam elleboro usi sint.

XVIII. Obiectio, eo quod illi tantum inpune mendacio usi sint qui sub lege uixerunt.

XVIIII. Responsio, eo quod licentia mendacii, quae ne in ueteri quidem indulta est testamento, probabiliter a multis fuerit usurpata.

XX. Quod utile plerumque mendacium et noxiam ueritatem etiam apostoli esse censuerint.

XXI. An interrogantibus occultam continentiam sine mendacio oporteat propalari, et an suscipienda sint quae semel fuerint recusata.

XXII. Obiectio, quod oporteat quidem abscondi continentiam, sed suscipi recusata non debeant.

1 praebitae *ΠϒOv* 2 siriae *Π* sponsionis *ΠϒOv* 5 profectus *O* indignis Π^2 *ex* malignis fuerint Π^1 7 a nobis *ϒv* exigerit *ϒ* sponsionem *ΠϒO* 9 accionis *ϒ* 13 scandalorum Π^1 15 ueniabiliter *Πϒ* uenerabiliter *O* aelleboro *Π* (*eras. uid.* a, *certe non* h) 16 sint usi *ϒ* husi sunt *O* 17 eo *om.* *Πv* 19 XIX *ϒ* 20 ueniabiliter *ΠϒOv* 22 ueniabile *ΠϒOv* 23 consuerunt *ϒ* censuerunt *Or* 24 interrogationibus *ϒ* 26 sunt *O* fuerit recussata *Π* 28 suscipere cusata Π^1

I. Praecedente igitur conlatione finita pariterque nocturno intercedente silentio cum fuissemus a sancto abbate Ioseph ad sepositam cellulam causa quietis adducti et sermonibus eius igne quodam in nostris cordibus excitato totam noctem habuissemus insomnem, egressi cellam et centum fere ab ea passibus secedentes in loco remotiore consedimus. cum itaque secreti conloquii nobis familiariter etiam nocturnis tenebris oportunitas praeberetur, ilico ut resedimus abba Germanus grauiter ingemescens:

II. Quid agimus? inquit. ingenti namque discrimine nos uidemus et perquam miserabili condicione constrictos, quos et

9 Ps. 118, 106

3 piamon Π 7 possunt ΤΟv 8 scientiae Ο 11 oportueris Π[1] 12 conmoti Ο 14 Finiunt capitula conlationis de definiendo Σ Finiunt capitula abbatis ioseph definiendo Π Expliciunt capitula. Incipit conlatio de difiniendo Τ Explicit capitula. Incipit sc̃i ioseph conlatio de nicil esse finiendum Ο 17 abducti ΤΟ[1] 19 cellulam Πc 21 conloqui Π[1] 22 residimus Ο abbas Τ Οv 23 ingemiscens Ο 24 *non distinguit* Τ inquid ΤΟ

ratio ipsa conuersatioque sanctorum quid salubrius sit ad profectum uitae spiritalis efficaciter docet et eligere id quod 2 expedit data senioribus sponsio non admittit. etenim potuimus exemplis talium ac tantorum uirorum ad perfectiorem uitam propositumque formari, nisi nos instanter ad coenobium recurrere promissi pactio coartaret. quo si reuersi fuerimus, copia nobis ulterius huc remeandi nulla tribuetur. sin uero hic residentes desiderium nostrum maluerimus explere, quid agimus de sacramenti fide, quam senioribus nostris uelocissimum reditum pollicentes dedisse nos nouimus, ut uel cursim liceret 3 nobis huius prouinciae sanctos ac monasteria circuire? cumque sic aestuantes quid super statu salutis nostrae definiendum esset nequaquam inuenire possemus, solo gemitu testabamur durissimae condicionis necessitatem, accusantes teneritudinem frontis nostrae et ingenitam nobis uerecundiam detestantes, cuius onere praegrauati etiam contra utilitatem ac propositum nostrum retinentium precibus alias non potuissemus obsistere nisi maturissimo reditu repromisso, illius scilicet nos pudoris uitio laborasse deflentes, de quo dicitur: est pudor adferens peccatum.

III. Tum ego: Conpendium, inquam, angoribus adferat nostris consilium, immo auctoritas senis, ad quem oportet ut nostras sollicitudines deferamus, et quidquid eius fuerit sententia definitum, uelut diuinum et caeleste responsum cunctis aestibus nostris terminum ponat. quod quidem nobis per os sancti huius a domino tribuendum et ob illius meritum et ob nostram fidem minime dubitemus. ipsius enim munere salubre consilium et creduli ab indignis et increduli a sanctis frequenter adepti sunt, domino id uel propter meritum respon-

19 Prov. 26, 11 (LXX)

2 efficatiter Π¹Τ 3 ammittit Σ 4 ac] aut O 5 nos *om.* Π 7 hoc Σ 9 agemus Π de] ex Τ sacramenti] sponsionis ΠΤOv 11 curcuire Σ circumire ΠΤ¹ *post* circumire *in* Τ *est*: II qumque O 14 conditionis ΠΤ 16 honere Τ¹O 18 repromisso huc Σ 21 anguoribus Σ 23 quicquid ΤO 24 uelud Τ responsom Π¹ 25 inponat Τ 26 tribuendo Π¹ 28 ab indignis et increduli *om.* Π 29 accepti Π

dentium uel propter fidem consulentium largiente. his itaque sermonibus a sancto abbate Germano ea alacritate susceptis, acsi eos non a me ipso, sed instinctu domini protulissem, aduentum senis atque instantem iam horam nocturnae synaxeos paululum praestolati, postquam eum solita salutatione suscepimus et legitimus orationum atque psalmorum inpletus est numerus, isdem rursus quibus ad quietem conpositi fueramus psiathiis ex more consedimus.

IIII. Tum uenerabilis Ioseph deiectiores nos animo contemplatus atque hoc nobis non sine causa coniciens accidisse illo nos patriarchae Ioseph sermone conpellat: *quid utique uultus uestri tristes sunt hodie?* cui nos: non sicut uinculati illi Pharaonis ministri somnium uidimus et qui interpretetur non est, sed insomnem, inquam, duximus noctem, et qui aestuum nostrorum moles subleuet non est, nisi eas dominus tua discretione submouerit. tum ille, qui patriarchae uirtutem et merito referret et nomine: nonne per dominum, inquit, est humanarum cogitationum curatio? proferantur in medium: potens enim est diuina clementia secundum fidem uestram nostro eis medellam praestare consilio.

V. Ad haec GERMANVS: Credebamus, inquit, nos uestrae beatitudinis uisione non solum laetitia spiritali, sed etiam profectu abunde repletos ad nostrum coenobium recursuros et ea, quae fuissemus uestro magisterio consecuti, a nobis post reditum uel tenui aemulatione sectanda. hoc enim et seniorum nostrorum dilectio sibi spondere nos conpulit, dum sublimitatem uitae uestrae atque doctrinae posse nos aliquatenus imitari in illo coenobio crederemus. unde cum ex hoc nobis omnem aestimaremus laetitiam conferendam, intolerabili e

11 Gen. 40, 7 (LXX) 13 cf. l. c. 8

2 suscepti Σ 4 sinaxeos ΠΟ 7 hisdem ΠΥ rursum O 8 psiatiis Σ psiathis O 9 contemplatur Υ 11 illi Π 13 faraonis ΠΥ farahonis O 15 molem Υ ni Π^1 dominus *om.* Π 16 discretio Π *corr.* summouerit Π 17 inquid ΥΟ 20 medelam $\Pi^2\Upsilon^2$ consilium Σ 21 inquid Π nos inquid ΥΟ 23 recursoros Π^1 26 sibi *om.* Π 28 intimari Σ cum *om.* Π

contrario dolore conficimur, considerantes illo nos ordine id
2 quod salutare nobis esse cognoscimus obtinere non posse. ex utroque ergo nunc latere coartamur. si enim promissioni, quam coram cunctis fratribus in spelaeo in quo dominus noster ex aula uteri uirginalis effulsit ipso teste deprompsimus, satisfacere uoluerimus, summum spiritalis uitae incurrimus detrimentum: sin autem sponsionis inmemores et in his regionibus residentes utilitati perfectionis nostrae illa uoluerimus postponere sacramenta, abrupta mendacii atque periurii
3 pericula formidamus. sed ne hoc quidem aestus nostros possumus releuare consilio, ut postquam uelocissimo reditu iuris iurandi fuerit inpleta condicio, haec denuo loca celeri repetamus recursu. nam quamuis ad profectum spiritalium rerum uirtutemque tendentibus periculosa ac noxia sit etiam parua dilatio, tamen pollicitationem fidei nostrae quamuis moroso reditu solueremus, nisi nos non solum auctoritate, uerum etiam caritate seniorum nostrorum sciremus inexsolubiliter conligandos, ita ut remeandi ad haec loca nobis potestas deinceps nullo modo tribuatur.

VI. Ad haec beatus Ioseph interposito aliquantisper silentio: certi, inquit, estis maiorem spiritalium rerum profectum in regione hac uobis posse conferri?

VII. GERMANVS: Quamuis etiam illorum doctrinae summas grates rependere debeamus, qui nos docuerunt a paruulis magna conari et dato boni sui gustu egregiam perfectionis sitim nostris uisceribus indiderunt, si quid tamen iudicio nostro creditur, nullam ducimus conparationem inter haec atque illa quae illic percepimus instituta, ut sileamus conuersationis uestrae inimitabilem puritatem, quam uobis non

2 optinere *ΣT*   3 promissioni quam seniorum caritate nos conpellente coram *T*   4 speleo *ΣΠΟ* specu *T*   5 depromsimus *Σ*   7 in *om.* *Π*   8 illa ... sacramenta] illam ... pactionem *ΠTOv*   9 atque periurii *om.* *ΠTOv*   10 periculis *Π*   12 iuris iurandi] sponsionis *ΠTOv*   impleta *ΣΠ*   conditio *Π*   14 uirtutumque *T*   16 auctoritatem *Π*[1]   21 inquid *TO*   24 gratias *T*   28 illam *Π*[1]   29 imitabilem *Σ*   puritatem dei *Π*

solum mentis ac propositi districtione, sed etiam locorum credimus beneficio patrocinante conferri. unde non dubitamus ad imitandam perfectionis uestrae magnificentiam hanc quae cursim traditur doctrinam non posse sufficere, nisi nobis etiam conmorationis ipsius adfuerint adiumenta, longique temporis eruditio cotidiana institutione torporem nostri cordis utcumque discusserit.

VIII. IOSEPH: Sanum quidem est atque perfectum nostraeque professioni omnino conueniens, ut ea quae sub aliqua sponsione decernimus efficaciter inpleamus. ob quam rem nihil oportet abrupte monachum definire, ne aut id quod incaute promisit inplere cogatur aut consideratione honestioris intuitus reuocatus sponsionis suae praeuaricator exsistat. sed 2
quia nunc propositum nobis est non tam de sanitatis statu quam de infirmitatis curatione tractare, non quid primore loco a uobis fuerit actitandum, sed quemadmodum de scopulo huius perniciosi naufragii possitis euadere salubri est consilio requirendum. quando ergo nullum nos coartat uinculum nec condicio ulla constringit, de conparatione secundarum rerum optione proposita id quod maioris est conmodi praelegatur: quando uero aliqua dispendiorum obsistit aduersitas, in conparatione damnorum illud est adpetendum quod leuioribus subiacet detrimentis. proinde quantum uestra patefecit adsertio, 3
cum ad id uos loci sponsio inconsulta perduxerit, ut ex utroque uobis grauis inconmodi subeunda iactura sit, in eam partem inclinandum est electionis arbitrium, quae uel tolerabiliora dispendia inferat uel satisfactionis remedio facilius expietur. si ergo maiora spiritui uestro lucra ex hac conmoratione creditis conferenda quam illa sunt quae uobis de conuersatione illius coenobii nascebantur, neque sine iactura ingentium

1 destrictione ΣΠ'O descriptione Υ 4 sufferre Σ 6 cott. Υ instutione Π 13 praeuacaritor Π[1] existat ΠΥO *post* existat *in* Υ *est*: VIIII 15 priore Υo 16 scopolo Π[1] 17 pernit. Π 19 conditio ΠΥ 21 in *om.* Υ 22 apetendum Π 27 satisfactiones Π[1] 29 credetis Π[1] 30 indigentium Σ

conmodorum potest condicio uestrae sponsionis impleri, satius est hoc uos mendacii uel non inpletae promissionis subire dispendium, quod semel praeteritum nec ipsum ultra iam repeti nec alia per semet poterit generare peccata, quam in illud incidere per quod tepidioris uitae ut dicitis status cotidi-
4 ano uos atque interminabili adficiat detrimento. ueniabiliter enim, immo uero etiam laudabiliter definitio incauta mutabitur, si ad salubriorem transeat partem, nec constantiae praeuaricatio, sed temeritatis emendatio esse credenda est, quotiens sponsio uitiosa corrigitur. quae omnia scripturarum quoque possunt testimoniis apertissime conprobari, quam multis etiam letaliter cesserit statuta conplesse et e contrario quam multis eadem refugisse conmodum fuerit ac salubre.

VIIII. Quod utrumque liquidissime sancti apostoli Petri et Herodis exempla testantur. ille enim quia discessit a definitione sententiae quam uelut sacramento firmauerat dicens: *non mihi lauabis pedes in aeternum*, inmortale Christi consortium promeretur, abscidendus procul dubio ab huius beatitudinis gratia, si in sermonis sui obstinatione mansisset. hic uero fidem inconsulti retinens sacramenti cruentissimus praecursoris domini extitit interemptor uanoque timore periurii damnationi semet ipsum atque suppliciis perpetuae mortis inmersit. in omnibus ergo rebus considerandus est finis et secundum eum propositi nostri dirigendus est cursus: quem si superueniente salubriore consilio ad deteriorem partem uergere uiderimus, rectius est incongrua constitutione submota ad meliorem transire sententiam quam statutis pertinaciter inhaerendo peccatis grauioribus obligari.

16 Ioh. 13, 8

1 conditio ΠΤ 4 in *om.* ΤΟ 5 incedere Τ[1] cott. Τ 6 detrimentum Π[1] 7 enim *om.* Τ uerum (?) Σ 8 pertranseat Π 9 quoties Τ[1] 14 *non distinguit* Τ et herodis et Σ et erodis hac iude traditoris Ο, *de quo cf. Prolegomena* 18 promereretur Τ[1] ad Π[1] 20 inconsulte Π[1] 21 domini *om.* Τ exstitit Π interemtor ΣΟ

X. GERMANVS: Quantum spectat ad desiderium nostrum, quod a nobis pro spiritalis conmodi utilitate susceptum est, optaremus aedificari uestri iugitate consortii. si enim ad coenobium nostrum fuerimus reuersi, non solum nos ab hoc tam sublimi proposito relapsuros, sed etiam pro mediocritate conuersationis illius multis certum est dispendiis quatiendos. uerum illud nos euangelicum mandatum uehementer absterret: sit sermo uester est est, non non: quod autem his abundantius est, a malo est. credimus enim tanti transgressionem praecepti nulla conpensari posse iustitia, nec in extremis recte cedere quod malo initio semel fuerit inchoatum.

XI. IOSEPH: In omnibus ut diximus causis non processus operis, sed uoluntas operantis est intuenda, nec statim quis quid egerit, sed quo uoto egerit inquirendum, ita ut nonnullos pro his factis de quibus bona postea orta sunt repperiamus fuisse damnatos et e contrario quosdam per reprehensibiles actus ad summam peruenisse iustitiam. et nec illi utilis rerum exitus profuit qui pessimo rem adgressus proposito non illam quae subsecuta est utilitatem, sed quiddam contrarium uoluit operari, nec huic nocuit reprehensibiliter inchoasse qui non pro contemptu dei nec delinquendi proposito, sed necessarii et sancti finis intuitu uituperabilis initii sustinuit necessitatem.

XII. Et ut haec eadem sanctarum scripturarum dilucidemus exemplis, quid salubrius, quid utilius uniuerso orbi potuit

8 Mt. 5, 37

1 expectat *O* 3 obtaremus *TO* 5 relabsuros *ΣΠ* elabsuros *T* 8 ster est est *Π habet in spatio, quod a librario uacuum relictum fuerat*; *suppleuit manus fere contemporanea* 9 habundantius *T* 12 incoatum T^1*O* 13 processio *T* 17 reprehensibilem actum *T* 19 pessimorum adgressus *T* (rum *deletum*) 21 incoasse *ΣO* 22 contentu *Σ* domini *T* de..linquendi *Π* necessario *Π* 25 *in ΣΠO cap. XII post* exemplis *incipit*; *T non distinguit* haec *om. T* delucidemus Π^1 26 salubrius queso quid *O*

procurari quam dominicae passionis salutare remedium? et
tamen non solum non profuit, uerum etiam in tantum illi
obfuit traditori cuius ministerio probatur inpletum, ut absolute
de illo pronuntietur: bonum erat ei si natus non fuisset
homo ille. non enim secundum hoc quod euenit fructus illi
est sui operis repensandus, sed secundum id quod facere uoluit
2 uel effecturum esse se credidit. et rursum quid criminosius
dolo atque mendacio etiam in extraneum, ne dixerim in
germanum patremue conmisso? et tamen non solum nullam
pro his damnationem aut reprehensionem Iacob patriarcha
contraxit, uerum etiam perpetua benedictionis hereditate ditatus
est. nec inmerito, quia et iste benedictionem primogenitis
destinatam non ex praesentis lucri auaritia, sed ex fide sancti-
ficationis perpetuae concupiuit, et ille non humanae salutis
obtentu, sed filargyriae crimine morti tradidit omnium redem-
3 ptorem. et idcirco utrique eorum fructus operationis suae secun-
dum destinationem mentis ac propositum uoluntatis adscriptus
est, qua nec ille fraudem nec iste salutem statuit operari.
illud enim pro retributione mercedis iuste unicuique repensatur
quod principaliter mente conceperit, non quod exinde uel bene
uel male contra uotum operantis emerserit. ideoque iustissimus
iudex excusabilem, immo laudabilem talis mendacii censuit
praesumptorem, quia sine eo ad benedictionem primitiuorum
non poterat peruenire, nec debuit in crimen uocari quod
4 desiderio benedictionis exortum est. alioquin non modo iniquus
in fratrem patriarcha praedictus, sed etiam circumuentor in
patrem et sacrilegus extitisset, si habens aliam uiam qua
ad benedictionis illius gratiam perueniret hanc quae fratri

4 Mt. 26, 24

4 ei erat Σ 7 se esse $\mathit{T}c$ 9 fratremue O 10 dampnationem Π 11 perpetuam $\Pi^1 O$ perpetuae T 12 nec] non T et *om.* T primogeniti Σ 13 distinatam $\Pi \mathit{T}$ 15 fylargiriae Σ phylargiriae Π philargiriae T philargyriae O redemtorem ΣO 18 quam Π^1 quia $\mathit{T} O v$ 20 concipitur Π 22 tales Π^1 23 praesumtorem ΣO 25 extortum $\mathit{T} O$ 27 patre Σ abiens Σ

damnosa esset ac noxia expetere maluisset. uidetis igitur apud deum non processum operis, sed destinationem mentis inquiri. his itaque praestructis ut ad propositam quaestionem ob quam haec uniuersa praemissa sunt reuertamur, respondeatis mihi primitus uelim, cuius rei causa uos illius sponsionis nexibus uinxeritis.

XIII. GERMANVS: Prima ut diximus extitit causa, qua nostros maestificare seniores ac praeceptis eorum obsistere uerebamur, secunda, qua, si quid perfectum atque magnificum uel uisu uel auditu percepissemus a uobis, cum reuersi ad coenobium fuissemus, exercere nos posse inconsultissima persuasione credidimus.

XIIII. IOSEPH: Sicut praefati sumus, destinatio mentis uel remuneratur hominem uel condemnat secundum illud: et inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum, illud etiam: ego autem opera et cogitationes eorum uenio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis. quamobrem desiderio perfectionis, ut uideo, hoc uos sacramenti uinculo conligastis, dum creditis illo eam posse ordine conprehendi quo nunc superueniente pleniore iudicio ad sublimitatem eius conscendi non posse perspicitis. non ergo praeiudicat quidquid discrepans 2
ab illa dispositione uisum fuerit accidisse, si modo nulla principalis illius propositi diuersitas subsequatur. neque enim opificii cuiusquam desertio est demutatio ferramenti aut

14 Rom. 2, 15—16 17 Esai. 66, 18

1 aput ΣΠO 2 destinationes *corr. ex* distinationis Π distinationem T^1 3 perstructis Σ 5 primatus Σ 7 *numerus capitis deest in T* exstitit Π 11 nos] non Π 12 credimus $Π^1$ 13 *numerus deest in T* destinatione TO 14 remunerator $ΣO^1$ remunerat TO^2v hominem deus uel TO uel condemnator uel condemnat Σ condempnat Π 15 inuicem *om.* Π aut] uel Σ 16 iudicauit dominus Σ 20 sacramenti] sponsionis Πv (*non T*) sponsionis ac sacramenti O *a m. 2 ex* sponsionibus sacramenti 21 credetis $Π^1$ credidistis $Π^2v$ 23 quicquid TO

segnitiam arguit uiatoris uiae conpendiosioris ac directioris electio: ita igitur et in hac parte emendatio dispositionis inprouidae non spiritalis uoti est iudicanda transgressio. quidquid enim pro caritate dei et pietatis amore perficitur, quae promissionem habet uitae quae nunc est et futurae, tametsi duris atque aduersis uideatur principiis inchoari, non solum nulla reprehensione, sed etiam laude dignissimum est.
3 et idcirco nihil praeiudicat refragatio sponsionis incautae, si quolibet genere scopos tantum, id est proposita pietatis destinatio teneatur. omnia namque ob hoc agimus, ut deo cor mundum exhibere possimus: cuius consummatio si in his locis facilior iudicatur, nihil uobis oberit extortae mutatio pactionis, dummodo principalis illius perfectio puritatis, pro qua sponsio uestra processerat, secundum domini uoluntatem maturius adquiratur.

XV. GERMANVS: Quantum spectat ad uim sermonum qui rationabiliter prudenterque digesti sunt, haud difficile sponsionis nostrae scrupulus a nobis potuisset extrudi, nisi illud nos uehementissime deterreret, quod infirmioribus quibusque intromitti per haec uidetur exempla occasio mentiendi, si ullo modo pacti fidem licito dissolui posse cognouerint, quippe cum tantis hoc ipsum et tam minacibus interdicatur eloquiis propheta dicente: perdes omnes, qui loquuntur mendacium, et: os quod mentitur, occidet animam.

XVI. IOSEPH: Occasiones causaeque perditionum his qui perituri sunt, immo qui perire desiderant, deesse non possunt.

5 I Tim. 4, 8 23 Ps. 5, 7 24 Sap. 1, 11

1 segnitia Π uiatores Π^2 directionis $\Sigma\Pi^1 O$ 3 quicquid *TO* 4 more Π^1 6 inchoare $\Pi^1 T$ incohari *O* 9 destinatione Σ 10 agemus Σ 11 in *om.* Π 12 exorte *O* 15 adquiratur] *sequitur in Ov locus interpolatus de quo cf. Prolegomena* 16 *numerus capitis deest in T* exspectat Π expectat *O* 17 degesti Π^1 haut ΣΠ aut *O* difficili Π 18 scrupulos Π^1 19 intromitto Σ 20 fortasse per *Ov* 21 licito *om.* *Πv* cito *O* 22 prof. Π 23 locuntur *ΣTO* 24 occidit *ΠOv et Vulg.* 25 *numerus capitis deest in T*

neque enim abicienda sunt testimonia scripturarum ac de suo corpore penitus abradenda, quibus uel haereticorum prauitas animatur uel Iudaeorum infidelitas obduratur uel tumor sapientiae gentilis offenditur, sed utique et pie credenda et inmobiliter sunt tenenda et secundum ueritatis regulam praedicanda. et idcirco non debemus alienae infidelitatis obtentu οἰκονομίας, 2 id est dispensationes prophetarum atque sanctorum quas scriptura conmemorat abdicare, ne, dum infirmitati eorum condescendere debere nos credimus, non solum mendacii, uerum etiam sacrilegii crimine polluamur: sed quemadmodum diximus oportet nos ea et secundum historiam confiteri et quemadmodum pie gesta sint explanare. ceterum his qui praui 3 propositi sunt non ex hoc mentiendi aditus obstruetur, si earum rerum quas uel prolaturi sumus uel protulimus ueritatem aut penitus abnegare aut extenuare allegoricis interpretationibus laboremus. quid enim illis horum testimoniorum nocebit auctoritas, quibus etiam sola corruptio uoluntatis sufficit ad peccandum?

XVII. Itaque taliter de mendacio sentiendum atque ita eo utendum est, quasi natura ei insit ellebori. quod si inminente exitiali morbo sumptum fuerit, fit salubre, ceterum absque summi discriminis necessitate perceptum praesentis exitii est. ita namque etiam sanctos ac probatissimos deo uiros utiliter legimus usos fuisse mendacio, ut non solum nullum ex hoc peccati crimen incurrerint, uerum etiam summam sint iustitiam consecuti: quibus si gloriam potuit conferre fallacia, quid eis

3 obturatur T^1 4 gentiles Π^1 6 ΘΓΚΘΝΟΩΑΣ Σ ΟΙΚΝΟΜΙΑΣ Π ΟΙΚΟΝΟΜΑΣ T oconomias O 7 prof. Π adque O scribtura TO 8 condescere Σ condiscendere T^1 12 sunt ΠOc 13 extruitur Σ 17 uoluptatis ΠO 18 suffecit Π^1 ad peccandum *om.* Πv ad peccatum O 19 *non distinguit* T eo utendum] coutendum ΠO 20 sit Σ 21 exitiabili O sumtum Σ O sumpto Π^1 23 ueniabiliter $\Pi T O v$ 24 usus Π ut non solum . . . . *pag. 476, 1* ueritas intulisset *om.* $\Pi T O v$ *in* Σ *uerba* nullum ex hoc . . . . . . sicut raab cuius cum non solum, *quae propter* ὁμοιοτέλευτον non solum *omissa fuerant, a man. 2 addita sunt partim supra lineam, partim in margine inferiore*

e contrario nisi condemnationem ueritas intulisset? sicut Raab,
cuius cum non solum nulla uirtutum, sed etiam inpudicitiae
monumenta scriptura conmemoret, pro solo mendacio, quo
exploratores maluit occultare quam prodere, admisceri populo
2 dei aeterna benedictione promeruit. quae si ueritatem loqui
aut saluti ciuium consulere maluisset, nulli dubium quod nec
inminentem cum uniuersa domo sua fugisset interitum nec
auctoribus dominicae natiuitatis inserta et in patriarcharum
adnumerata catalogo per successionem suae prolis edere
meruisset omnium saluatorem. denique Dalila, quae utilitati
ciuium consulens exploratam prodidit ueritatem, perpetuae
perditionis uicissitudinem consecuta solam criminis sui cunctis
3 memoriam dereliquit. quando ergo graue aliquod inminet de
ueritatis confessione discrimen, tunc mendaciorum sunt recipi-
enda perfugia, ita tamen ut reatu humilis conscientiae
salubriter mordeamur. ubi autem nulla condicio summae
necessitatis incumbit, omni cautione mendacium uelut morti-
ferum deuitandum est: quemadmodum de ellebori diximus
potu, quod salubre est quidem si tunc demum sumatur cum
ineuitabilis atque mortifera inminet aegritudo, sin uero integra
et inperturbata corporis sanitate sumatur, statim ad prae-
4 occupanda uitalia uis perniciosa pertendit. quod de Raab
Hierichuntina et de Iacob patriarcha euidenter ostensum est,
e quibus nec illa mortem alias quam hoc remedio potuisset
euadere nec iste ad benedictionem primogeniti peruenire.
non enim deus uerborum tantum actuumque nostrorum dis-
cussor et iudex, sed etiam propositi ac destinationis inspector
5 est. qui si quid causa salutis aeternae ac diuinae contemplati-
onis intuitu ab unoquoque uel factum uiderit uel promissum,

1 cf. Ios. 2 et 6 8 cf. Mt. 1, 5 10 cf. Iud. 16

3 scribtura *Υ* solo] tali *ΠΥΟv* mendatio *ΠΥ* quod *ΠΥ* 4 admiscere *Σ* 6 consolere *Π*[1] 9 catalago *Υ* 13 dereliquid *O* aliquot *Σ* 14 ueritate *Π*[1] 16 conditio *ΠΥ* 18 deputandum *Σ* 22 pernit. *ΠΥ* 23 hiericuntina *Σ* hierichontina *Πv* iericuntię *O* 24 e *om.* *ΥO* illam *ΣO* 27 distinationis *Π*[1] 28 qui si quid] quis inquid *Π* quit *Σ* 29 pretermissum *O*

tametsi hominibus durum atque iniquum esse uideatur, ille tamen intimam cordis inspiciens pietatem non uerborum sonum, sed uotum diiudicat uoluntatis, quia finis operis et adfectus considerandus est perpetrantis, quo potest quis, ut supra dictum est, etiam per mendacium iustificari et alius per ueritatis adsertionem peccatum perpetuae mortis incurrere. ad quem finem etiam Iacob patriarcha respiciens hispidam fraterni corporis speciem obuolutione pellium simulare non timuit et instiganti ad hoc mendacium matri laudabiliter adquieuit. uidebat enim ex hoc maiora sibi lucra benedictionis 6 atque iustitiae quam per simplicitatis obseruantiam conferenda. non enim dubitabat mendacii huius maculam inundatione paternae benedictionis protinus abluendam et uelut nubiculam quandam flatu sancti spiritus uelociter absumendam, atque uberiora sibi per hanc adfectaticiam simulationem quam per illam ingenitam ueritatem meritorum praemia conferenda.

XVIII. GERMANVS: Non mirum est has dispensationes in ueteri testamento probabiliter usurpatas ac nonnumquam uiros sanctos laudabiliter uel certe ueniabiliter fuisse mentitos, cum multo maiora eis pro temporum rudimentis licuisse uideamus. cur enim mirum sit, quod beatus Dauid fugiens Saulem percontanti Abimelech sacerdoti atque dicenti: quare tu solus, et nullus est tecum? ita respondit: rex, inquit, praecepit mihi sermonem, et dixit: nemo sciat rem, propter quam missus es: nam et pueris condixi in illum et illum locum, et iterum: si habes hic ad manum hastam, aut gladium? quia gladium meum, et arma mea non tuli mecum. sermo enim regis

22 I Reg. 21, 1 23 l. c. 2 26 l. c. 8

1 inicum *O* 2 intima *ΠΤ* pietate *Τ* 3 deiudicat *Π*¹ 4 effectus *Τ* potest quis] potuerunt quidam *ΠΤOv* 5 alii *ΠΤOv* 8 obuolutionem *Π* 12 dubitabit *Π*¹ 13 uelud *Τ* 14 spiritus sancti *ΠΤOv* 15 affectat. *ΣΤO* 16 praetia *Π* 17 *capitis numerus deest in Τ* 18 probabiliter] licentius *ΠΤOv* 19 laudabiliter uel certe *om.* *ΠΤOv* 21 quur *O* percunctanti *Τ*¹ (*corr. eadem manus*) 22 ahimelec *Σ* abimelec *Τ* abimelehc *O* 23 inquid *ΤO* 24 sermonem mihi *Τ* 25 est *Τ*¹ 26 et in illum *Πc* in illum locum et illum *Τ*

urguebat, uel illud, cum perductus ad Achis regem Geth insanum furiosumque simulauit ac mutauit os suum coram eis, et conlabebatur inter manus eorum: et inpingebat in ostium portae, defluebantque saliuae eius in barbam, cum etiam uxorum concubinarumque gregibus licito fruerentur nec ullum eis inputaretur ex hac parte peccatum, insuper etiam inimicorum sanguinem propria manu frequenter effunderent idque non solum non reprehensibile,
2 uerum etiam laudabile crederetur? quae ita nunc euangelio coruscante uidemus omnimodis interdicta, ut sine ingenti crimine ac sacrilegio horum quicquam non possit admitti. in quem modum nec mendacium ullum, quamlibet pio colore contectum, non dicam probabiliter, sed nec ueniabiliter a quoquam credimus usurpari dicente domino: sit sermo uester est est, non non: quod autem his abundantius est, a malo est, apostolo quoque in eadem congruente: et nolite mentiri inuicem.

XVIIII. IOSEPH: Vxorum quidem concubinarumque multarum antiqua illa libertas instante iam temporum fine et multiplicatione humanae generationis expleta non inmerito uelut minus iam necessaria per euangelicam perfectionem debuit amputari. nam usque ad aduentum Christi oportuit benedictionem primordialis illius uigere sententiae qua dictum est:
2 crescite et multiplicamini, et replete terram. et idcirco iustissimum fuit, ut ex illa radice fecunditatis humanae, quae in synagoga pro dispensatione temporis utiliter uiguit, angelicae uirginitatis flosculi germinarent ac suaue olentes continentiae fructus in ecclesia gignerentur. mendacia uero etiam tunc fuisse damnata totius ueteris instrumenti textus

2 l. c. 13 14 Mt. 5, 37 17 Col. 3, 9 24 Gen. 1, 28

1 urgebat *Π* productus *T* acis *O* get *Π*[1] 2 insanum se *Tv* 3 inter] in *Πc* 6 inputarentur *Π*[1] 8 effunderet *Σ* 11 ac] a *Σ* 13 non dicam...sed nec *om.* *TOr* 17 in inuicem *T* 18 *numerus deest in T* 20 uelud *T* 23 uigere *om.* *T* qua] quia *Π* 26 sinagoga *ΠO* 28 gigneretur *Π*

euidenter ostendit dicens: perdes omnes, qui loquuntur mendacium, et iterum: suauis est homini panis mendacii: et postea replebitur os eius calculo, et ipse legislator mendacium, inquit, fugies. sed tunc demum 3 id probabiliter diximus usurpatum, cum ei necessitas aliqua seu dispensatio salutaris adiuncta est, ob quam non debuerit condemnari. quale est illud quod conmemorastis de Dauid rege, cum fugiens insectationem Saulis iniustam ad Abimelech sacerdotem non proposito cuiusdam lucri nec studio laedendi quempiam, sed ut tantummodo semet ipsum ab inpiissima eius insectatione saluaret, mendacibus utitur uerbis, quippe qui manus suas inimici regis sanguine et quidem a deo sibi totiens traditi contaminare noluerit dicens: propitius mihi sit deus, ne faciam rem hanc domino meo, christo domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus domini est. et idcirco dispensationes has quas 4 uel ob uoluntatem dei uel ob praefigurationem spiritalium sacramentorum uel ob quorundam salutem sanctos uiros in ueteri testamento legimus exsecutos, in tantum nos quoque, cum necessitas coartauerit, non possumus abdicare, ut ne ipsos quidem apostolos, ubi consideratio alicuius utilitatis exegit, ab eis declinasse cernamus. quae paulisper interim differentes digestis primitus quae adhuc de ueteri testamento proferre disponimus post haec congruentius inferemus, ut facilius adprobetur uiros iustos et sanctos tam in nouo quam in ueteri testamento in his oeconomiis sibi per omnia concordasse. quid 5 enim de illa Chusi ad Absalom pro salute regis Dauid pia

1 Ps. 5, 7   2 Prov. 20, 17   4 Ex. 23, 7   13 I Reg. 24, 7

1 locuntur ΣΠO   3 et *ante* postea *om.* Π   4 inquid ΤO   5 ueniabiliter ΠΤOv   6 non *om.* Τ   8 regem $\Sigma\Pi^1$ ahimelech Σ achimelech Π^2 abimelec O   9 cuiusquam ΠΤOv: *at cf. Inst. X, 6*   11 insectationem Π^1O   12 equidem O   16 hac Π^1 20 possum Π   21 exigit ΣT^1 23 proferere Σ   26 ocoenominiis Σ oecωnomeic Τ   27 chusi Π *corr.*, *item infra*   absalom Σ^2: absolom Σ^1 absalon ΠO absolon Τ (*eadem diuersitas infra*)

simulatione dicemus, quae cum tota fallentis et circumuenientis promatur affectu et utilitatem consulentis inpugnet, scripturae diuinae testimonio conprobatur ita dicentis: domini autem nutu dissipatum est consilium Achitofel utile, ut induceret dominus super Absalom malum? nec enim reprehendi poterat id quod recto proposito ac pio iudicio pro iustis partibus gerebatur ac pro illius cuius pietas deo placebat salute atque uictoria religiosa fuerat simulatione conceptum.
6 quid etiam de illius feminae pronuntiabimus facto, quae suscipiens illos qui ad regem Dauid a praedicto Chusi fuerant destinati abscondit in puteo et expandens uelamen super os eius, cum ptisanas se torrere simulasset, transierunt, inquit, gustata paululum aqua, atque hoc eos figmento ab insequentium manibus liberauit? quapropter respondete quaeso mihi, quid fuissetis acturi, si qua uobis nunc sub euangelio constitutis similis fuisset exorta condicio: utrumnam maluissetis eos simili celare mendacio dicentes eodem modo: transierunt gustata paululum aqua, et inplere illud quod praecipitur: erue eos, qui ducuntur ad mortem: et redime eos qui interficiuntur, ne parcas, an
7 ueritatis confessione latitantes prodere peremptturis? et ubi illud apostoli: nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius, et: caritas non quaerit quae sua sunt, sed ea quae aliorum, ac de se ipso: non quaero, inquit, quod mihi utile est sed quod multis, ut salui fiant? si enim ea quae nostra sunt quaerimus et id quod nobis utile est pertinaciter uolumus retentare, etiam in huiusmodi necessitatibus loqui nos necesse est ueritatem et reos fieri mortis

3 II Reg. 17, 14   12 l. c. 20   19 Prov. 24, 11 (LXX)   22 I Cor. 10, 24   23 I Cor. 13, 5. Phil. 2, 4   24 I Cor. 10, 33

1 toto *TOv*   circumuenientes *Π*[1]   4 ahitofel *Π*[1] *Σ*   utile *om.* *ΠO*   10 cusi *O*   11 distinati *T*   12 tysanas *T* tisanas *O*   terrere *Π*[1] terere *Π*[2]   13 inquid *TO*   paulolum *T*   16 extorta *Σ*   18 paulolum *T*   19 dicuntur *T*   20 redimere *ΠO*   ne] et *T*[2] *in ras.*   21 peremturis *ΣO*   *post* ubi *in* *T* *add.* est *a m. 2*   24 se *om.* *Σ*, *s. l. additum in Π*   inquid *ΠTO*

alienae: si uero ea quae aliis salutaria sunt nostris utilitatibus praeponentes apostolico satisfecerimus imperio, sine dubio subeunda est nobis necessitas mentiendi. et idcirco nec 8 integra caritatis uiscera possidere nec ea quae aliorum sunt secundum apostolicam disciplinam quaerere poterimus, nisi his quae districtioni nostrae perfectionique conueniunt paululum relaxatis condescendere utilitatibus aliorum prono maluerimus affectu et ita cum apostolo infirmis efficiamur infirmi, ut lucrari possimus infirmos.

XX. Quibus eruditus exemplis beatus quoque apostolus Iacobus omnesque illius ecclesiae primitiuae praecipui principes apostolum Paulum ad simulationis figmenta descendere pro inbecillitate infirmantium cohortantur eumque purificari secundum obseruantiam legis, caput radere, uota offerre conpellunt, praesens illud dispendium quod ex hac hypocrisi gignebatur nihili reputantes, sed contemplantes potius lucra quae erant ex illius diutina praedicatione parienda. non enim tantum 2 apostolo Paulo lucrum ex hac eius fuerat districtione conlatum, quantum celeri eius exitio uniuersis gentibus detrimentum. quod sine dubio uniuersae tunc euenisset ecclesiae, nisi illum haec utilis ac salubris hypocrisis praedicationi euangelicae reseruasset. tunc enim necessario ac ueniabiliter adquiescitur mendacii detrimento, quando maius ut diximus inminet de ueritatis confessione dispendium et utilitas quae nobis de ueritate confertur conpensare illa quae generanda sunt damna non praeualet. quod temperamentum etiam aliis uerbis idem 3 beatus apostolus ubique se semper tenuisse testatur. nam cum dicit: factus sum Iudaeis sicut Iudaeus, ut Iudaeos lucri facerem: his qui sub lege erant quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub

28 I Cor. 9, 20—22

2 proponentes Σ 6 destrictioni Σ districtione Π^1 paulolum T 8 cum apostolo cum T 9 lucrare Σ 10 *non distinguit* T 12 discendere T^1 13 inbecoillitate Σ cumque Π 16 nihil T nicil O *ut solet* erant] sunt T 18 destrictione Σ 20 euinisset Π 25 gerenda Σ 30 ipse sub lege non essem Πv

lege, ut eos qui sub lege erant lucri facerem: his qui sine lege erant tamquam sine lege essem, cum sine lege dei non essem sed in lege essem Christi, ut eos qui sine lege erant lucri facerem: factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucri facerem: omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos, quid aliud ostendit quam secundum infirmitatem atque mensuram eorum qui instituebantur condescendisse se semper et a perfectionis rigore aliquid relaxasse, nec tenuisse se id quod districtio poscere uidebatur, sed illud magis prae-
4 posuisse quod infirmantium utilitas exigebat? et ut haec eadem adtentius indagantes singillatim apostolicarum uirtutum insignia replicemus, quaeret aliquis, quomodo omnibus per omnia beatus apostolus suam probetur aptasse personam? ubi factus sit Iudaeis sicut Iudaeus? profecto ibi, ubi illam sententiam intimo corde custodiens qua Galatis denuntiauerat dicens: ecce ego Paulus dico uobis quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, in Timothei tamen circumcisione imaginem quodammodo Iudaicae super-
5 stitionis adsumpsit. et rursus ubi factus est eis qui sub lege erant tamquam sub lege esset? nempe ibi, ubi Iacobus omnesque seniores ecclesiae formidantes, ne in eum illa inrueret Iudaeorum credentium, immo Christianorum iudaizantium multitudo, quae ita fidem Christi receperat ut adhuc ritu caerimoniarum legalium teneretur, discrimini eius hoc consilio ac persuasione succurrunt dicentes: uides, frater, quot milia sint in Iudaeis qui crediderunt, et hi omnes

17 Gal. 5, 2 26 Act. 21, 20—21

3 dei *om.* T 6 facerem saluos] lucri facerem TO 8 adque O instruebantur T se *om.* T 9 perfectione Π aliquit $\Pi(\Sigma)$ 10 destrictio ΣO 11 *post* exigebat T *in marg. habet* XX 13 quaeret Π: quaerat ΣO quaerit T; *cf.* §. 6 15 sit] est T 16 quam $\Pi T v$ (*non* O) 18 prodeerit O thimotei Σ 19 circumcisionem $\Pi^1 O^1$ indeice O^1 20 adsumsit Σ 21 quasi T omnes qui Σ 22 eum *om.* Π inruerit Π 23 iudeizantium O 24 reciperat Π^1 26 quod $\Sigma\Pi$ O *Vulg.* 27 sunt Π *Vulg.* hī Π hii $T^1 O$

aemulatores sunt legis. audierunt autem de te quia discessionem doceas a Moysi eorum qui per gentes sunt Iudaeorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, et infra: hoc ergo fac quod tibi dicimus. sunt nobis uiri quattuor uotum habentes super se: his adsumptis sanctifica te cum illis, et inpende in illis ut radant capita, et scient omnes quoniam ea quae de te audierunt falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. et ita 6 pro illorum qui sub lege erant salute illam paulisper districtionem sententiae suae calcans qua dixerat: ego enim per legem legi mortuus sum ut deo uiuam, caput radere, purificari secundum legem atque in templo Moysaico ritu uota offerre conpellitur. quaeres etiam ubi pro salute eorum qui legem dei penitus ignorabant, tamquam et ipse sine lege esset effectus sit? lege, in Atheniensi urbe, ubi gentilium uigebat inpietas, quo usus sit praedicationis exordio: praeteriens, inquit, uidi simulacra uestra et aram in qua scriptum erat: ignoto deo. cumque de eorum superstitione 7 fuisset orditus, tamquam si et ipse absque lege esset, sub occasione profani illius tituli fidem Christi intulit dicens: quod ergo ignorantes uos colitis, hoc ego adnuntio uobis. et post pauca, uelut si diuinae legis penitus esset ignarus, gentilis poetae uersum potius quam Moysi aut Christi maluit proferre sententiam et sicut quidam, inquiens, uestrorum poetarum dixerunt: ipsius enim et

4 l. c. 23—24 11 Gal. 2, 19 17 Act. 17, 23 22 l. c. 25 l. c. 28

2 moysi O^2: mosi $\Sigma\Pi^1O^1$ moyse Π^2T 4 facere Π^1 5 diximus Π 6 assumtis Σ assumptis T adsumtis O 7 et inpende in illis *om.* Σ in *om.* Π 8 scient Π 9 ambulans ΣTO 10 destrictionem Σ 12 domino T 13 moysaico Π^2: mosaico $\Sigma\Pi^1T$ mosayco O 14 quaeris Tv 15 domini Σ 16 sit *om.* O sit sine lege in T uegebat Π^1 17 *post* impietas *additum* uide *a m. 2 in* T 18 inquid ΠTO 20 fuisset] sermonem fuisset ΠTOv exorsus Or 23 si *om.* TO^1 esset *om.* T 24 gentiles Π^1 mosi T^1O^1 26 uestrum ΠTO

genus sumus. cum itaque suis eos quae refutare non
possent testimoniis fuisset adgressus, ita de falsis uera confir-
mans subdidit dicens: genus ergo cum sumus dei, non
debemus aestimare auro aut argento aut lapidi,
sculpturae artis et cogitationis hominis, diuini-
8 tatem esse similem. infirmis autem infirmus effectus est,
cum secundum indulgentiam, non secundum imperium his qui
se continere non poterant in id ipsum redire concessit, siue
cum lacte, non esca Corinthios potans in infirmitate et timore
et tremore multo apud eos fuisse se dicit. omnia autem
omnibus factus est, ut omnes faceret saluos, cum dicit: qui
manducat non manducantem non spernat, et qui
non manducat manducantem non iudicet, et: qui
matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, et
qui non iungit, melius facit, et alibi quis; inquit,
infirmatur, et ego non infirmor? quis scandali-
9 zatur, et ego non uror? atque hoc modo illud quod
Corinthiis praeceperat adimpleuit dicens: sine offensione
estote Iudaeis et Graecis et ecclesiae Christi, sicut
et ego per omnia omnibus placeo, non quaerens
quod mihi utile est sed quod multis, ut salui fiant.
utile enim sine dubio fuerat Timotheum non circumcidere,
caput non radere, purificationem Iudaicam non adsumere,
nudipedalia non exercere, uota legalia non offerre: sed facit
haec omnia, quia non quaerit quod sibi utile est, sed quod
multis. quod quamuis dei contemplatione sit factum, tamen
10 simulatione non caruit. qui enim per legem Christi legi

3 l. c. 29 8 cf. I Cor. 7, 5 9 cf. I Cor. 3, 2. 2, 3 11 Rom. 14, 3 13 I Cor. 7, 38 15 II Cor. 11, 29 18 I Cor. 10, 32—33 27 cf. Gal. 2, 19

2 aggressus *Σ* 3 sumus *ΣO*: simus *ΠΥv Vulg.* 4 lapidis *ΣΥ* lapide *O* 5 sculturae *Σ* cogitationi *Π* 6 infirmus] infirmis *Π*[1] 9 corinthos *Σ* tremore et timore *Σ* 10 aput *ΣΠO* 14 iungitur *Π*[1] 15 quis enim inquit *Σ* 17 illut *Π(Σ)* 22 fuerat] sibi fuerat *ΥOr* thimoteum *Σ* 23 capud *Π* iudeicam *O*[1] assumere *Σ* 25 omnia dum illorum saluti plus consulit quia *Ov* 26 multis] multis ut salui fiant *ΥOv*

mortuus fuerat ut deo uiueret, quique illam iustitiam legis
in qua conuersatus fuerat sine querella detrimentum fecerat
et arbitrabatur ut stercora, ut Christum lucri faceret, ea quae
legis erant uero cordis affectu offerre non potuit: nec fas est
credi eum qui dixerat: si enim quae destruxi haec
iterum reaedifico, praeuaricatorem me constituo in
id incidere quod ipse damnauerat. et in tantum non magis
res ipsa quae geritur quam gerentis pensatur affectus, ut e
contrario quibusdam repperiatur ueritas nocuisse et profuisse
mendacium. nam Doec Idumaeus regi Sauli de fuga Dauid 11
coram famulis conquerenti ac dicenti: numquid omnibus
uobis dabit filius Iesse agros et uineas, et uni-
uersos uos faciet tribunos, et centuriones: quoni-
am coniurastis omnes aduersus me, et non est qui
mihi renuntiet? quid nisi uerum prodidit dicens: uidi
filium Iesse in Nob ad Abimelech filium Achitob
sacerdotem. qui consuluit pro eo dominum, et
cibaria dedit ei: sed et gladium Goliath Philistaei
dedit ei? pro qua ueritate eradicari de terra uiuentium
meruit, ac de eo dicitur per prophetam: propterea deus
destruet te in finem, euellet te, et emigrabit te
de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra
uiuentium. ex illa igitur terra hic pro indicio ueritatis 12
perpetua eradicatione conuellitur, in qua Raab meretrix pro
mendacio cum sua cognatione plantatur: sicut etiam Samson

1 cf. Phil. 3, 6—8 5 Gal. 2, 18 11 I Reg. 22, 7—8
15 l. c. 9—10 20 Ps. 51, 7 24 cf. Ios. 6 25 cf. Iud. 16

1 iustitiae legem *T* 2 quaerella *ΣΠ* querela *T* 3 christi *Π* 6 constinuo *Π*[1] 7 incidisse *T* 9 et] ac *TO* 10 dohec *Σ* doech *T* 11 numquit *Σ* 12 iessae *Π* 15 quod *T* 16 nobe *T*[a]*Ov Vulg.* ad *ΣO*: apud *Π*[2]*T*: *cf. Fleckeisenii Annales philolog. 1879, p. 426, Roensch, It. u. Vulg.*[2] *p. 390* ahimelech *Σ* abimelehc *O* apud achimelech *om. Π*[1], *add. Π*[2] *s. l.* ahitob *Σ* acitob *O* filium achitob *om. Πc* 17 deum *T* 18 goliaht *O* phylistei *ΣΠ* philistei *T* filisthei *O* 20 prof. *Π* 21 destruet te deus *Σ* euelle *Π*[1] et ebellet *O* emigrauit *ΣΠ*[1] 22 suo *Σ*: *om. Tc* 25 mendatio *Π*[1] agnatione *O* plantantur *Σ*

illam diu occultatam mendacio ueritatem inpiae coniugi perniciosissime prodidisse reminiscimur, cui propterea deceptionem intulit ueritas inconsultissime patefacta, quia illud mandatum propheticum custodire neglexit: ab ea, quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

XXI. Et ut exempla quaedam de nostris quoque ineuitabilibus ac paene cotidianis necessitatibus proferamus, quas
quantalibet obseruantia numquam ita possumus praecauere,
ut non uel inuiti uel uolentes in eas cogamur incurrere: quid
quaeso faciendum est, cum refectionem procrastinare disponentibus nobis, utrum refecerimus, ad uesperam frater adueniens
percontatur: celandumne ieiunium est et uirtus parsimoniae
2 contegenda, an ueritatis professione prodenda? si celamus, ut
dominico satisfaciamus imperio quo dicitur: non uidearis
hominibus ieiunans sed patri tuo qui est in abscondito, et iterum: ne sciat sinistra tua quid faciat
dextera tua, profecto mentimur. si uirtutem continentiae
propalamus, euangelica nos sententia iure percellet: amen
3 dico uobis, receperunt mercedem suam. quid si
oblatum a fratre quispiam poculum cum definitione rennuerit,
absolute accepturum esse se denegans quod ille gaudens aduentu eius suppliciter ut sumatur exorat? rectumne est ut fratri ad genua prouoluto in terramque prostrato, qui non nisi his officiis uiscera caritatis expleturum esse se credit, etiam cum labore suo pareat, an in sermonis sui atque propositi pertinacia perseueret?

XXII. GERMANVS: In illo quidem superiore exemplo dubium ut credimus non est quin expediat abscondi continentiam

4 Mich. 7, 5 14 Mt. 6, 18 16 l. c. 3 18 l. c. 2

1 illum ΣΠO occultatum ΣO coniungi Π^1 pernit. Π 2 propter T, *sed del. a m. 1* 4 prof. Π neclexit O 6 *non distinguit* T 7 pene ΣTO cottid. T 9 uiolentes Σ *post* incurrere T *in marg. habet*: XXI 12 percuntatur T^1 14 quod O 18 sententiae Π^1 percellit ΠOc 19 quod ΣOv 20 rennuerit T^1O: renuerit ΣΠT^2 21 se *om.* Σ 27 superiori T

nostram potius quam percontantibus prodi, ac super huiuscemodi causis nos quoque fatemur ineuitabile esse mendacium. in secundo autem nulla nobis incumbit necessitas mentiendi, primum quia possumus ea quae fratrum ministerio porriguntur ita rennuere, ut nullo nos definitionis uinculo conligemus, deinde quod semel rennuentes possumus inmobilem tenere sententiam.

XXIII. IOSEPH: Has definitiones illorum monasteriorum esse non dubium est, in quibus renuntiationis uestrae ut dicitis rudimenta formata sunt, quorum principes fratrum refectioni suas adsolent praeponere uoluntates et obstinatissime id quod semel mente conceperint exsequuntur. ceterum seniores nostri, quorum fidei apostolicarum signa uirtutum testimonium reddiderunt quique uniuersa iudicio potius ac discretione spiritus quam rigida animi obstinatione gesserunt, eos qui alienis infirmitatibus adquiescerent multo uberiores fructus quam eos qui in suis definitionibus perdurarent capere censuerunt, sublimiorisque pronuntiauerunt esse uirtutis contegere potius continentiam necessario hoc ut dictum est humilique mendacio quam patefacere superbo ueritatis indicio.

XXIIII. Denique abbas Piamun post uiginti et quinque annos oblatam sibi a quodam fratre uuam ac uinum absque haesitatione suscipiens confestim ea quae ingesta fuerant contra consuetudinem degustare quam ignotae cunctis continentiae maluit propalare uirtutem. nam si illud quoque considerare uelimus quod seniores nostros incunctanter fecisse meminimus, qui mirabilia uirtutum suarum uel proprios actus, quos necesse erat ad instructionem iuniorum in con-

1 quam *om.* Π^1 percontantius Π percunctantibus Υ^1 2 fateamur Π ineuitabilem Π^1 4 possimus O 5 rennuere $\Pi\Upsilon^1 O$: renuere $\Sigma\Upsilon^2$ uinculo] uti puculo (poculo *m. 2*) Π conlegimus Π 6 rennentes $\Pi\Upsilon^1$ imobilem Π 8 monastheriorum Σ 11 uoluntate Π^1 opstinatissime Υ 12 exsecuntur Σ execuntur O 15 discretionis spiritu Υ qua Σ regida Π^1 18 sublimioresque Π^1 21 piamon $\Pi^1\Upsilon$ XXV Υ 22 oblatum Π adlatam Υ et Υ 23 gesta Υ 25 *post* uirtutem Υ *in marg. habet*: XXV 27 actus proprios Υ 28 conlationē Π

latione proferri, sub aliorum solebant colorare personis, quid
aliud possumus quam apertum super his iudicare mendacium?
2 atque utinam nos quoque dignum aliquid haberemus quod ad
incitandam fidem proponi iunioribus possit! profecto minime
uereremur huiuscemodi illorum figmenta sectari. rectius enim
est sub talis figurae colore mentiri quam pro obseruantia
inrationabilis istius ueritatis aut ea quae audientes aedificare
potuerunt incongrua taciturnitate contegere aut si ex nostra
persona ueraciter proferantur iactantiam noxiae uanitatis
3 incurrere. ad quod etiam nos magisterio suo doctor gentium
euidenter instituit, qui reuelationum suarum magnitudinem
ex alterius maluit proferre persona dicens: scio hominem
in Christo, siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit, raptum usque ad tertium caelum. et scio huiusmodi hominem, quia raptus est in paradiso et audiuit ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui.

XXV. Inpossibile nobis est breuiter uniuersa percurrere. quis etenim enumerare sufficiat omnes propemodum patriarchas sanctosque innumerabiles, alios pro uitae tutamine, alios pro benedictionis desiderio, alios pro misericordia, alios pro alicuius occultatione mysterii, alios pro zelo dei, alios pro examine ueritatis patrocinium ut ita dixerim adsumpsisse mendacii? quae sicut enumerari cuncta non possunt, ita praetermitti
2 penitus uniuersa non debent. nam beatum Ioseph pietas
conpulit, ut falsum fratribus crimen etiam cum obtestatione regiae salutis inpingeret dicens: exploratores estis: infirmiora terrae uenistis inspicere, et infra mit-

12 II Cor. 12, 2—4 27 Gen. 42, 9 (LXX) 28 l. c. 16 (LXX)

2 diiudicare *T* 4 posset *ΠOv* 8 potuerant *ΠTv* 9 iactantia noxie uanitatis enarrare *Π* 10 nos etiam *TO* 12 personam *Σ* 13 extra corpore *Π*[1] 14 iscit *Σ* 15 qui *Σ* 16 paradyso *Σ* paradisum *Tv* 18 *nulla distinctio in T* 22 misterii *ΠTO* examinatione *Πv* exanime *O* 23 assumsisse *Σ* adsumsisse *O* 26 obstinatione *Π*

tite, inquit, ex uestris unum, et adducite fratrem
uestrum huc: uos autem custodimini hic, usque
dum manifesta fiant uerba uestra, an uerum
dicatis an non: sin autem, per salutem Pharaonis,
exploratores estis. si enim non eos hoc misericordi
mendacio terruisset, nec patrem fratremque reuisere nec eos
in tantis inopiae periculis alere nec conscientiam postremo
fratrum a reatu uenditionis suae expurgare potuisset. non 3
ergo tam reprehensibile fuit metum fratribus incussisse
mendacio quam sanctum atque laudabile occasione ficti
periculi inimicos ac uenditores suos ad salutarem paenitentiam
conpulisse. denique cum grauissimae insimulationis urguerentur
inuidia, non illius quod falso obiciebatur, sed anterioris
criminis conscientia frangebantur, dicentes ad inuicem: merito
haec patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum,
quia despeximus tribulationem animae eius, cum
rogaret nos, et non audiuimus eum: propter hoc
uenit nobis omnis tribulatio haec. quae quidem
confessio non solum apud fratrem in quem inpia crudelitate
peccauerant, uerum etiam apud deum humilitate saluberrima
tantum eorum facinus, ut credimus, expiauit. quid Salomon, 4
qui perceptum a deo sapientiae donum in primo iudicio suo
non nisi adsumptione mendacii declarauit? nam ut ueritatem
quae muliebri mendacio tegebatur exculperet, etiam ipse
mendacii utique astutissime excogitati usurpauit auxilium
dicens: adferte mihi gladium, et diuidite infantem

14 l. c. 21 (LXX) 26 III Reg. 3, 24—25

1 inquid *ΥΟ* ex uobis *Υ Vulg.* fratrum *Π* 2 custodiemini *ΠΥΟv* 4 pro Π^1 faraonis *Π* 7 inopie periculo *Σ* 10 quem Π^1 sancta atque laudabili *Υ* facti Π^1 12 conpulisset *Σ* grauissime *Σ* urgerentur *ΠΥ* 13 falsum *Υ* 16 dispeximus ΠY^1 17 et] ut *O* audiremus $\Pi Y O^1$ 18 in nobis *O* 19 aput *ΣΠΟ* impi.e (a *eras.*) *Π* 20 aput *ΣΟ* apud deum *om.* *Πc* 21 salamon *ΣΠ* 22 qui *om.* *O* 23 assumtione *Σ* 24 mulieris *Πc* exsculperet *Υ* exculpe sed *O* ipse etiam Σ^1; *transposuit eadem manus* 25 mendacio *Π* astutissimae Π^1 auxilio *Σ* 26 afferte *Σ*

uiuum in duas partes, et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem alteri. quae simulatio crudelitatis cum uerae matris uiscera permouisset, ab ea autem quae mater non erat laudaretur, tunc demum sagacissimo ueritatis indicio illam sententiam promulgauit quam nemo a deo inspiratam esse non credidit date, inquiens, huic infantem uiuum, et non occidatur: haec est
5 mater eius. proinde nec debere neo posse nos uniuersa conplere quae uel cum quiete animi uel conmotione decernimus, etiam aliis scripturarum testimoniis copiosius edocemur, quibus uel uiros sanctos uel angelos uel ipsum omnipotentem deum ea quae definierant frequenter legimus inmutasse. nam beatus Dauid cum iuris iurandi definitione decreuit dicens: haec faciat deus inimicis Dauid, et haec addat, si reliquero de omnibus quae pertinent ad Nabal usque
6 mane, mingentem ad parietem. et continuo intercedente Abigail uxore eius ac pro eodem supplicante remittit minas, mollit sententiam et mauult transgressor propositi iudicari quam sacramenti sui fidem cum crudelitatis exsecutione seruare, dicens: uiuit dominus: nisi cito uenisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. cuius sicut illam praecipitis sacramenti facilitatem quae de perturbatae mentis conmotione descenderat nequaquam imitandam esse censemus, ita remissionem atque emendationem statuti sectandam esse
7 decernimus. electionis uas Corinthiis scribens reditum suum absoluta definitione promittit dicens: ueniam autem ad uos cum Macedoniam pertransiero: Macedoniam

6 l. c. 27 13 I Reg. 25, 22 20 l. c. 34 27 I Cor. 16, 5–7

4 sagacissimum Π^1 6 nemo nisi a *TO* non *om. T*: *eras. in O* 7 hec enim est *T* 8 eius uera *O* 11 uel angelos *om. T* 12 definierant utilitatis causa inmutasse reperimus. beatus *T* immutasse *ΣΠ* 19 crudilitatis Π^1 execut. *O* 23 facilitate *Π* 25 adque *O* 26 chorinthiis *Σ* 27 autem cito ad *O* 28 machedoniam *Σ* (*passim*) macedoniam enim pertransibo *om. T*

enim pertransibo. apud uos autem manebo uel etiam hiemabo, ut uos me deducatis quocumque iero. nolo enim uos modo in transitu uidere: spero enim me aliquanto tempore manere apud uos. cuius rei etiam in secunda epistula ita meminit: et hac confidentia uolui prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis, et per uos transire in Macedoniam, et iterum a Macedonia uenire ad uos et a uobis deduci in Iudaeam. sed superueniente salubriore consilio nequaquam se id quod promiserat exsecutum euidentissime confitetur. cum hoc, inquit, uoluissem, numquid leuitate usus sum? aut quae cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est est et non non? denique cur maluerit definitionem sui praeterire sermonis 8
quam aduentu suo onerosam discipulis inferre tristitiam, etiam cum sacramenti obtestatione declarat: ego autem testem deum inuoco in animam meam, quod parcens uobis non ueni ultra Corinthum. statui enim hoc ipsum apud me, ut non in tristitia uenirem ad uos. cum intraturos se domum Loth Sodomis angeli denegassent dicentes ad eum: non intrabimus, sed in platea manebimus, continuo eius precibus conpelluntur statutum mutare sermonem, sicut scriptura subiungit: et coegit eos Loth, et deuerterunt ad eum. qui utique si deuersuros ad eum esse se 9
nouerant, inuitantis petitionem simulatoria excusatione rennu-

5 II Cor. 1, 15—16 11 l. c. 17 16 l. c. 23 et 2, 1 21 Gen. 19, 2 23 l. c. 3 (LXX)

1 enim *om.* O apud ΣΠO 2 ducatis Υ 3 uos *om.* Π transitum ΣΠ¹O 4 enim *om.* Υ aput ΣO apud uos manere Υ 5 epistola ΥO haec Π¹O 7 transirem Σv transsire Υ¹ 8 uenirem Σ 10 id se Υ executum ΣO 11 inquid ΥO numquit Σ 13 aput ΣΠO et *om.* ΠΥO 14 quur O 15 aduento Π¹ honerosam Π inferret Σ 16 deum testem O 17 anima mea Σ meam *om.* Π 19 aput ΣΠO 20 loht O, *item infra* 21 plateis Υ 23 scribtura Υ diuerterunt Π¹Υ 24 si] se Σ: *om.* Υ diuersuros ΥO se *om.* Σ se ad eum esse O 25 petitione Π rennuerunt Υ¹: renuerunt ΣΠΥ² rennuerent O

erunt: sin autem ueraciter excusabant, euidenter inmutasse sententiam conprobantur. quae utique non ob aliam credimus causam spiritum sanctum sacris uoluminibus indidisse, nisi ut istis erudiamur exemplis in definitionibus nostris non pertinaciter permanere, sed eas arbitrio nostro debere subicere et ita iudicium nostrum ab omni legis uinculo liberum conseruare, ut promptum sit ad sequendum quocumque uocauerit salubre consilium, nec differat aut recuset ad id quod utilius discretio salutaris inuenerit absque ulla cunctatione transire.
10 et ut ad sublimiora adhuc ascendamus exempla, decumbentem in lecto regem Ezechiam grauique aegritudine laborantem ex persona dei Esaias propheta adorsus est dicens: haec dicit dominus: dispone domui tuae, quia morieris tu, et non uiues. et conuertit, inquit, Ezechias faciem suam ad parietem, et orauit ad dominum, et dixit: obsecro domine, memento quaeso quomodo ambulauerim coram te in ueritate, et in corde perfecto, et quod bonum est in oculis tuis, fecerim. et fleuit Ezechias fletu magno. post quae rursus dicitur ad eundem: reuertere, et dic Ezechiae regi Iuda dicens: haec dicit dominus deus Dauid patris tui: audiui orationem tuam, uidi lacrimam tuam: et ecce adiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriorum liberabo te, et ciuitatem hanc protegam propter me, et propter Dauid seruum
11 meum. quid euidentius hoc testimonio, quo misericordiae ac pietatis intuitu mauult dominus suum cassare sermonem et a praestituto mortis termino quindecim annis uitam precantis

12 IV Reg. 20, 1–3 (LXX) (Esai. 38, 1–6) 20 l. c. 5–6 (LXX)

1 si *T* immutasse *Σ* 2 conprobabuntur *Σ* 3 uolominibus Π^1 5 subiacere *T* 7 promtum *ΣO* prumptum T^1 quodcumque *Σ* 8 aut] hac *O* 11 regem *om.* *T* 12 eseias *Σ* esayas *O* profeta *Π* 14 inquid *O* 15 ad *ante* dominum *om.* *Σ* ad deum *TO* 17 et corde *Tc* 18 feci *T* 19 fleto Π^1 22 lacrimas tuas *TOr* 24 assiriorum *TO*• 27 a $\Pi^2 TO$: ad $\Sigma\Pi^1$ 28 praestituto* *Π*

extendere quam per inmobilitatem decreti sui inexorabilis inueniri? similiter etiam loquitur ad Nineuitas censura diuina: adhuc triduum et Nineue subuertetur, moxque paenitentia eorum ieiuniisque mollitur tam minax et abrupta sententia atque ad partem misericordiae prona pietate deflectitur. quodsi quis uelut praescium conuersionis eorum subuersionem ciuitatis ad hoc eis dominum adserat conminatum, ut eos ad salutarem paenitentiam prouocaret, consequens est, ut hi qui fratribus praesunt absque reprehensione mendacii his qui indigent emendari aliqua etiam districtiora quam facturi sunt, si opus fuerit, conminentur. sin uero dixerit 12
deum seueram illam sententiam suam paenitentiae eorum consideratione reuocasse secundum illud quod per Ezechielem ait: si dixero inpio: morte morieris: et egerit paenitentiam a peccato suo, feceritque iudicium et iustitiam, uita uiuet, non morietur, similiter edocemur non debere nos obstinate in nostris definitionibus perdurare, sed conminationem ex necessitate propositam clementi miseratione mollire. quod ne solis specialiter Nineuitis 13
crederetur dominus praestitisse, etiam generaliter erga omnes eadem se esse facturum per Hieremiam perpetuo protestatur, et, cum necesse fuerit, incunctanter suam se sententiam mutaturum pro nostris meritis repromittit dicens: repente loquar aduersus gentem et aduersus regnum, ut euellam, et destruam, et disperdam illud. si paenitentiam egerit gens illa a malo, quod locutus sum aduersus eam: agam et ego paenitentiam

3 Ion. 3, 4 (LXX) 14 Ezech. 33, 14—15 23 Hierem. 18, 7—10

1 pro inmobilitate Υ 2 niuiuitas Π²Υ ninneuitas O 3 niniue Π²Υ ninneue O 6 uel Υ conuersationis Σ subuersionis Π¹ 7 asserat ΣΥ comminatum ΠΥ 8 eo Υ 9 ut] et Π hii Υ¹O repraehensionem Π¹ 10 is Σ destrictiora ΣO 11 commonentur Π¹ si uero dixerint Υ dixerim O 13 ezechilem Π 14 mortem Π¹ 16 uiuet et non ΥO*v* 18 conminatione Σ comminationem ΠΥ 19 niniuitis Π²Υ ninneuitis O 22 se suam ΥO 23 pro nostris meritis *om.* Υ promittit ΥO 26 loquutus Υ 27 aduersum Π

super malum, quod cogitaui ut facerem ei. et subito loquar de gente et regno, ut aedificem et plantem illud. si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam: paenitentiam agam super bonum, quod locutus sum ut facerem ei. ad Ezechiel quoque: noli subtrahere uerbum, si forte audiant et conuertantur unusquisque a uia sua mala: et paenitebit me mali quod cogitaui facere
14 eis propter malitiam studiorum eorum. quibus testimoniis declaratur non oportere ut pertinaciter in nostris definitionibus haereamus, sed ratione eas ac iudicio temperandas semperque praelegenda ac praeferenda esse meliora et ad illam quae utilior iudicata fuerit partem sine cunctatione aliqua transeundum. illud etiam prae omnibus inaestimabilis illa censura nos instruit, quod cum sit ei ante ortum uniuscuiusque praecognitus finis, ita ordine ac ratione conmuni et humanis quodammodo omnia dispensat affectibus, ut non potentialiter nec secundum praescientiae suae ineffabilem notitiam, sed secundum praesentes hominum actus uniuersa diiudicans uel respuat unumquemque uel adtrahat et uel
15 infundat cotidie suam gratiam uel auertat. quod ita esse etiam illa Saulis manifestat electio: cuius utique cum uituperabilem finem praescientia dei ignorare non posset, de tot milibus Israhelis eligit eum et unguit in regem, praesentis in illo meritum uitae remunerans, non peccatum futurae praeuaricationis intendens, ita ut, postquam reprobus factus est,

6 Hierem. 26, 2—3 22 cf. I Reg. 10

1 malo *TOr* et si subito loquar ad gentem et ad regnum *T* 5 bono *Tr* 6 ezecihel *Σ* hiezechiel *Π* ezechielem *Tv* ezecielem *O* 7 unusquisque *om. T* 8 et *om. T* 12 semperque ... praeferenda *om. T* legenda *Π* praeferanda *Π*¹ meliore *T* 13 deiudicata *Π*¹ diiudicata *Π*²*TOv*: *cf. cap. 26 et XIII, 12, 6* 15 ortum] ortuos *Π*¹ 17 effectibus *T* 18 praesentiae *Π*¹ 20 deiudicans *Π*¹ unumqueque *Σ* uel adtrahat .... *cap. 30, 1* uiolare cogatur prae- *desunt in Π, foliis tribus deperditis* 21 cottidie *T* auferat *T* 22 quum *O* 23 possit *T* 24 elegit *TO*²*v* unguit *O*: ungit *Σ* unxit *Tv*

uelut paenitudinem gerens electionis suae deus humanis quodam-
modo de eodem uocibus atque affectibus conqueratur dicens:
paenitet me quod constituerim Saul regem: quia
dereliquit me, et uerba mea opere non inpleuit, et
iterum: uerumtamen lugebat Samuhel Saulem,
quoniam dominum paenitebat quod constituisset
regem Saul super Israhel. denique hoc quod opere 16
fuerat exsecutus postea etiam per Ezechielem prophetam
dominus protestatur cum omnibus se hominibus cotidiano
gesturum esse iudicio etiam si dixero, inquiens, iusto
quod uita uiuat, et confisus in iustitia sua fecerit
iniquitatem: omnes iustitiae eius obliuioni tra-
dentur, et in iniquitate, quam operatus est, in
ipsa morietur. sin autem dixero inpio: morte
morieris: et egerit paenitentiam a peccato suo,
feceritque iudicium et iustitiam, pignus restitu-
erit ille inpius, rapinamque reddiderit, in man-
datis uitae ambulauerit, nec fecerit quicquam
iniustum: uita uiuet, non morietur. omnia peccata
eius, quae peccauit, non inputabuntur ei. denique 17
cum ab illo populo, quem ex omnibus gentibus dominus ad-
optauit, propter subitam praeuaricationem misericordiae suae
auertisset aspectum, interueniens pro eo legislator exclamat:
obsecro, domine: peccauit populus iste peccatum
magnum, fecerunt sibi deos aureos: et nunc si
remittis peccatum eorum, remitte: sin alias, dele
me de libro tuo quem scripsisti. cui dominus: si
quis, inquit, peccauerit coram me, delebo eum de
libro meo. Dauid quoque, dum de Iuda et persecutoribus

3 I Reg. 15, 11 5 l. c. 35 10 Ezech. 33, 13—16
24 Ex. 32, 31—33 (LXX)

4 dereliquid *O* 5 uerumtamen *om.* *T* samuel *O* 7 saul regem *T* israel *Σ* ıſrł *T* 8 executus *T*[1]*O* 9 cottid. *T* 11 uiuet *T* uibet *O*[1] 18 quicquam iniustum fecerit *T* 19 et non *Tv* 20 ei *om.* *T* 22 subitam] subitam uituli *Ov* 26 remittes *O* peccata *T* 28 inquid *TO* 29 dum] cum *T*

Christi prophetico spiritu quereretur, deleantur, inquit,
de libro uiuentium. et quia non merebantur ad paeni-
tentiam salutarem pro reatu tanti criminis peruenire, subiungit:
18 et cum iustis non scribantur. denique in ipso Iuda uis
propheticae maledictionis euidenter inpleta est. nam expleto
proditionis crimine suspendio se necauit, ne post illam
deletionem nominis sui conuersus ad paenitentiam iterum
scribi cum iustis mereretur in caelo. non ergo est ambigendum
etiam Iudae nomen illo tempore, quo electus a Christo aposto-
latus sortitus est gradum, in libro uiuentium fuisse conscriptum
ac pariter eum audisse cum ceteris: nolite gaudere quia
daemonia uobis subiciuntur, gaudete autem quia
19 nomina uestra scripta sunt in caelis. sed quia filar-
gyriae peste corruptus de adscriptione caelesti ad terrena
deiectus est, conpetenter de eo ac de similibus eius dicitur
per prophetam: domine, omnes qui te derelinquunt
confundantur, recedentes in terra scribantur,
quia dereliquerunt uenam aquarum uiuentium
dominum, et alibi: in consilio populi mei non erunt,
et in scriptura domus Israhel non scribentur, et
in terra Israhel non ingredientur.

XXVI. Nec illius praecepti utilitas est silenda, quod etiam si instigante ira uel qualibet alia passione sacramento nos aliquo uinxerimus, quod a nemine quidem monachorum fieri penitus debet, utriusque tamen rei causa integro mentis est pensanda iudicio, et eo conparanda est illa res quam statuimus huic ad quam transire conpellimur, atque ad eam sine cunctati-

1 Ps. 68, 29 4 l. c. 6 Mt. 27, 5 11 Luc. 10, 20
16 Hierem. 17, 13 19 Ezech. 13, 9

1 inquid *TO* 6 nec *TO*² 7 dilectionem *Σ* delectionem *O*¹ iterum ... 8 mereretur *om. T*; *m. 2 in marg. addidit* scriptus est 10 conscriptum nec falsum est ac pariter *T* 13 fylargiriae *Σ* phylargiriae *T* philargiriae *O* 14 adscribtione *T* 16 prof. *O* 17 recedentes a te in *Tv* 18 derelinquerunt *O* 19 erunt et scribtura commemorat domus *T* 20 ıſrł *ΣT* 21 terram *Tv* iſrł *T* 22 *non distinguit T* quo• et si *T* 25 integra *T* 26 eo *om. TOv* 27 adque *O*

one est transeundum quae superueniente saniore tractatu iustior fuerit iudicata. rectius enim est nostrum nos praeterire sermonem quam rei salubrioris ac piae subire iacturam. denique numquam rationabiles ac probatos patres duros aut inreuocabiles in huiusmodi definitionibus fuisse reminiscimur, sed uelut ceram calore, ita eos ratione mollitos et intercedente salubriore consilio melioribus partibus sine haesitatione cessisse. quoscumque autem uidimus definitionibus suis pertinaciter inhaerere, inrationabiles semper probauimus ac discretionis expertes.

XXVII. GERMANVS: Quantum ad hanc pertinet rationem quae euidenter copioseque digesta est, nihil oportet monachum definire, ne aut praeuaricator inueniatur aut pertinax. et ubi illud Psalmistae ponemus eloquium: i u r a u i, e t s t a t u i c u s t o d i r e i u d i c i a i u s t i t i a e t u a e? quid est enim aliud iurare et statuere quam definita inmobiliter custodire?

XXVIII. IOSEPH: Nos non de principalibus mandatis, sine quibus non potest nostra salus omnino subsistere, ista decernimus, sed de his quae sine periculo status nostri uel relaxare possumus uel tenere: ut puta de inremisso rigore ieiunii, de uini siue olei perpetua abstinentia, de progressu cellulae penitus cohibendo, de lectionis seu meditationis incessabili iugitate, quae sine iactura professionis ac propositi nostri et exerceri cum libuerit possunt et cum necesse fuerit inreprehensibiliter praetermitti. ceterum super obseruantia illorum princi- 2
palium mandatorum constantissime definiendum est ac pro his etiam mors, si necesse fuerit, non uitanda, pro quibus inmobiliter est dicendum: i u r a u i e t s t a t u i. quod fieri debet pro custodia caritatis, pro qua spernenda sunt uniuersa, ne

14 Ps. 118, 106 28 l. c.

1 seniore *O* 4 aut] ac *T* 5 huiuscemodi *O* 6 cera *TO* et] et ut *Σ* 9 probamus *Σ* probabimus *O* 10 expertos T^1 11 ad] in *T* 14 ponimus *T* 17 principabilibus *Σ* 19 uel relaxare] uel retrahere T^2 *in ras.* 20 utpute *T* 21 cellae *TOr* 24 exerceri cum] *hic desinit T* possint *Σ* 25 obserbantiam *O*

bonum tranquillitatis illius perfectioque maculetur. similiterque iurandum est pro castimoniae puritate nec aliud nos facere oportet pro fide, pro sobrietate atque iustitia, quae omnia indemutabili perseuerantia sunt tenenda et a quibus paululum 3 recessisse damnabile est. de illis uero corporalibus exercitiis, quae ad modicum esse dicuntur utilia, ita est ut diximus statuendum, ut si qua superuenerit certior pietatis occasio quae illa suadeat relaxari, nulla super his lege teneamur, sed praetermissis eis ad utiliora libere transeamus. in illis enim corporalibus exercitiis, si pro tempore relinquantur, periculum non est: ab his uero uel ad momentum declinasse mortiferum est.

XXVIIII. Hoc quoque simili cautione curandum est, ut, si qui forsitan sermo quem esse uultis occultum de uestro fuerit ore prolapsus, nulla occultationis praecepta sollicitent audientem: magis enim latebit si neglegenter atque simpliciter transeatur, quia non tanta quilibet fratrum super diuulgatione eius inpugnatione torquebitur, aestimans rem uilem aliqua transitoria confabulatione prolatam et quae ex hoc ipso sit leuior, quia cautissimo silentii praecepto sensibus audientis conmendata non fuerit. nam si etiam fidem eius aliqua sacramentorum obtestatione deuinxeris, citius illud prodendum esse non ambigas: maior enim aduersus ipsum uis diabolicae inpugnationis insurget, ut et te maestificet uel denudet et illum transgressorem quantocius sui faciat sacramenti.

XXX. Et idcirco nihil debet abrupte monachus super his dumtaxat quae ad corporales exercitationes pertinent definire, ne aduersarium ad inpugnationem eorum quae uelut sub legis obseruatione custodit magis incitans citius ea uiolare cogatur. praefigens siquidem sibi legem unusquisque sub libertatis gratia constitutus perniciosa semet ipsum obligat seruitute,

5 cf. I Tim. 4, 8

2 facere nos *O* 8 illas ΣO 14 quis $O^1 v$ 15 prolabsus Σ 17 qualibet *O* diuulgationis Σ 18 existimans *Ov* aliqua ΣO: aliquam *v* 19 ipse *O* 23 esse non ambisse non ambigas Σ 28 nec O^1 29 cogitatur *O* 31 pernit. Π seruitutem Π^1

ut ea quae licito, immo etiam laudabiliter cum gratiarum actione praesumere potuisset, si necessitas fortasse conpulerit, uelut transgressor percipere conpellatur cum praeuaricatione peccati. ubi enim non est lex, nec praeuaricatio.

Hac beatissimi Ioseph institutione atque doctrina uelut 2
diuino oraculo confirmati in Aegypto residere maluimus. sed licet parum deinceps de nostra essemus promissione solliciti, tamen expleto septem annorum numero sponsionem nostram gratanter impleuimus. excurrentes namque ad coenobium nostrum illo iam tempore, quo de inpetrando ad heremum reditu fiduciam gerebamus, primum senioribus nostris honorem debitum soluimus: deinde animis eorum, qui pro caritatis ardore creberrimis litterarum nostrarum satisfactionibus nequaquam fuerant deleniti, pristinam redintegrauimus caritatem, tandemque ad plenum aculeo nostrae sponsionis auulso ipsis quoque cum gaudio prosequentibus ad Scitioticae solitudinis secreta remeauimus.

Hanc uobis, o sancti fratres, inlustrium patrum scientiam 3
atque doctrinam nostra ut potuit elucubrauit inscitia: quam etiamsi incultus forsitan sermo confudit potius quam digessit, quaeso ne laudem insignium uirorum reprehensio nostrae rusticitatis euacuet. tutius siquidem nobis in conspectu nostri iudicis uisum est doctrinae huius magnificentiam uel incultis sermonibus prodere quam silere, quippe cum et profectui lectoris, si sublimitatem sensuum contempletur, hoc quod inperitia nostri sermonis offenditur obesse non possit, et nobis

4 Rom. 4, 15

5 ac Σ hec O haec beatissimi ioseph expl conlatio definiendo Π, *in quo plus quam dimidia pars paginae prioris folii 120 et tota pagina posterior uacuae sunt relictae* 6 uoluimus Σ 13 celeberrimis O 14 retintegrauimus Σ 15 responsionis Σ 19 elucrubauit Σ 22 totius O 24 quum O 25 conplectetur Σ

maior sit utilitatis cura quam laudis. hoc sane omnes ad quorum manus opuscula ista peruenerint moneo, ut quidquid in eis placuerit patrum, nostrum uero sciant esse quod displicet.

1 *post* laudis *addunt* *Ov*: neque enim hoc quod sanctorum uirorum dicta descripsi (discr. *O*), et plenum periculi et egenum laudis esse non noueram, sed (sed ut *O*) prudens, ut dicitur, laqueo pedem indidi, nec me indubitato (indubitatu *O*) discrimini sub incerta spe alieni profectus tradere recusaui at *O* 2 quidquit *Σ* quicquid *O* 3 patrum] p. siht *O* 4 Explc lib sci ioseph. de conlationib' *Σ* Explicit conlatio sci ioseph de definiendo nichil. Incipiunt alie septem conlationes ad iubenianum. leontium et teorum (de) directe *O*

IOHANNIS CASSIANI

CONLATIONVM PARS TERTIA

SIVE

CONLATIONES XVIII—XXIIII.

B = Benedictoburanus, nunc Monacensis 4549 saec. VIII—VIIII.
F = Frisingensis, nunc Monacensis 6343 saec. VIIII.
O = Parisinus 2170 saec. VIIII.
R = Reginensis 140 saec. VIIII—X.
K = Caroliruhensis, olim Augiensis XCII saec. VIIII.
Z = Sangallensis 575 saec. VIIII.
β = KZ.

PRAEFATIO.

Emissis iuuante gratia Christi decem conlationibus patrum,
quae exigentibus beatissimis episcopis Helladio ac Leontio
utcumque digestae sunt, septem alias beato episcopo et nomine
et meritis Honorato, sancto quoque famulo Christi Eucherio
dedicaui: totidem et nunc uobis, o sancti fratres Iouiniane,
Minerui, Leonti et Theodore, credidi consecrandas. posterior
siquidem uestrum illam coenobiorum sanctam atque egregiam
disciplinam in prouinciis Gallicanis antiquarum uirtutum
districtione fundauit, ceteri uero non solum coenobialem
professionem adprime monachos expetere, uerum etiam ana-
choreticam sitire sublimitatem uestris institutionibus prouo-
castis. ea namque conlationes istae summorum patrum 2
disputatione contextae sunt et ita in omnibus temperatae, ut
utrique professioni, qua non solum occiduas regiones, uerum
etiam insulas maximis fratrum cateruis fecistis florere, con-
ueniant: id est ut non solum hi qui adhuc per congregationes
laudabili subiectione perdurant, sed etiam illi qui haud longe
a uestris coenobiis secedentes anachoretarum sectari gestiunt
disciplinam, pro condicione locorum ac status sui mensura
plenius instruantur. quibus hoc praecipuum contulit prae- 3

Incipit (*om. O*) conlatio abbatis piamun (piamon *O*) de tribus generibus monachorum *FO* Prefatio *O*: *om. F* Incipit praefatio in nomine patris et filii et spūs sc̄i *R* Praefatio incipit operis sequentis *K* 2 decim *R*[1] 3 elladio *FORK* ac] et *F* 4 et nomine et meritis *om. OKv*: *cf. VII, 1. XVII, 4* 6 o *om. K* iouiane *F* iubeniane *O* iuuiane *R* 7 deputandas *OKv*: *cf. praef. ad Conlat. part. I, §. 2, et praef. ad Conlat. part. II, §. 2* 8 adque *R* 10 destrictione *F*[1] 11 anachoriticam *F*[1] 15 utręque *K* 17 hii *FORK* in congregationis *ORK* 18 haut *R*[1] 19 anachoritarum *FK*[1] 20 conditione *FRK*

cedens uestri laboris industria, ut parati iam atque in isdem exercitiis deprehensi facilius praecepta seniorum atque instituta suscipiant, ipsosque in cellulas suas auctores conlationum cum ipsis conlationum uoluminibus recipientes et cotidianis quodammodo cum eis interrogationibus ac responsionibus conloquentes non propriis adinuentionibus arduam istam et incognitam ferme in hac regione adpetant uiam, sed periculosam etiam illic, ubi iam tritissimi calles et innumera praecedentium exempla non desunt, anachoreseos disciplinam illorum potius praeceptis capere consuescant, quos in omnibus et antiqua traditio et longae experientiae instruxit industria.

1 adque *R*[1] hisdem *FORK*[1] 2 adque *R* 7 periculo famę *K* 10 quos et in *F* 11 industria. Finit praefatio *FOK* Incipiunt capitula (abbatis piamun *add. K*) de tribus generibus monachorum abbatis piamun (abb. pi. *om. K*) *FK* Capitula eiusdem *O, in quo capitula praefationem praecedunt* Incipiunt capitula *R, in quo aeque capitulatio praefationi praemissa est*

XVIII.

CONLATIO ABBATIS PIAMVN.

DE TRIBVS GENERIBVS MONACHORVM.

CAPITVLA.

5 Capitula abbatis piamon de tribus generibus monachorum quemadmodum *R* *in K non extat nisi* quemadmodum˘ diolco *FO* uenientis *F*[1] ab *om.* *F* piamon *R ut solet, et O* 6 excepti *ORr* 7 piamon *OR* 9 seniorum discutere (discere *O*) *ORK* non *om.* *O* 10 debent *R* 13 coenobitarum *OKv* 14 anachorit. *FOR* adque *R* 15 sa·rabaitarum *FR* conuersione *O* 17 intersit *ORKv* 19 falsa *F*

XII. Interrogatio, quemadmodum uera patientia possit adquiri.
XIII. Responsio.
XIIII. De exemplo patientiae cuiusdam religiosae feminae.
XV. De exemplo patientiae abbatis Pafnuti.
XVI. De perfectione patientiae.

I. Post conspectum atque conloquium trium illorum senum, quorum conlationes sancto fratre nostro Eucherio conpellente utcumque digessimus, cum etiam ulteriores Aegypti partes, in quibus amplior atque perfectior sanctorum numerus consistebat, maiore flagrantia desideraremus expetere, ad uicum, cui nomen est Diolcos, uni ex septem Nili fluminis ostiis inminentem, non tam itineris necessitate quam desiderio
2 sanctorum illic commorantium conpellente peruenimus. cum enim uelut cupidissimi mercatores plurima illic celeberrimaque coenobia ab antiquis audissemus patribus instituta, continuo quasi nauigationem inquisitionis incertae spe maioris lucri persuadente suscepimus. ubi cum diutissime fluctuantes ad illos uirtutum sublimitate conspicuos montes undique curiosos oculos tenderemus, abbatem Piamun, omnium anachoretarum illic inhabitantium seniorem eorundemque presbyterum uelut quandam sublimissimam pharum primus circumspectantium

1 quemammodum *F* quomodo *R* 4 relegiosae *RK*[1] 5 pafnuti *K*[1]: pafnutii *FK*[2] papnutii *R* pafnumtii *O* 6 patientiae. *sequitur in K(v)*: XVII. De inuidiae malo. *extat hic titulus etiam in O, sed addito numero XVI; at in hoc codice titulus cap. 16* 'de perfectione patientiae' *omissus est pr. m. et suppletus a m. recentiore* Finiunt capitula *F* Finit cpla. Incipit liber octabus decimus *O* Nunc conlatio abbatis piamonis *R* Expliciunt capitula. Incipit conlatio abbatis piamun de trib; generib; monachorum *K* 7 adque *R* 9 qum *O* ulteriores *OR*: interiores *F* ulterioris *Kv cf. XI, 2, 1* 10 adque *R*[1]*K* 12 diolchos *O* hostis *F* 14 commemorantium *F* qum *O* 18 suscipimus *R*[1] diuitissime *F*[1] 20 piamum *K* anachorit. *FO* 22 farum *OK*

notauit intuitus. hic etenim sicut euangelica illa ciuitas in 3 excelsi montis uertice constitutus nostro protinus refulsit aspectui. cuius uirtutes atque mirabilia, quae per eum etiam sub conspectu nostro diuina gratia testimonium meritis eius reddente perfecta sunt, ne uel propositi nostri formam uel modum huius uoluminis excedamus, silentio praetermittenda credimus. non enim de mirabilibus dei, sed de institutis studiisque sanctorum quaedam quae reminisci possibile est nos spopondimus memoriae tradituros, ut necessariam tantum perfectae uitae instructionem, non inutilem absque ulla emendatione uitiorum ac superuacuam admirationem legentibus praeberemus. cum itaque beatus Piamun summa nos gratulatione susceptos 4 humanitate etiam congrua refecisset, intellegens nos non eiusdem esse regionis, primum unde uel cur Aegyptum petissemus sollicite percontatus ac de coenobio Syriae ob desiderium perfectionis nos illo aduenisse cognoscens ita exorsus est.

II. Quisque hominum, o filii, cuiuslibet artis peritiam adsequi concupiscit, nisi omni cura atque uigilantia eius se quam nosse desiderat disciplinae studiis manciparit ac perfectissimorum quorumque opificii ipsius uel scientiae magistrorum praecepta atque instituta seruauerit, frustra inanibus uotis eorum similitudinem exoptat adtingere, quorum curam atque industriam detractat aemulari. nouimus enim nonnullos ita 2 ad haec loca de uestris regionibus aduenisse, ut cognoscendi tantummodo gratia fratrum monasteria circumirent, non ut has regulas ob quas huc conmeauerant atque instituta susciperent ac secedentes in cellulis conarentur ea, quae uel nisu

1 cf. Mt. 5, 14

3 adque R^1 6 silentio *om.* *OKv*: *cf.* *XVIIII, 2, 1. 4, 3* 7 credidimus *RKv* (*non O*) 9 memoria et *F* 12 quum *O* piamon *O*(*R*) 14 quur *FO* 15 percunctatus *K* desiderio *F* 16 illuc *R* 17 *non distinguit F* quisque *ORK*: quisquis *Fv* 18 adque R^1 se] et *F* 19 studiis] et ut his *F* manciparet *F* 22 adque FR^1 23 detractat OR^1: detrectat FR^2K aemulare K^1 25 circuirent *K* 26 adque FR^1 27 cellulas *OKc*

uel traditione perceperant, operibus experiri: qui mores suos ac studia quibus inbuti fuerant retentantes, ut eis exprobrari a nonnullis solet, non profectus sui gratia, sed uitandae egestatis necessitate existimati sunt prouincias conmutasse.
3 non solum enim nihil eruditionis adquirere, sed ne diutius quidem in his partibus conmorari pertinacis animi obstinatione potuerunt. cum enim nec ieiuniorum morem neque psalmorum ordinem nec ipsorum denique indumentorum habitum permutassent, quid aliud in hac regione sectari quam sola uictus sui conpendia crederentur?

III. Quamobrem si uos quemadmodum credimus dei causa ad aemulationem nostrae agnitionis adtraxit, omnibus institutis, quibus illic primordia uestra praeuenta sunt, penitus abdicatis quaecumque seniores nostros agere uel tradere uideritis summa humilitate sectamini. neque uos moueat aut ab imitatione diuertat ac retrahat, etiamsi uobis ad praesens alicuius rei uel facti ratio uel causa non liqueat, quia eos, qui bene de cunctis ac simpliciter sentiunt et uniuersa quae a senioribus tradi geriue perspexerint fideliter imitari magis quam discutere student, per operis experientiam etiam scientia rerum omnium
2 subsequetur. ceterum numquam rationem ueritatis intrabit, quisquis a discussione coeperit erudiri, quia uidens eum inimicus suo potius quam patrum iudicio confidentem facile in id usque propellet, ut etiam illa quae maxime utilia atque saluberrima sunt superflua ei uideantur ac noxia, atque ita praesumptioni eius callidus hostis inludet, ut inrationabilibus definitionibus suis pertinaciter inhaerendo hoc solummodo sibi sanctum esse persuadeat, quod rectum atque iustissimum suae tantum obstinationis errore censuerit.

IIII. Quamobrem ordo atque principium professionis nostrae quemadmodum uel unde descenderit, primum debetis agnoscere.

2 exprobrarent *F* 7 quum *O* 20 prae *F* experientia *F* 21 subsequitur *R* 24 propellet *ORK*: propellit *Fv* adque *FR* 25 adque *FR* 26 praesumptione *F* hostes *F* inludit *OK(v)* 27 perniciter *F* 28 adque *R* 30 adque *FR* 31 discenderit *R*

tunc etenim poterit quis desideratae artis efficacius adsequi disciplinam et ad exercendam eam ardentius incitari, cum
auctorum ac fundatorum eius agnouerit dignitatem. tria sunt 2
in Aegypto genera monachorum, quorum duo sunt optima, tertium tepidum atque omnimodis euitandum. primum est coenobiotarum, qui scilicet in congregatione pariter consistentes unius senioris iudicio gubernantur: cuius generis maximus numerus monachorum per uniuersam Aegyptum commoratur. secundum anachoretarum, qui prius in coenobiis instituti iamque in actuali conuersatione perfecti solitudinis elegere secreta: cuius professionis nos quoque optamus esse participes. tertium reprehensibile Sarabaitarum est. de quibus singillatim
per ordinem plenius disseremus. harum igitur trium professi- 3
onum ut diximus fundatores primum debetis agnoscere. nam profecto ex hoc ipso uel odium professionis illius nasci poterit quae uitanda est uel eius desiderium quae sequenda, quia necesse est unamquamque uiam ad illum finem suum pertrahere sectatorem, ad quem auctor ipsius inuentorque peruenit.

V. Itaque coenobiotarum disciplina a tempore praedicationis apostolicae sumpsit exordium. nam talis extitit in Hierosolymis omnis illa credentium multitudo, quae in Actibus apostolorum ita describitur: multitudinis autem credentium erat cor et anima una, nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. possessiones et substantias uendebant, et diuidebant ea omnibus prout cuique opus erat. et iterum: neque enim quis-

22 Act. 4, 32 25 l. c. 2, 45 27 l. c. 4, 34—35

1 desiderat *F* efficatius *FR* 2 quum *O* 4 aegyptum *F*[1] obtima *OR* 5 adque *R* omnis modis *F*[1]*O* 6 coenobitarum *OR*[2] coenobiorum *K* 9 anachorit. *F* 10 eligere *K*[1] 13 disseramus *K*[1] 16 sequenda est *F* 18 peruenerit *ORc* 19 *non distinguit K* coenobitarum *R* (*non O*) 20 exstitit *K* 21 hierusolymis *F* gerusolimis *R* hierosolimis *K* ihrl̃m *O* 22 discribitur *ORK* 23 cor unum *Rv* 24 possidebant *O* possedebat *RK*[1] aliquit *R*[1] dicebant *FO* 27 prout *ORK*: etiam ut *F*

quam egens erat inter illos: quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, uendentes adferebant pretia eorum quae uendebant et ponebant ante pedes apostolorum: diuidebatur autem sin-
2 gulis prout cuique opus erat. talis, inquam, erat tunc omnis ecclesia, quales nunc perpaucos in coenobiis inuenire difficile est. sed cum apostolorum excessu tepescere coepisset credentium multitudo, ea uel maxime quae ad fidem Christi de alienigenis ac diuersis gentibus confluebat, a quibus apostoli pro ipsis fidei rudimentis et inueterata gentilitatis consuetudine nihil amplius expetebant nisi ut ab inmolaticiis idolorum et fornicatione et suffocatis et sanguine temperarent, atque ista libertas quae gentibus propter infirmitatem primae credulitatis indulta est etiam illius ecclesiae perfectionem quae Hierosolymis consistebat paulatim contaminare coepisset, et crescente cotidie uel indigenarum numero uel aduenarum primae illius fidei refrigesceret feruor, non solum hi qui ad fidem Christi confluxerant, uerum etiam illi qui erant ecclesiae principes ab illa districtione laxati sunt.
3 nonnulli enim, existimantes id quod uidebant gentibus pro infirmitate concessum sibi etiam licitum, nihil se detrimenti perpeti crediderunt, si cum substantiis ac facultatibus suis fidem Christi confessionemque sequerentur. hi autem quibus adhuc apostolicus inerat feruor, memores illius pristinae perfectionis, discedentes a ciuitatibus suis illorumque consortio, qui sibi uel ecclesiae dei remissioris uitae neglegentiam licitam esse credebant, in locis suburbanis ac secretioribus conmanere et ea, quae ab apostolis per uniuersum corpus ecclesiae

11 l. c. 15, 29

1 quodquod *FO* quodquot *R*[1] enim] autem *F* 3 quae uendebant *om. F* 4 diuidebantur *FOR*[1]*K*[1] autem *om. R* 7 cum post apost. excessum *ORKv* 8 ea] et *K*[1] 9 alieniginis *K*[1] 12 suffocaticiis *R* 13 adque *FR* 15 hierusolymis *F* in gerusolimis *R* iherosolimis *O* 16 quotidie *O* indiginarum *K*[1] 18 hii *FORK* 23 hii *FORK* 26 remissionis *F*[1] remissiores *K*[1] negligentiam *FK*[1]

generaliter meminerant instituta, priuatim ac peculiariter exercere coeperunt: atque ita coaluit ista quam diximus discipulorum qui se ab illorum contagio sequestrauerant disciplina. qui paulatim tempore procedente segregati a credentium 4
turbis ab eo, quod a coniugiis abstinerent et a parentum se consortio mundique istius conuersatione secernerent, monachi siue μονάζοντες a singularis ac solitariae uitae districtione nominati sunt. unde consequens fuit ut ex communione consortii coenobiotae cellaeque ac diuersoria eorum coenobia uocarentur. istud ergo solummodo fuit antiquissimum monachorum genus, quod non solum tempore, sed etiam gratia primum est quodque per annos plurimos inuiolabile usque ad abbatis Pauli uel Antoni durauit aetatem: cuius etiam nunc adhuc in districtis coenobiis cernimus residere uestigia.

VI. De hoc perfectorum numero et ut ita dixerim fecundissima radice sanctorum etiam anachoretarum post haec flores fructusque prolati sunt. cuius professionis principes hos quos paulo ante commemorauimus, sanctum scilicet Paulum uel Antonium, nouimus extitisse: qui non ut quidam pusillanimitatis causa nec inpatientiae morbo, sed desiderio sublimioris profectus contemplationisque diuinae solitudinis secreta sectati sunt, licet eorum prior necessitatis obtentu, dum tempore persecutionis adfinium suorum deuitat insidias, heremum penetrasse dicatur. ita ergo processit ex illa qua diximus 2
disciplina aliud perfectionis genus, cuius sectatores anachoretae id est secessores merito nuncupantur, eo quod nequaquam

2 adque *FR*[1] 5 ab] ad *F* a (*post* quod) *om.* *R* apparentum *F*[1] 6 ipsius *F* monachi *FOK*: alnaxi. *R* 7 seu *F* monaziantas *F* abnazontaic *R* monozontes *K* a *om.* *OKv* 9 quinobioti *F* cenobioti *O* KoiNobiatai *R* KOINobia *R* 10 uocabantur *F* solum *OKv* 11 solum] modo *OKv* 12 inuiolabile *FRr*: solum *OK* solum inuiolabile *c* ad *om.* *OK* 13 antoni *OR*[1]: antonii *FR*[2]*K* aetate *F* 14 sedere *F* resedere *K*[1] 15 V *K* 16 anachorit. *F* 18 memorauimus *O* *Kv* 19 extetisse *F*[1]*OR*[1] exstitisse *K* pusillianim. *K*[1] 23 herimum *R*[1] eremum *O* 24 quam *Rv* 25 anachoritae *FOR*

contenti hac uictoria, qua inter homines occultas insidias
diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifesto conflictu
daemonibus congredi cupientes uastos heremi recessus pene-
trare non timeant, ad imitationem scilicet Iohannis Baptistae,
qui in heremo tota aetate permansit, Heliae quoque et Helisaei
atque illorum de quibus apostolus ita memorat: circumi-
erunt in melotis et in pellibus caprinis angusti-
ati, adflicti, egentes, quibus dignus non erat
mundus, in solitudinibus errantes et montibus et
3 speluncis et in cauernis terrae. de quibus etiam
figuraliter dominus ad Iob: quis autem est qui dimisit
onagrum liberum, et uincula eius resoluit? posui
habitaculum eius desertum, et tabernacula eius
salsuginem: inridens multitudinem ciuitatis, et
querellam exactoris non audiens, considerabit
montes pascuae suae, et post omne uiride quaerit.
in Psalmis quoque: dicant nunc qui redempti sunt a
domino, quos redemit de manu inimici, et post
pauca: errauerunt in solitudine in inaquoso: uiam
ciuitatis habitaculi non inuenerunt, esurientes,
et sitientes: anima eorum in ipsis defecit. et
clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et
4 de necessitatibus eorum liberauit eos. quos etiam
Hieremias ita describit: beatus qui tulit iugum ab
adulescentia sua, sedebit solitarius et tacebit,

6 Hebr. 11, 37—38 11 Iob 39, 5—8 (LXX) 17 Ps. 106, 2 19 l. c. 4—6 24 Thren. 3, 27—28

3 herimi R^1 5 herimo R^1 eliae *O* elissei *O* helisei *RK* 6 adque *R* commemorat K^2 *c* circuierunt *OK Vulg.* 7 et in *OK*: et *FR* angustati *FK* 10 in *om.* *FR* 11 iob *FOK*: iob ait *R* 12 posuit *FOc* 13 tabernaculum *F* 15 querelam F^3 considerabit (κατασκέψεται) *O*: considerauit *FR* *Kv* 16 quaerit (ζητεῖ) *FOK*: quaeret (ζητήσει) *R* 17 nunc *om.* *R* 19 et [in] inaquoso *R* 23 etiam *om.* *F* 24 iheremias *O* hierimias R^1 discribit R^1 25 aduliscentia FK^1 adoliscentia RK^2

quia leuauit super se, quique illud Psalmistae adfectu et opere concinunt: similis factus sum pellicano solitudinis. uigilaui, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

VII. Cumque his duabus professionibus monachorum religio Christiana gauderet, coepisset autem in deterius paulatim hic quoque ordo reccidere, emersit post haec illud deterrimum et infidele monachorum genus uel potius noxia illa plantatio rediuiua concreuit, quae per Annaniam et Sapphiram in exordio ecclesiae pullulans apostoli Petri seueritate succisa est: quae inter monachos tamdiu detestabilis execrandaque iudicata est nec a quoquam ulterius usurpata, quamdiu illius tam districtae formido sententiae memoriae fidelium inserta durauit, qua beatus apostolus praedictos noui facinoris principes non paenitentia, non ulla passus est satisfactione curari, sed perniciosissimum germen celeri morte succidit. illo igitur ex- 2
emplo, quod in Annaniam et Sapphiram apostolica districtione punitum est, a nonnullorum contemplatione paulatim longa incuria et temporis oblitteratione subtracto emersit istud Sarabaitarum genus, qui ab eo, quod semet ipsos a coenobiorum congregationibus sequestrarent ac singillatim suas curarent necessitates, Aegyptiae linguae proprietate Sarabaitae nuncupati sunt, de illorum quos praediximus numero procedentes, qui euangelicam perfectionem simulare potius quam in ueritate adripere maluerunt, aemulatione scilicet eorum uel laudibus prouocati, qui uniuersis diuitiis mundi perfectam Christi praeferunt nuditatem. hi igitur dum inbecillo animo rem 3

2 Ps. 101, 7—8   10 cf. Act. 5

1 *possis suspicari* effectu: *at cf. III, 7, 6* opere ac mente proclamat   2 concinnunt K^1 pelicano R^2 5 VI *K*   Qumque *O*   relegio R^1K^1 6 cristiana *F*   7 reccidere F^1: recidere F^2K recedere *R* decidere *O*   9 ediuiua *F*   ananiā *OK*   saffyram *F* saffiram *OR*   11 exsecrandaque *RK*   12 asurpata *F*   14 praedictus K^1 15 non nulla F^1O nec ulla *R*   17 quo *Hartel* ananiam *OK*   saffyram *F* saffiram *OR*   destrictione B^1 (*cum hoc uocabulo incipit B*)   26 quia *O*   27 indītatem *F*   hii B^1FO *RK*   inbecilli B^2 inuecillo *F* imbicillo K^1

summae uirtutis adfectant, uel necessitate ad hanc professionem uenire conpulsi dum censeri tantummodo nomine monachorum absque ulla studiorum aemulatione festinant, coenobiorum nullatenus expetunt disciplinam nec seniorum subduntur arbitrio aut eorum traditionibus instituti suas discunt uincere uoluntates nec ullam sanae discretionis regulam legitima eruditione suscipiunt, sed ad publicam tantummodo id est ad hominum faciem renuntiantes aut in suis domiciliis sub priuilegio huius nominis isdem obstricti occupationibus perseuerant, aut construentes sibi cellulas easque monasteria nuncupantes suo iure in eis ac libertate consistunt, nequaquam euangelicis praeceptionibus subcumbentes, ut nulla scilicet cotidiani uictus sollicitudine, nullis

4 rei familiaris distentionibus occupentur. quod illi soli absque ulla infideli dubitatione consummant, qui cunctis mundi huius facultatibus absoluti ita se coenobiorum praepositis subdiderunt, ut ne sui quidem ipsius fateantur esse se dominos. illi autem qui districtionem ut diximus coenobii declinantes bini uel terni in cellulis commorantur, non contenti abbatis cura atque imperio gubernari, sed hoc praecipue procurantes, ut absoluti a seniorum iugo exercendi uoluntates suas ac procedendi uel quo placuerit euagandi agendiue quod libitum fuerit habeant libertatem, etiam amplius in operibus diurnis quam hi qui in coenobiis degunt diebus ac noctibus consu-

5 muntur, sed non ea fide eodemque proposito. hoc enim isti faciunt non ut fructum sui operis subiciant dispensatoris arbitrio, sed ut adquirant pecunias quas recondant. inter quos quantum intersit aduertite. illi nihil de crastino cogitantes

12 cf. Mt. 6, 25

3 ulla *om.* *F* 5 subiciuntur *Kc* (*non O*) instititi B^1 9 hisdem *ORK* 10 cellas *R* 11 in eis iure *OKv* 12 subcumb. *OK*: suscumb. F^1 succumb. *rell.* 13 cottid. *B* 14 occupantur *F* 16 propositis *BF* 17 suddiderunt *B* ipsorum K^1 18 destrict. B^1 20 adque *R* 22 agendi uel F^1R 24 hii *FO RK* 28 intersit...... §. 8 catholicae fidei *desunt in O, dimidio folio 166 reciso* de crastino nihil *K*

gratissimos sudoris sui deo offerunt fructus, isti uero non
solum in crastinum, sed etiam in multorum annorum spatia
infidelem sollicitudinem prorogantes aut mendacem deum aut
inopem credunt, qui promissam cotidiani uictus atque indu-
mentorum sufficientiam praebere eis aut non possit aut nolit.
illi hoc omnibus expetunt uotis, ut ἀκτημοσύνην, id est nudi-
tatem omnium rerum ac perpetuam possideant paupertatem,
isti ut omnium copiarum afluentiam consequantur. illi ob hoc 6
certatim statutum transcendere canonem diurnis operibus
elaborant, ut, quidquid monasterii sanctis usibus redundarit,
uel carceribus uel xenodochio uel nosocomio uel indigentibus
pro abbatis dispensetur arbitrio, isti ut, quidquid cotidianae
superfuerit gulae, aut profusoriae proficiat uoluntati aut certe
filargyriae uitio recondatur. postremo ut concedamus ab istis
quoque haec quae non optimo proposito congeruntur melius quam
diximus posse distribui, nec sic quidem ad meritum uirtutis
illius ac perfectionis adspirant. illi etenim tantos monasterio 7
reditus conferentes eisque cotidie renuntiantes in tanta sub-
iectionis humilitate perdurant, ut quemadmodum sui, ita etiam
eorum quae proprio sudore conquirunt potestate priuentur,
abrenuntiationis primae feruorem, dum cotidie semet ipsos
laboris sui fructibus nudant, iugiter innouantes: isti autem
in eo ipso quod aliquid pauperibus largiuntur elati in praeceps
cotidie conlabuntur. illos patientia atque districtio, qua sic
deuote in hac quam semel adripuerunt professione perdurant,

1 deo sudoris sui *RKv* 4 cottid. *B* adque *R* 5 nollet *K*[1] 6 ΚΤΗΜΟϹΥΝΗΝ *F* *corruptius R* 7 ac perp. poss. paupertatem *BFR*: paupertatemque possideant *Kv* (*sed* mque *add. K*[2]) 8 afluentiam *F*: affl. *rell.* 9 transcredere *K* 10 quicquid *R* redundaret *FK*[1] 11 xenodocio *K*[1] nosecomio *BF* nosochomio *K* uel *om. F* 12 quicquid *R* cottid. *BK* 13 guilae *B*[1]*F*[1] profusoriae *B*: profusori *F* profusiori *RKv* 14 filargyriae *F*: filargiriae *BR* philargeriae *K* 15 obtimo *BR* 16 ne *RK* 18 cottidie *BK* 19 quemammodum *B* ita *om. K* 21 feruore *FK* oottidie *BF* 24 cottidie *BK* adque *R* destrictio *B*[1] sic *BFR*: tam *Kv* 25 quam semel *RK*: qua diximus *B*[1]*F* quā ut diximus *B*[2]

ut numquam suas expleant uoluntates, crucifixos huic mundo cotidie uiuosque martyras facit, hos arbitrii sui tepor ad
8 inferna demergit. haec igitur duo genera monachorum in hac quidem prouincia aequali propemodum inter se numerositate contendunt. ceterum per alias prouincias, quas me necessitas catholicae fidei conpulit peragrare, istud tertium Sarabaitarum genus abundare ac prope solum esse cognouimus. temporibus siquidem Luci, qui Arrianae perfidiae episcopus fuit, sub Valentis imperio, dum diaconiam nostris fratribus deferimus, his uidelicet qui de Aegypto ac Thebaida fuerant ob catholicae fidei perseuerantiam metallis Ponti atque Armeniae relegati, licet coenobiorum disciplinam in quibusdam ciuitatibus rarissimam uiderimus, anachoretarum tamen ne ipsum quidem apud illos nomen auditum fuisse conperimus.

VIII. Sane est etiam aliud quartum genus, quod nuper cernimus emersisse in his qui anachoretarum sibi specie atque imagine blandiuntur quique in primordiis suis feruore quodam breui coenobii perfectionem uidentur expetere, sed continuo tepefacti, dum pristinos mores ac uitia resecare contemnunt nec iugum humilitatis ac patientiae diutius sustinere contenti sunt subdique seniorum imperio dedignantur, separatas expetunt cellas ac solitarie sedere desiderant, ut ita scilicet a nemine lacessiti patientes, mansueti uel humiles possint ab hominibus aestimari: quae institutio, immo tepor eos quos semel infecerit
2 ad perfectionem numquam permittit accedere. hoc enim modo non solum non absciduntur, uerum etiam in deterius eorum uitia

1 ut] aut F^1 2 cottid. BFK tepor BF: tepor uiuos RKv 4 prouintia BK inter RK: in BF 5 caeterum B F prouintias B regiones RKv 6 catolicae F istut R^1 7 habundare B 8 luci K^1: lucii *rell.* 9 cum Kc (*non* O) 10 deferimus *scripsi*: defferemus B^1 deferemus FO defferremus B^2R deferrimus K^1 deferremus K^2v tebaida B^1F tabaida O thebaide K^1v 11 adque R 12 arminiae R^1 relegati B^2: religati B^1FR ligati *ex* legati K 13 uideremus B^1R^1 anachorit. B FR, *item infra* 16 adque R 18 breui ORK: uerbi BF 19 contempnunt K^1 22 cellulas FO solitariae $B^1F^1K^1$ solitarii ORK^2v 24 inmo F quo B^1 25 permittet R 26 non (*post* solum)] nun. F abscidentur $ORKv$

conualescunt, dum a nemine prouocata ut quoddam letale et intestinum uirus, quanto amplius celatum fuerit, tanto profundius serpens insanabilem morbum generat aegrotanti. pro reuerentia enim singularis cellae nullus iam uitia solitarii audet arguere, quae ille ignorari maluit quam curari. porro uirtutes non occultatione uitiorum, sed expugnatione pariuntur.

VIIII. GERMANVS: Estne aliqua inter coenobium monasteriumque distantia, an utroque nomine res una censetur?

X. PIAMVN: Licet a nonnullis soleant indifferenter monasteria pro coenobiis appellari, tamen hoc interest, quod monasterium nomen est diuersorii, nihil amplius quam locum, id est habitaculum significans monachorum, coenobium uero etiam professionis ipsius qualitatem disciplinamque designat. et monasterium potest etiam unius monachi habitatio nominari, coenobium, nisi ubi plurimorum cohabitantium deget unita communio, non potest appellari. dicuntur sane monasteria etiam in quibus Sarabaitarum collegia conmorantur.

XI. Quamobrem quoniam de optimo genere monachorum uideo uos professionis huius arripuisse principia, id est de laudabili coenobiorum palaestra ad excelsa fastigia anachoreticae tendere disciplinae, humilitatis patientiaeque uirtutem, quam uos illic didicisse non dubito, uero sectamini cordis adfectu, non eam sicut quidam falsa humiliatione uerborum nec adfectata atque superflua in quibusdam officiis corporis inclinatione fingentes. quod humilitatis figmentum abbas 2
Sarapion quodam tempore eleganter inrisit. cum enim quidam ad eum summam sui abiectionem habitu ac uerbis praeferens aduenisset eumque senex secundum morem ut orationem colligeret hortaretur, ille nequaquam adnuens deprecanti tantis se subiciens adserebat flagitiis inuolutum, ut ne usum quidem

1 conualescent *RKv* (*non O*) prouocati *OR*[2]*Kv* 5 ignorare *BF* curare *BF*: *om. R* 9 piamon *RK* indifferentur *F*[1] 15 degit *Rv* 16 *uerba* appellari (autem *add. v*) non potest (*sic!*) *in OKv post* coenobium *extant* 18 obtimo *BOR* 20 laudibili *F* palestra *codd.* anachorit. *R* 24 adque *R* corporib; *F*[1] 26 serapion *B*(?) *R*[1] eliganter *K*[1] qum *O*

huius communis aëris capere mereretur, psiathii quoque ipsius
3 refugiens sessionem humi potius insidebat. cum uero ad ablutionem pedum multo minus praebuisset adsensum, tum abbas Sarapion refectione transacta conlationis consuetudine prouocante monere eum benigne ac leniter coepit, ne otiosus ac uagus, praesertim iuuenis tam robustus, instabili leuitate per uniuersa discurreret, sed ut in cella sedens secundum regulam seniorum suo potius opere quam aliena mallet munificentia sustentari. quod ne apostolus Paulus incideret et quidem cum ei in euangelio laboranti haec praebitio merito deberetur, diebus tamen ac noctibus maluit operari, ut cotidianum uictum uel sibi uel his qui eidem ministrantes opus
4 exercere non poterant suis manibus praepararet. ad haec ille tanta est tristitia ac dolore suppletus, ut amaritudinem corde conceptam ne uultu quidem dissimulare potuerit. cui senex: hactenus, inquit, o fili, cunctis te facinorum ponderibus onerabas, non metuens ne confessione tam atrocium criminum notam existimationis incurreres: quid quaeso nunc est, quod ad simplicem admonitiunculam nostram, quae tamen in se non modo nullum obprobrium, sed etiam aedificationis habuit ac dilectionis adfectum, tanta te uideo indignatione permotum, ut eam ne uultu quidem occulere aut frontis serenitate dissimulare potueris? an fortasse illam dum te humilias expectabas a nostro ore sententiam: iustus accusator sui est in
5 primordio sermonis? proinde est uera cordis humilitas retinenda, quae non de affectata corporis atque uerborum, sed de intima mentis humiliatione descendit: quae tunc demum

9 cf. II Thess. 3, 8. Act. 20, 34 24 Prov. 18, 17 (LXX)

1 psiatii *BF*¹*O* 2 insedebat *OR*¹*K*¹ qum *O* uero *BF*: uero etiam *ORKv* 4 serapion *BR*² 5 eum] cum *F* 7 discurrere *K* set *B* resedens *R*¹*K*¹ residens *OR*²*K*²*v* 9 apostulus *F* paulus apostolus *Bc* incederet *B*¹*F*¹*OR*¹ 10 equidem *BF* 11 operare *F*¹ cottid. *BK* 16 actenus *BFOK*¹ inquid *FORK* 17 confusione *K* trocium *F* 19 ămoniculam (ctun *supra*) *B* 21 adfectum *K*: aff. *rell.* 23 humiliabas *B*²*Ov* 25 uera est *ORKv* 26 adque *R*¹ 27 intimo *K*¹ humilitatione *F* discendit *R*¹

euidentissimis patientiae suae fulgebit indiciis, cum quis non ipse de se crimina aliis non credenda iactauerit, sed ab alio sibimet adroganter ingesta contempserit et inrogatas sibi iniurias mansueta spiritus aequanimitate tolerarit.

XII. GERMANVS: Quemadmodum adquiri uel retentari possit ista tranquillitas optamus agnoscere, ut, sicut indicto nobis silentio oris claustra praecludimus uerborumque licentiam cohercemus, ita etiam cordis lenitatem custodire possimus, quod nonnumquam etiam cum lingua refrenatur, intrinsecus tamen statum suae placiditatis amittit: et idcirco mansuetudinis bonum non alias tenere quempiam posse nisi remotione cellae ac solitario putamus habitaculo.

XIII. PIAMVN: Patientia uera atque tranquillitas absque profunda cordis humilitate nec adquiritur nec tenetur: quae si de hoc fonte descenderit, nec beneficio cellae nec perfugio solitudinis indigebit. non enim patrocinium cuiusquam rei extrinsecus quaerit, quae humilitatis, id est generatricis atque custodis suae intrinsecus uirtute fulcitur. ceterum si mouemur ab aliquo lacessiti, certum est non esse in nobis humilitatis fundamenta firmiter stabilita, et ideo ad incursum uel exiguae tempestatis aedificium nostrum ruinosa commotione concutitur. non enim esset laudabilis nec admiranda patientia, si nullis inimicorum iaculis inpetita tranquillitatis propositum retentaret, sed in eo est praeclara atque gloriosa, quod inruentibus in se temptationum procellis immobilis perseuerat. nam in quo 2
uexari frangique aduersitatibus creditur, in eo potius roboratur, et in eo magis acuitur, in quo putatur obtundi. a passionibus enim ac sustentatione patientiam dici nullus ignorat, ideoque

1 qum *O* 2 ab aliis *ORKv* alio] aliis *Kv* (*non O*) 3 sibi *om. OKv* 4 spiritus *BFR*: cordis *OKv cf.* spiritus tepore *II, 2, 4* tolerarit B^1r: toleraret *F* tolerauerit B^2RKc toleraberit *O* 5 quemammodum *B* retentari B^2: retineri *rell. v* 8 coercemus *Kv* 9 quod] que B^2 qum *O* 11 quempiam tenere *O* 13 adque *R* 15 discenderit R^1 17 quaeret *R* adque *R* 18 custodiis *F* fulgetur F^1 19 alio *O* 24 adque *R* 25 temptionum *F*

constat patientem pronuntiari neminem posse nisi eum, qui
uniuersa quae sibi fuerint inrogata absque indignatione tolerarit.
et ideo non inmerito a Salomone laudatur: melior patiens
forte, et qui continet iram capiente urbem, et
iterum: longanimus enim uir nimius in prudentia,
3 pusillanimus autem ualde insipiens est. cum ergo
quis uictus iniuria iracundiae igne succenditur, non causa
peccati eius acerbitas inlatae contumeliae extitisse credenda
est, sed potius manifestatio infirmitatis occultae, secundum
illam parabolam domini saluatoris quam de duabus domibus
ponit, una quae fundata erat super petram et alia quae
super harenam, quibus aequaliter dicit pluuiarum ac fluminum
uel tempestatum turbines inruisse: sed illam quae in petrae
soliditate fundata nihil penitus detrimenti ex illa tam uiolenta
conlisione sensisse, quae uero in harenarum pendula mobilitate
constructa est statim fuisse conlapsam. quam utique apparet
non propterea conruisse, quia imbrium uel torrentum inun-
datione pulsata, sed quia super harenam inprudenter extructa
4 est. non enim in hoc differt a peccatore uir sanctus, quia
non similiter et ipse temptetur, sed quia hic etiam magna
inpugnatione non uincitur, ille autem etiam parua temptatione
superatur. neque enim esset ut diximus iusti alicuius uiri
laudabilis fortitudo, si uinceret intemptatus, cum utique locum
uictoria habere non possit absque aduersitate certaminum.

3 Prov. 16, 32 (LXX) 5 l. c. 14, 29 (LXX) 10 cf. Mt. 7, 24 sqq.

2 tolerarit B^1: tolerauerit *rell.* *v* *cf. cap. 11, 5* 3 a *BF*: ita et a *O* ita a *RKv* solomone *R* salamone *K* 4 forte FOR^1K^1: forti *B* (?) R^2K^2 *cf. XII, 6, 6* capiente *K*: capienti *B* capiet *F* *OR* 5 longanimis *ORv* enim *om.* *ORKv* *cf. XVI, 27, 6* 6 pusillanimis *Rv* qum *O* 7 igni *R* suscenditur *F* 8 aceruitas B^1F exstitisse *K* 10 parabulam *B* 11 una *O*: unam *rell.* aliam *codd.* 12 arenam BOR^1K^1 13 illa *F* 14 fundata B^1FRK: fundata est B^2Ov tus detrimenti] *hic incipit Z* 15 arenarum $B^1FOR^1K^1Z$ 17 quia] quod *in ras. m. 2 B*: *om.* *F* ymbrium *B* 18 pulsata $OR\beta$: pulsatam B^1 *F* pulsata sit B^2 arenam B^1K^1Z arena *O* etructa β

beatus enim uir qui suffert temptationem, quia
cum probatus fuerit accipiet coronam uitae, quam
repromisit deus diligentibus se. secundum apostolum 5
quoque Paulum uirtus non in otio atque deliciis, sed in
infirmitate perficitur. ecce enim, inquit, dedi te
hodie in ciuitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum aereum, super omnem terram, regibus Iuda, et principibus eius, et sacerdotibus eius, et omni populo terrae. et bellabunt aduersum te, et non praeualebunt: quia ego tecum sum, ait dominus, ut eruam te.

XIIII. Huius ergo patientiae uolo uobis duo saltim exempla proponere: unum religiosae cuiusdam feminae, quae patientiae uirtutem tanta auiditate sectata est, ut non solum temptationum non uitaret incursus, sed etiam occasiones molestiarum sibimet procuraret, quibus frequentius instigata non cederet. haec namque cum Alexandriae conmaneret essetque non obscuris orta maioribus atque in domo quae sibi fuerat a parentibus derelicta religiose domino deseruiret, ueniens ad beatae memoriae episcopum Athanasium precabatur, ut aliquam sibi alendam uiduam daret, quae ecclesiasticis sumptibus
pascebatur. et ut petitionem eius uerbis ipsius exprimamus, 2
da mihi, inquit, aliquam de sororibus quam repausem. pontifex ergo cum laudasset propositum feminae, quod eam ad opus misericordiae uidisset esse promptissimam, iussit ex omnibus eligi uiduam quae et honestate morum et grauitate ac disciplina omnibus praeferretur, ne forte desiderium largitatis percipientis uitio uinceretur et quae mercedem quaereret in egena, prauis eius offensa moribus damnum fidei pateretur.

1 Iac. 1, 12   4 II Cor. 12, 9   5 Hierem. 1, 18—19

4 adque *R*   diliciis R^1 5 inquid FOK^1Z 8 iuda et *FO* *R*: iudae et *B* iuda *β et Vulgata*   11 ut eruam te ait dominus *β*, *ut est XXIIII, 25, 2*   12 saltem *FO*   13 relegiosae $B^1R^1K^1$ 18 adque *R*   19 relegiose RK^1 21 aeclesiasticis *BF*   23 inquid $FORK^1Z$ 24 pontifex *BFOR*: sacerdos *βv cf. §. 3 et 5 et XXI, 26, 1*   25 prumpt. B^1K^1Z 26 elegi $B^1R^1K^1Z$ 29 egenam *β* moribus offensa *β*   damnum fidei *ante* prauis *habent βv*

3 cui cum domum abductae omnibus deseruiret obsequiis, uirtutem modestiae eius ac lenitatis experta uidensque se ab ipsa momentis singulis gratiarum actione pro officio humanitatis honorari, post dies paucos ad memoratum reuersa pontificem, rogaueram, inquit, ut mihi dari praeciperes quam ego reficerem et cui morigeris famularer obsequiis. cumque ille necdum propositum feminae ac desiderium intellegens aestimasset petitionem eius dissimulatione praepositi fuisse neglectam, causasque morae illius non absque animi sui commotione perquirens protinus agnouisset honestiorem ei ceteris uiduam deputatam, occulte praecepit ut ea illi quae esset cunctis nequior traderetur, quae scilicet uel iracundia uel rixis uel uinolentia seu uerbositate cunctas quibus haec uitia domina-
4 rentur excederet. quam cum multo facilius inuentam sibique traditam domi habere coepisset atque eadem ei diligentia qua priori illi uiduae uel etiam studiosius ministraret, hoc solum ab ea pro tantis obsequiis recipiebat gratiae, ut indignis iugiter adficeretur iniuriis, conuiciis quoque ab ea exprobrationibusque continuis uexaretur, obiciente ei et maledicis obtrectationibus increpante, eo quod eam non ad refrigerium, sed potius ad cruciatum et contumeliam ab episcopo poposcisset magisque se de requie ad laborem quam de labore transtulisset ad requiem. cum ergo adsiduitas iurgiorum eo usque prorumperet, ut ne ab obiectione quidem manuum procax mulier temperaret, illa autem humilioris obsequii geminaret officia, non furentem uincere renitendo, sed semet ipsam humilius subiciendo discebat, ut multimodis indignitatibus lacessita

2 se *om.* B 4 onerari R^1KZ^1: *cf. infra §. 5* reuersa (regressa R) pontificem $BFOR$: reuertitur sacerdotem βc 5 inquid OR inquiens βc 6 morigeris *om.* β 8 propositi OR neglectas B^1 neclectam FO 10 acnouisset B^1 13 *post* uerbositate *addunt* βc: atque etiam uanitate 14 excideret K^1 15 adque R 16 primori K^1 19 obiciente ... increpante BF^2: obicientis ... increpantis $F^1OR\beta$ 20 eam $BFOR$: se βv 21 poscisset F^1 poposcesset K^1 24 obiectione BF: iniectione $RO\beta v$ 26 retinendo BFO 27 indignationibus Z

iurgantis insaniam humanitatis mansuetudine deleniret. quibus 5
ad plenum exercitiis confirmata perfectamque uirtutem desideratae patientiae consecuta ad memoratum pontificem tam pro electionis illius iudicio quam etiam pro beneficio exercitationis suae gratias ei relatura perrexit, eo quod secundum desiderium suum tandem magistram ei patientiae dignissimam prouidisset, cuius iniuriis iugibus ut quodam palaestrae oleo cotidie roborata ad summam animi patientiam perueniret, tandem, inquiens, dedisti mihi quam repausem, nam illa prior suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequiis. haec de sexu muliebri dixisse sufficiat, ut conmemoratione hac non solum aedificemur, uerum etiam confundamur, qui patientiam nostram, nisi fuerimus in morem ferarum retrusi in caueis cellarum, tenere non possumus.

XV. Nunc aliud abbatis Pafnuti pandamus exemplum, qui in illius insignis et ubique praedicabilis Scitioticae heremi in qua nunc presbyter est secretis tanto studio semper insedit, ut ei ceteri anachoretae Bubali cognomen indiderint, eo quod ingenito ut ita dixerim desiderio solitudinis semper habitatione gauderet. itaque cum tantae in pueritia esset uirtutis ac 2
gratiae, ut etiam praeclari ac summi id temporis uiri grauitatem eius et inmobilem constantiam mirarentur eumque, licet minor esset aetate, pro uirtutum tamen merito senioribus exaequarent suoque ordini ducerent inserendum, liuor ille qui

1 humilitatis *OR* deleniret *O*: deliniret *rell.* 3 sacerdotem *βc* tam *om.* RK^1 4 praelectionis *BF* 5 eidem *R*: *om.* *βv* 7 palestrae *codd.* 8 cottid. *BFK* quotidie *O* 9 repausarem *β* 10 onerabat *O* $\overset{\text{1 hono}}{\text{onerabat}}$ *K* $\overset{\text{h}}{\text{onorabat}}$ *Z* (*alterum* o *in ras.*) 13 nostram *om.* *β* ad ferarum morem *β* caueas *βv* 14 cellularum *Oβv* 15 *non distinguit R* pafnuti F^1Z^1: pafnutii BF^2RKZ^2 pafnuntii *O* (*passim*) 16 scitioticae OK^1Z: scith. *rell.* herimi R^1 $\overset{\text{h}}{\text{aeremi}}$ *K* 17 pre(prae-)sbiter *codd.* 18 anachoritae B^1FOR $\overset{\cdot}{\text{indiderunt}}$ OK^1 20 *post* gauderet *in R cap. 15 incipit* pueritia *BF*: p. sua *ORβv* ac *BFO*: et *Rβv* 22 immobilem *BFR* K^2 23 uirtute *B fort. recte* uirtutem F^1 24 ordine *Z*

aduersus Ioseph patriarcham fraternos quondam animos insti-
gauit, quendam de numero fratrum edacis zeli igne succendit:
qui naeuo quodam ac macula pulchritudinem eius cupiens
deformare hoc genus malignitatis excogitat, ut oportunitatem
temporis captaret, quo Pafnutius ad ecclesiam die dominica
3 processurus abesset a cella. in quam furtim inruens codicem
suum inter eius plectas, quas de palmarum foliis solebat
intexere, latenter abscondit, ac de concinnata factione securus
ipse quoque uelut purae ac simplicis conscientiae ad ecclesiam
uenit. cumque celebrata omnis fuisset ex more sollemnitas,
querellam sancto Isidoro, qui ante hunc eundem Pafnutium
eiusdem heremi presbyter fuit, coram cunctis fratribus detulit,
4 adserens sibi codicem de cella furto fuisse sublatum. quae
cum eius querimonia ita cunctorum fratrum praecipueque
presbyteri animos permouisset, ut quid primum suspicarentur
quidue decernerent non haberent, summa cunctis admiratione
perculsis de tam inauditi illic facinoris nouitate, quippe quod
nec ante illud tempus factum in illa heremo quis meminerat
nec post aliquando conmissum est, ille qui rem detulerat
accusator urguebat, ut retentis in ecclesia omnibus missi
electi quique cunctorum singillatim fratrum cellulas scruta-
rentur. quod cum tribus senioribus a presbytero fuisset
iniunctum, uniuersorum cubilia reuoluentes ad extremum in
Pafnutii cellula absconditum codicem inter plectas palmarum,
quas illi siras uocant, sicut eum insidiator occulerat, reppere-
5 runt. quem cum inquisitores confestim ad ecclesiam delatum

1 cf. Gen. 37, 11

1 aduersum $R\beta v$ patriarcha F 2 igni R 3 neuo *codd.* pulcrhitudinem B pulcrit. O 5 caperet K^1 ęclesiam BO dominico Ov 6 qua β furtum B^1 9 uelud B eclesiam BO 10 fuisset omnis O solemnitas $R\beta$ 11 querelam $B^1F^1R^1Z$ ẏsodoro F eumdem R 12 eremi O pre(prae-)sbiter $BR\beta$ 14 queremonia K^1 15 presbiteri BR 17 quippe quod ... 19 conmissum est *om.* βv 20 urgebat β eclesia BO 21 cellas R 22 presbitero $BORZ$ 23 cubicula O 24 cel-lulam F^1O cellam R 25 syras R 26 eclesiam BO

coram omnibus protulissent, Pafnutius, licet de conscientiae suae esset sinceritate securus, tamen uelut qui furti crimen agnosceret satisfactioni se totum tradens locum paenitentiae suppliciter postulauit, hoc uerecundiae suae modestiaeque prospiciens, ne si maculam furti uerbis conaretur abluere, insuper etiam mendacii notaretur, nemine scilicet aliud quam id quod inuentum fuerat suspicante. cumque de ecclesia non tam mente deiectus quam iudicio dei fidens protinus abscessisset, profusis in oratione iugiter lacrimis triplicatisque ieiuniis summa se etiam in conspectu hominum mentis humilitate prostrauit. sed cum duabus ferme ebdomadibus 6 ita se omni contritione carnis ac spiritus subiecisset, ut die sabbati uel dominico non ad percipiendam communionem sacram, sed ad prosternendum se in limine ecclesiae atque ad ueniam suppliciter postulandam matutinus occurreret, nequaquam passus est eum occultorum omnium testis et cognitor uel a se amplius conteri uel ab aliis infamari. nam quod ille inuentor sceleris, rei suae fur inprobus, laudis alienae callidus infamator, nullo hominum teste conmiserat, per diabolum qui ipsius criminis incentor fuerat publicauit. adreptus namque dirissimo daemone cunctas factionis occultae 7 patefecit insidias criminationumque ac fraudium idem fuit proditor qui commentor. ita autem spiritu illo inmundo grauiter diuque uexatus est, ut ne orationibus quidem sanctorum illic consistentium, qui diuinorum charismatum merito daemoniis imperabant, potuerit emundari, sed ne ipsius quidem Isidori presbyteri gratia singularis crudelissimum ab eo extruserit uexatorem, cui tanta erat uirtus domini largitate conlata,

1 protulissent *ORβv* (pro *in ras. m. 2 K*): detulissent *BF* 2 uelud B^1 furtim F^1 3 lucum *F* 6 neminem F^1 7 qumque *O* ęclesia B^1O 8 confidens *O* 11 ebdomatibus *F* 14 eclesiae B^1O adque *FOR* 15 occurreret *BFOr*: adcurreret *Rβ*(c) 17 contineri *B* 18 inuentor ille *β* 19 conmiserat *FO*: commis. *rell.* 20 diabulum B^1K^1 21 durissimo F^1 22 ac *om.* *BF* fradium B^1 fraudum *Rv* 25 carism. *BFO* 26 emendari $B^1F^1O^1$ 27 isodori *B* ẏsodori *F* p̄sbiteri *BOR* extruxerit F^1

ut ne usque ad limina quidem eius quisquam adrepticius qui tardius sanaretur aliquando perductus sit, Christo hanc adulescenti Pafnutio gloriam reseruante, ut illius tantum orationibus cui insidiatus fuerat purgaretur, et cuius laudi aliquid inuidus inimicus decerpere se posse crediderat, eius nomen proclamans et delicti sui ueniam et finem supplicii praesentis
8 acciperet. haec ergo ille in adulescentia sua futurae indolis iam tunc indicia praefigurans lineas quasdam perfectionis illius, quae erat maturitate aetatis augenda, adhuc in annis puerilibus designauit. si igitur ad culmen uirtutum eius uolumus peruenire, talia nobis exordiorum fundamenta iacienda sunt.

XVI. Duplex sane ad narrationem huius facti causa me conpulit, primum ut hanc immobilitatem uiri constantiamque pensantes, quanto minoribus inimici inpugnamur insidiis, tanto maiorem tranquillitatis atque patientiae sumamus affectum, deinde ut firma definitione teneamus a temptationum procellis inpugnationibusque diaboli tutos nos esse non posse, si omne praesidium patientiae nostrae omnemque fiduciam non in interioris hominis nostri uiribus, sed in cellulae claustris aut in solitudinis recessu sanctorumue consortio uel cuiusquam
2 quae extra nos sit rei praesidio conlocemus. nisi enim mentem nostram uirtute protectionis suae ille firmauerit qui in euangelio ait: r e g n u m d e i i n t r a u o s e s t, frustra aërii hostis insidias aut auxilio cohabitantium hominum uincere aut localibus spatiis declinare aut munitione tectorum excludere posse nos credimus. nam cum haec omnia sancto Pafnutio non deessent, non tamen inpugnationis aditum aduersus eum

24 Luc. 17, 21

1 ut *om.* *BF* lumina K^1 2 adoliscenti *B* adulisc. K^1Z adolesc. RK^2 7 in *om.* *O* aduliscentia BK^1 adolisc. R^1Z^1 adolesc. $R^2K^1Z^2$ 9 erant $B^1FOK^2Z^1$ aetatatis *B* 15 minoribus *BFR*: minoribus quam ille est adpetitus *Oβv* 16 adque *R* 18 diabuli B^1 posses *F* 20 in *post* non *om.* BFO^1K^1 21 sanctorum uel F^1 22 rei] ei *F* 25 aut local. spat. declinare *om.* *F* 28 tamen *BF* ideo *R*: *om.* *Oβ*

temptator inuenire non potuit, neque illum nequissimum
spiritum saepta parietum aut heremi solitudo aut tot in illa
congregatione sanctorum merita reppulerunt. sed quia sanctus 3
dei famulus non in his quae extrinsecus sunt, sed in ipso
occultorum omnium iudice spem sui cordis adfixerat, tantae
inpugnationis machinis nequaquam potuit commoueri. e contra
ille quem ad tantum facinus praecipitauit inuidia, nonne et
solitudinis beneficio et munitione remotioris habitaculi et beati
Isidori abbatis atque presbyteri aliorumque sanctorum con-
sortio fruebatur? et tamen quia eum supra harenam repperit
turbo diabolicus, non solum inpegit eius, uerum etiam sub-
uertit habitaculum. non ergo quietem nostram extrinsecus
inquiramus nec opitulari uitiis inpatientiae nostrae alienam
putemus posse patientiam. sicut enim regnum dei intra 4
nos est, ita inimici hominis domestici eius. nemo
enim mihi magis quam sensus meus, qui mihi est uere intimus
domesticus, aduersatur. et idcirco si fuerimus solliciti, ab
intestinis hostibus laedi minime poterimus. ubi enim nobis
nostri domestici non aduersantur, ibi et regnum dei in tran-
quillitate mentis adquiritur. nam si rationem diligenter
excutias, laedi ab homine quamuis malignante non potero, si
ipse inpacifico aduersum me corde non dimicem. si autem
laedor, non est uitium inpugnationis alienae, sed inpatientiae
meae. sicut enim grauis ac solidus cibus sano utilis, ita 5
perniciosus est aegrotanti. non autem laedere sumentem
potest, nisi ei ad nocendum uires adiecerit percipientis
infirmitas. si umquam ergo similis inter fratres fuerit oborta
temptatio, nequaquam a cursu tranquillitatis excussi blasphemis

14 l. c. 15 Mt. 10, 36

1 temtator B^1 2 septa *codd.* eremi *O* 3 repulerunt *Rβ* 7 praecepitauit K^1 9 isodori BFZ^1 adque *B* presbiteri *B* 10 arenam B^1O 13 oppitulare (e *in* i *mutat.*) *B* opitulare F^1 16 est *om.* *F* 18 potuerimus *β* enm (*sic*) *B* 19 non B^2 *v*: *om.* $B^1FORβ$ *cf. I, 13, 2* in *om.* *Rβv* 21 discucias *B*(c) 22 aduersum *BFO*: aduersus *Rβ* 27 ob-horta *FO* 28 blasfemis BFK^1Z blasfemiis *O*

saecularium obtrectationibus aditum reseremus nec peruersos
atque execrabiles quosque sanctorum uirorum numero insertos
latitare miremur, quia, dum in huius saeculi area conculcamur
atque conterimur, necesse est etiam paleas igni perpetuo
6 deputandas inter electissima frumenta misceri. denique si uel
Satanan inter angelos uel Iudam inter apostolos uel Nicolaum
prauissimae haereseos inuentorem inter diaconos reminiscamur
electos, hoc, quod nequissimi homines sanctorum ordini de-
prehenduntur inserti, mirum esse non poterit. nam licet hunc
Nicolaum quidam adserant non illum fuisse qui ad opus
ministerii ab apostolis est electus, nihilominus tamen eum de
illo discipulorum fuisse numero negare non possunt, quos
omnes tales tamque perfectos id temporis fuisse manifestum
7 est, quales nunc perpaucos uix in coenobiis inuenimus. non
ergo ruinam illius supra dicti fratris, qui in illa heremo tam
lugubri lapsus est casu, neque illam horribilem maculam,
quam tamen ille ingentibus paenitentiae lacrimis post deleuit,
sed beati potius Pafnutii nobis proponamus exempla, nec sub-
uersione illius destruamur cuius antiquum inuidiae uitium
etiam auxit in peius adfectata religio, sed huius humilitatem
tota uirtute sectemur, quam non illi quies heremi subito
genuit, sed inter homines adquisitam consummauit atque ex-
8 coluit solitudo. sciendum sane est inuidiae morbum difficilius
ad medellam quam cetera uitia peruenire. nam eum quem
semel ueneni sui peste corruperit paene dixerim carere remedio.
ipsa namque est lues de qua figuraliter dicitur per prophetam:

6 cf. Iob 1, 6. Mt. 10, 4. Act. 6, 5. Apoc. 2, 15

2 adque *R* exsecr. *β* 3 qui *BF* 4 adque *OR* con-teremur *F*[1] 6 satan *βv* archangelos *β* nicalaum *F* 7 hereseos *codd.* diacones *O* 8 ordine *F*[1] 10 nicalaum *F* 11 ellectus *F*[1] nihilhominus *B*[1] 13 tamquam *F* id temporis *BFORr*: in tempore *β* in tempore illo *c* 17 dileuit *R*[1] diluit *βc* 20 relegio *R*[1]*K*[1] humilitate *FO* 21 illi] nulli *β*[1] 22 adquisita *F* adque *R* 23 solitudo: *post hoc uocabulum in Oβv cap. XVII incipit. cf. quae in fine capitulorum adnotaui* 24 medelam *B*[1]*R*[1]*β*[1] (*passim*) 25 diximus *B* 26 luis *β*[1]

ecce ego mittam uobis serpentes regulos, quibus
non est incantatio: et mordebunt uos. recte igitur a
propheta mortiferis basilisci uenenis morsus inuidiae conparan-
tur, qua primus ille omnium uenenorum auctor et princeps
et periit et peremit. nam ante suus quam eius cui inuiderat
interemptor priusquam in hominem mortis uirus effunderet,
ipse se perdidit: inuidia enim diaboli mors introiuit
in orbem terrarum: imitantur ergo illum qui sunt
ex parte eius. sicut enim ille qui primus eiusdem mali 9
peste corruptus est nec medellam paenitentiae nec fomentum
ullius curationis admisit, ita et hi qui isdem se percutiendos
morsibus tradiderunt omnem opem sancti incantatoris excludunt,
quia cum utique non culpa eorum quibus liuent, sed prosperi-
tate crucientur, erubescentes ipsam prodere ueritatem extrin-
secus sibi quasdam superfluas et ineptas causas offensionis
inquirunt: quarum, quia omnimodis falsae sunt, uana curatio
est, cum illud mortiferum uirus quod nolunt prodere lateat
in medullis. de quibus sapientissimus ille conpetenter expres- 10
sit: si momorderit serpens non in sibilo, non est
abundantia incantatori. isti enim sunt taciti morsus
quibus solis sapientium medicina non subuenit. nam usque
adeo incurabilis est ista pernicies, ut blandimentis exasperetur,
infletur obsequiis, muneribus inritetur, quia, ut idem Salomon
ait, nihil sustinet zelus. quanto enim amplius alius aut
humilitatis subiectione aut patientiae uirtute aut munificentiae

1 Hierem. 8, 17 7 Sap. 2, 24—25 19 Eccles. 10, 11 (LXX) 24 Prov. 27, 4 (LXX)

3 mortiferi *BFO* inuidia *F* 6 interemtor *BO* 7 perdit *F* diabuli B^1 8 ergo *BFO cod. Amiat.*: autem *Rβv et Vulgata* eum *Rβ* 9 eius] illius *O* 10 fomitem *BFOR* 11 illius B^2FO hii $FO\beta^1$ hisdem RZ^1 12 tradiderint F^1 13 libent BF^1O^v 16 quorum *β* 17 quum illum *O* quod] qui *K* nolunt Z^2v: non uult $FORKZ^1$ non uolunt *B corr.* 18 alibi sap. ille O^a alibi ille sapientissimus (solomon *add. R*) *Rβ* 20 habund. *BF* sunt *om.* B^1F taciti sunt B^2 22 pernecies B^1Z^2

laude profecerit, tanto ille maioribus inuidiae stimulis incitatur,
quia non nisi ruinam aut mortem eius cui inuidet concupiscit.
11 denique illorum undecim patriarcharum zelus in tantum nulla
innoxii fratris subiectione potuit deleniri, ut de his scriptura
commemoret: inuidebant autem ei fratres sui, eo
quod diligeret eum pater suus, et non poterant ei
loqui quicquam pacificum, donec zelus eorum, qui nulla
germani obsequentis atque subiecti sustinuit blandimenta,
mortem eius cupiens uix posset uenditionis fraternae crimine
satiari. cunctis ergo uitiis perniciosiorem atque ad purgandum
difficiliorem esse constat inuidiam, quae ipsis remediis quibus
reliqua extinguntur accenditur. nam uerbi gratia qui damnum
sibi inlatum dolet, largitatis conpensatione curatur: qui de
12 inlata indignatur iniuria, humili satisfactione placatur. quid
illo facias, qui hoc ipso magis quod te humiliorem ac benigniorem sentit offenditur, quem non ad iracundiam cupiditas,
quae praemio delenitur, non iniuriae laesio aut amor ultionis
accendit, quae officiorum uincitur blandimentis, sed successus
tantum alienae felicitatis inritat? quis autem est qui se, ut
satisfaciat inuidenti, a bonis conruere aut a prosperis alienari
aut a calamitate aliqua optet inuolui? quapropter ne totum,
quidquid in nobis uiuidum est et quasi uitali uegetatione
sancti spiritus animatum, uno tanti huius mali morsu basiliscus
interimat, diuinum cui inpossibile nihil est iugiter inploremus
13 auxilium. cetera enim uenena serpentum, id est carnalia

5 Gen. 37, 4 (LXX)

1 proficerit $B^1R^1\beta^1$ 2 quia *BFO*: qui $R\beta$ inuidit K^1Z concupiscet B^1 4 deleniri R^1: deliniri *rell.* 5 commemo..ret *K* ei *om. F* 8 adque *R* 9 possit $R\beta$ 10 adque *OR* 11 in ipsis *O* ipsius K^1 15 illi O^1Rv quo B^2 17 delenitur R^1: delinetur *F* delinitur *rell.* 19 prosperitatis βc: *cf. §. 14* 20 *post* inuidenti *rasura in B*; *fort.* aut *eras.* 21 a *om.* $FO\beta$: *cf. §. 13* obtet *BO* 22 quicquid ORZ^2 uegitatione RK^1Z 23 animatum *B*: animatur *rell. v* tanto β tantum *v* 25 etenim β serpentium OR^2

peccata uel uitia, a quibus ut cito inuoluitur, ita facile expurgatur humana fragilitas, habent aliqua uulnerum suorum in carne uestigia, quibus quamuis terrenum corpus perniciosissime contumescat, tamen si theriacae remedium aut illam salutarium uerborum medellam aliquis peritissimus carminum diuinorum incantator admouerit, ad perpetuam animae mortem pernicies uirulenta non peruenit: inuidiae autem quasi a regulo serpente effusum uirus uitam ipsam religionis ac fidei, priusquam uulnus in corpore sentiatur, excludit. non enim aduersus 14
hominem, sed plane aduersus deum blasphemus extollitur, qui nihil in fratre aliud nisi felicitatem carpens non hominis culpam, sed dei tantum iudicia reprehendit. haec ergo est illa *sursum germinans amaritudinis radix*, quae se erigens ad superna ad contumeliam ipsius qui bona homini confert tendit auctoris. nec quemquam moueat quod deus missurum se *serpentes regulos*, qui eos quorum criminibus offenditur mordeant, conminatur. nam licet certum sit deum auctorem inuidiae esse non posse, aequum tamen et diuino dignum iudicio est, ut dum bona data humilibus conferuntur et superbis ac reprobis denegantur, eos qui secundum apostolum tradi *in reprobum sensum* merentur quasi ab ipso missa percutiat et consumat inuidia secundum illud: *ipsi me ad aemulationem inritauerunt in non deo: et ego ad aemulationem inducam eos in non gente.*

Hac beatus Piamun desiderium nostrum, quo de primis 15
coenobii scolis ad secundum anachoreseos gradum tendere

13 Hebr. 12, 15 16 Hierem. 8, 17 21 Rom. 1, 28
22 Deut. 32, 21 (LXX)

1 a *om.* *Rβ* inuoluimur *BFO* 3 pernecios. *B*[1]*Z*[1] 4 theriacae *R*: tiriacae *B* tyr. *FZ* thir. *O* thyr. *K* 6 admorit *B*[1] 8 relegionis *R*[1]*K*[1] 9 uulnus *om.* *BF* *fort. recte* 10 blasfemus *BOZ* 11 felicitatem *BFOR*: bonum meritum *βv* 14 ad contumeliam *BFOR*: in cont. *βv* 16 his qui *O* 17 sit] est *β* 19 hominibus *BFO*[1] 23 deum *β* 24 gente *R*: gentem *rell.* 25 piamon *B*[2]*RK*[1]*Z*[2] qua *β* 26 ad *om.* *BF*

coeperamus, disputatione ardentius inflammauit. nam primordia solitariae commorationis, cuius scientiam postea sumus Scitii plenius adsecuti, ipso primum inbuente suscepimus.

2 commemorationis *OK*[1] scitii *BFOR*: scithii (hii *in ras.*) *K* scittii *Z*[1] schithię *Z*[2] 3 percepimus *Rβv* Explicit liber conlationum sancti (expl. conlatio *Oβ* finit conlatio *R*) abbatis piamun (piamon *RZ*[2]) de tribus generibus monachorum *BFORβ* Incipit abbatis iohannis de fine coenobiae (coenobitae *R*) et heremitae *BFR* Incipiunt capitula *R* Inc. cap. abbatis iohannis de fine coenobiotae et haeremitae *β*: *om.* *BF* Incipit conlatio iohannis de fine cenobite et eremite. Incipit capitula eiusdem *O*

XVIIII.

CONLATIO ABBATIS IOHANNIS.

DE FINE COENOBIOTAE ET HEREMITAE.

CAPITVLA.

7 ihoannis *O* interrogatio *BO* 9 cur her. rel.] et interrogatio nostra (*sic*) *B* quur *FO* cum *R* herimum *R* relinquisset *FO* 10 anachoritice *B* anachoritica O^1R 17 herimum *R* 19 discesserint *BFO*: discesserunt *β* discedunt *Rv* 20 salitarius *B* agnuscere *R* 22 ingressus sit] inquirit *R*

I. Post dies admodum paucos maioris doctrinae desiderio pertrahente rursus ad abbatis Pauli coenobium summa alacritate perreximus. ubi licet plus quam ducentorum fratrum numerus moraretur, in honorem tamen sollemnitatis, quae idem temporis agebatur, infinita de aliis quoque coenobiis monachorum turba confluxerat: nam prioris abbatis qui eidem coenobio praefuerat anniuersaria depositio sollemniter curabatur. cuius conuentus idcirco fecimus mentionem, ut patientiam cuiusdam fratris, quae sub praesentia totius congregationis huius inmobili eius
2 claruit lenitate, breuiter perstringamus. nam licet alio operis huius tendat intentio, ut scilicet abbatis Iohannis, qui derelicta heremo illi se coenobio summa humilitatis uirtute subdiderat, proferamus eloquia, nequaquam tamen putamus absurdum, si absque ulla circuitione uerborum magna ut credimus studiosis quibusque uirtutum aedificatio conferatur. in ingenti itaque atrio subdiuali illa monachorum multitudine per duodenarium numerum distinctis orbibus considente cum quidam fratrum susceptum ferculum paulo tardius intulisset,

3 explorare K^1 4 docomentis K^1 agnusci *R* Finiunt (expl *F*) capitula *FK*: *om. BRZ* Incipit abbatis iohannis de fine coenobiotae et heremitae conlatio ·II· *β* conlatio abbatis iohannis orditur *R*: *om. BF* Explicit capitula. Incipit conlatio iohannis. Liber XVIIII. *O* 5 ammodum *BF* 6 ad *om. O* coenobio *F* summa *BFOR*: s. spiritus *βv* 8 honore K^2Z idem B^1 (*cf. Tac. Ann. XIII, 16*): id *rell.* 11 solemniter R^1Z 12 facimus *R βv: cf. cap. 2, 1* 14 lenitatem brebiter F^1 breuiter *om. O* praestringamus *OR* 16 herimo R^1 uirtute *om. O* 18 si] qui *O* circumitione *R* 20 in *om. OR* ingentibus *O* sub diu alii F^b 21 numero $β^1$ ordinibus *Ov* 22 intulisset et rell.] *de hoc loco cf. Prolegomena*

uidens hoc praedictus abba Paulus, qui inter turbas ministrantium fratrum sollicite discurrebat, exerta manu alapa eum sub omnium percussit intuitu, ita ut inlisae sonitus palmae etiam auersorum uel longius considentium auribus resultaret. sed 3
id memorabilis patientiae iuuenis tanta animi lenitate suscepit, ut non modo nullus fuerit ex ore eius sermo prolapsus uel tenuissimum murmur tacita labiorum agitatione signatum, sed ne ipsa quidem oris modestia ac tranquillitas aut color saltim quantulumcumque mutatus. quod factum non solum nobis, qui nuper de Syriae monasterio uenientes patientiae huius uirtutem non tam euidentibus perceperamus exemplis, sed etiam cunctis qui expertes talium non erant studiorum ita mirum fuit, ut etiam summis uiris praecipua per hoc factum inferretur instructio, quod scilicet, etiamsi patientiam eius correptio paterna non mouerat, nec spectaculum quidem tantae multitudinis ullo uultum ipsius ruboris tinxisset indicio.

II. In hoc itaque coenobio repperimus antiquissimum senem nomine Iohannem, cuius uerba pariter et humilitatem qua sanctis omnibus praeminebat nequaquam silentio praetereunda censuimus, scientes eum hac maxime perfectione uiguisse, quae cum sit uirtutum omnium mater ac totius spiritalis structurae solidissimum fundamentum, a nostris penitus exulat institutis. unde non mirum est nec ad illorum sublimitatem 2
nos posse conscendere, qui non dicam usque ad senectam in coenobii permanere non possumus disciplina, sed uix biennio subiectionis iugum sustinere contenti ad praesumptionem noxiae libertatis protinus euolamus, cum tamen illo ipso paruo tempore non secundum illam districtionis regulam, sed pro nostri arbitrii libertate utcumque senioris subici uideamur

1 abbas *Rv* 2 alapam *F*[1] 8 ac *BF*: hac *O* adque *R* atque *βv* saltem *BFOR*[2] 12 experti* *K* experti *Z* 14 conferretur *O*[1]*Rβv* 15 ne *Rβv* 16 roboris *F* tincxisset *OK*[1] *Z* 17 reperimus *K* 18 iohanem *B* qui *B* qui *F* 19 silentio *om. F* 20 in hac *O* 22 exultat *F* 24 in *BF*: sub *ORβv* 26 iugo *O* 27 ipso illo *Rβv* 28 secundum] solum *O* destrictionis *B*[1]*F*[1]*O* 29 subici uideamur imperio *BF OR*: subiciamur imperio *βv*, *qui addunt*: ut non patientiae fructum

3 imperio. hunc igitur senem cum in praedicti abbatis Pauli coenobio uidissemus, aetatem primum et gratiam uiri qua erat praeditus admirati demisso in terram uultu coepimus deprecari, ut nobis pandere dignaretur, quam ob causam relicta heremi libertate et illa professione sublimi, qua eum prae ceteris eiusdem uitae uiris fama celeberrima conmendabat,
4 sub coenobii iugum maluisset intrare. ille uelut inparem se anachoreticae disciplinae et summitate tantae perfectionis indignum ad iuniorum scolas reuertisse dicebat, si tamen uel ipsorum instituta secundum professionis meritum posset inplere. cuius responsionis humilitatem cum refragatio nostrae deprecationis excluderet, ad extremum ita exorsus est.

III. Anachoreticam disciplinam, quam me deseruisse miramini, non solum non respuo nec refuto, sed tota potius ueneratione conplector atque suscipio: in qua post triginta annos, quos in coenobii commoratione transegeram, ita alios uiginti explesse me gaudeo, ut inter illos qui eam uel medi-
2 ocriter adpetebant non usque quaque segnitiae denotarer. sed quia degustata eius puritas sollicitudine interdum carnalium rerum interpolata sordebat, recurrere ad coenobium commodius uisum est, ut et promptior adrepti propositi planioris consummatio consequeretur et minus de praesumptae sublimioris professionis humilitate periculum. melius enim est deuotum

ediscere, sed tempus adipiscendae licentiae exspectare uideamur *haec etiam in marg. O a m. 2 extant* 1 praedicti *om.* *βv* 3 demisso $O^{1}R^{2}$: dimisso *rell.* terra *BFO* 4 precari coepimus *βv* 5 relictam F^{1} herimi R^{1} libertatem $F^{1}O$ qua eum] quę cum *F* 6 celeberrima con(com-)mendabat *BFORr*: celebrauerat *βc* 7 iugo *BF* subire maluisset intrare *O* coenobii iugum subire maluisset *β* uelud *B* 8 anachorit. *R* sublimitate $O^{2}R\beta v$ 10 meritum ... 11 responsionis *om.* *O* possit *Rβ* 13 anachorit. OR^{1} 15 adque *R* suspicio $O^{1}R^{1}$ XXX *BF* *R* 16 congregatione *Rβv* 17 XX *BF* XXX *R* 18 signitiae $FR^{1}K^{1}$ segnitie *O* 19 gustata B^{1} sollicitudinem β^{1} 21 promtior $B^{1}O$ prumptior R^{1} adrepti *FO*: arrepti *rell.* planioris propositi *βv* 22 sequeretur *ORβv* 23 humilitate *B* *FR*: humilitate difficultate (*corr. ex* difficilitate) *O* difficultate *βv*

in minoribus quam indeuotum in maioribus promissionibus inueniri. et idcirco si quid elatius, immo liberius fortasse protulero, quaeso ut non iactantiae uitio, sed aedificationis uestrae depromptum studio censeatis, et quia uobis tam studiose quaerentibus nihil de ueritate existimo subtrahendum, caritati potius quam iactantiae deputetis. arbitror enim instructionis 3
uobis aliquid posse conferri, si paulisper humilitate seposita simpliciter omnem propositi mei patefecero ueritatem. confido enim, quia nec apud uos de libertate dictorum cenodoxiae notam neque apud conscientiam meam de suppressione ueritatis quoddam mendacii crimen incurram.

IIII. Si quis igitur alius secretis heremi delectatus obliuioni tradere potuit humana consortia ac secundum Hieremiam dicere: e t d i e m h o m i n i s n o n d e s i d e r a u i, t u s c i s, ego quoque id domino sua gratia largiente uel adsecutum uel certe adsequi adnisum fuisse me fateor. itaque pio domini nostri munere memini me in huiusmodi raptum frequenter excessum, ut obliuiscerer me sarcina corporeae fragilitatis indutum, mentemque meam ita omnes exteriores sensus subito respuisse et a cunctis materialibus rebus omnimodis exulasse, ut neque oculi neque aures meae proprio fungerentur officio. et ita diuinis meditationibus ac spiritalibus theoriis animus replebatur, ut saepe ad uesperam cibum me percepisse nescirem ac sequenti die de hesterna absolutione ieiunii penitus dubitarem. ob quam 2
etiam causam septem dierum cibus, hoc est septem paxamatiorum paria sequestrata in prochirio id est admanuensi sporta

14 Hierem. 17, 16

1 indebotum *F*[1] professionibus *O corr. v* 2 inuenire *Z*[1] 4 depromtum *B*[1]*O* deprumptum *R*[1] et *om. βv* 5 caritati ... 6 deputetis *om. βv* 9 neque aput uos *O* 10 aput *FO* 12 alius *BFORr*: *om. βc* eremi *O* 13 hierimiam *R*[1] iheremiam *OZ* 15 suam gratiam *ORβ* 16 nostri] non *F*[1] 17 me memini *B corr.* in *om. BF* excessus *R* excessu *BF*: *cf. IIII, 5* 18 corpore ac *F* 20 exsulasse *B* exultasse *F* 23 percipisse *R* sequente *c* quenti die ...... *cap. 10, 1* commotionis inpulerit *desunt in Z*: *interciderunt 4 folia* 25 cibos *K*[1] paximatiorum *B*[2]*OR* paxmat. *K* 26 sequestratim *RKv* admanuensis *B*[1]*F*[1] admanuense *K*

die sabbati reponuntur, ut refectio praetermissa non lateat. qua consuetudine illius quoque obliuionis error excluditur, ut expletum ebdomadae cursum ac sollemnitatem diei ipsius reuolutam finitus panum indicet numerus, festiuitasque diei sacrae et congregationis sollemnitas solitarium latere non possit. quodsi etiam hunc ordinem ille quem praediximus mentis excessus forte turbauerit, nihilominus cotidiani operis modus
3 dierum numerum signans arcet errorem. et ut ceteras heremi uirtutes silentio praetermittam (non enim est nobis de earum numerositate ac multitudine, sed de solitudinis atque coenobii fine tractandum), causas potius ob quas illam deserere maluerim, quas etiam uos agnoscere uoluistis, breuiter explicabo, omnesque illos quos conmemoraui solitudinis fructus quibus e diuerso sublimioribus meritis duxerim postponendos, breui oratione perstringam.

V. Quamdiu igitur raritate eorum, qui in heremo tunc temporis morabantur, libertas largior nobis diffusiore solitudinis uastitate blandita est, quamdiu maioribus remoti secretis frequentissime ad caelestes illos rapiebamur excessus, nec tanta uisitantium fratrum inruens multitudo parandae humanitatis necessitate sensus nostros ingentium curarum distentionibus adgrauabat, solitudinis plane tranquilla secreta et illam conuersationem angelicae beatitudini conparandam
2 insatiabili desiderio ac toto animi ardore sectatus sum. sed cum maior ut dixi numerus fratrum habitationem illius solitudinis coepisset expetere et coangustata uastioris heremi libertate non modo ignem illum diuinae contemplationis frigere fecisset, sed etiam multimodis mentem carnalium

2 quae F^1 errore B^1 3 ebdomadis *R* solemn. *RK* 5 solempnitas *R* 7 nihilhominus B^1 cottidiani *B* cotidiane K^1 8 significans *R* 11 illa *K* 12 adnoscere *K* brebiter B^1O 14 dixerim B^1c 15 prestringam *O* 16 raritas *Kv* herimo R^1 17 libertatem nobis largiendo (largiendum O^2) O^2Kv diffusione *B* 20 parendae B^1 22 adgrababat *F* 23 et *RKv*: ad *BFO* beatitudinis *FO* conparanda *F* 25 quum B^1F^1 dixi*** (*uid. fuisse* diximus) *B* 26 herimi R^1 28 frigescere *Kc* frigeschere *O*

rerum uinculis conpediret, elegi huius disciplinae utcumque inplere propositum quam in illa tam sublimi professione carnalium necessitatum prouisione torpere, ut, si mihi illa libertas ac spiritales denegantur excessus, abiecta tamen crastinae diei penitus sollicitudine euangelici me praecepti consummatio consoletur, et id, quod mihi de illa theoretica sublimitate subtrahitur, hac oboedientiae subiectione pensetur. miserum namque est cuiuslibet artis ac studii disciplinam quempiam profiteri et ad perfectionem eius minime peruenire.

VI. Quamobrem quantis nunc in hac conuersatione perfruar commodis, breuiter explicabo. uos utrum illa solitudinis lucra his beneficiis ualeant conpensari digesta narratione perpendite, per quam etiam hoc probare possibile est, utrum fastidio an desiderio solitariae illius puritatis his maluerim coenobii angustiis coartari. in hac igitur conuersatione diurni operis nulla prouisio, uenditionis uel coemptionis nulla distentio, non annui panis ineuitabilis cura, non sollicitudo corporalium rerum, qua non tantum propriis, sed etiam multorum aduenientium usibus necessaria praeparantur, postremo nulla adrogantia laudis humanae, quae inmundior his omnibus in conspectu dei etiam magnos heremi labores nonnumquam euacuare consueuit. uerum ut in illa anachoretica disciplina illos 2 elationum spiritalium fluctus et exitiabilis cenodoxiae pericla praeteream, ad hoc generale cunctorum pondus, id est communem parandi uictus sollicitudinem reuertamur, quae eo usque mensuram non dico illius antiquae districtionis excessit, quae usum penitus olei nesciebat, sed ne hac quidem nostri temporis remissione coepit esse contenta, in qua uno olei

5 cf. Mt. 6, 34

1 competiret *F*[1] conpederet *R*[1] inpediret *K*(*v*) 2 inplere *OR*: impl. *rell.* 4 spiritalis denegatur *R* 6 theorica *ORKc* 11 uos uero utrum *O* 12 conpensare *O* 16 est prouisio *B*[2] prouisio est *c* coemt. *B* distensio *BF*[2] disstensio *F*[1] 18 quia *O* 19 adrogantia *OR*: arrog. *rell.* 21 nonnumquam euacuare consueuit *BFOR*: frequenter euacuat *Kv* 22 anachorit. *OR*[1] 23 coenodoxiae *BFK* pericula *ORKc* 26 destrictionis *B*[1]*O*

sextario itidemque lenticulae modio aduenientium usibus
praeparato totius refectionis annuae explebantur officia, ita
ut duplicato nunc et triplicato modo necessitas uictualis uix
3 queat expediri. et in tantum apud nonnullos uis noxiae huius
remissionis increuit, ut aceto muriaeque permixtis non illam
unam olei admisceant guttam, quam praecessores nostri, qui
heremi instituta maiore abstinentiae uirtute sectati sunt,
repellendae tantum cenodoxiae gratia stillare consueuerant, sed
infringentes Aegyptiacum pro salibus caseum plus olei quam
necesse est superfundant, et ita duos cibos propria suauitate
distantes, qui singillatim diuersoque tempore monachum reficere
iucundissime potuissent, sub unius saporis oblectatione per-
4 cipiant. in tantum sane haec ὑλικὴ κτῆσις, id est materialium
rerum possessio supercreuit, ut sagum quoque, quod absque
uerecundia referre non possum, sub obtentu humanitatis ac
susceptionis huius anachoretae in suis habere cellulis coeperint:
ut illa praeteream quibus adtonita anima ac spiritalibus theoriis
semper intenta specialius ingrauatur, concursus scilicet fratrum,
susceptionis quoque ac deductionis officia, mutuas uisitationes
diuersarumque confabulationum atque occupationum intermina-
bilem curam, quarum etiam illo tempore, quo haec uidentur
inpedimenta cessare, tamen animum consuetudinariae inquie-
5 tudinis adsiduitate suspensum expectatio ipsa distendit. atque
ita fit, ut anachoreseos illa libertas huiuscemodi nexibus
inpedita ad illam cordis ineffabilem alacritatem numquam
omnino conscendat ac fructum heremiticae professionis amittat.

1 itidemque *RK* ·III^mo^· i^u^demq) *B* iti^mo^ idemque *F* ididemque *O* 3 et *BFO*: ac *RKv* modio *F*²*v* 4 aput *FO* 5 muriaque *B*¹*F*¹ moriaque *R* moriaeque *K* 7 herimi *R*¹ 8 coenodoxiae *BFRK* instillare *RKv* consuerant *K*¹*r* 11 destantes *B*¹ *F*¹ 12 iocundissime *BK*¹ iucundissime reficere *O* 13 ὑλικὴ κτῆσις *scripsi*: ΛΙΚΗΚΤΗϹΙϹ *K* ΛΙΚΗΚΙΗϹΙϹ *BF* (*plane corrupte OR*) 14 supercrebit *FO* 16 anachoritae *B*¹*FOR* 18 concursu *BF O* 20 adque *R* 21 quod *K*¹ 23 spectatio *BFO* suspendit *BFO*¹ adque *R* 24 anachoreos *BF* 25 clari- tatem *O*¹ numquam omnino conscendat *BFOR*: praepedito non perueniat ascensu *Kv* 26 herimiticae *R*

qui si mihi in congregatione nunc atque in turbis sito fuerit denegatus, saltim quies animae cordisque tranquillitas omnibus occupationibus absoluta non deerit. quae nisi illis quoque qui in solitudine conmorantur praesto fuerit, labores quidem anachoreseos sustinebunt, fructu uero ipsius fraudabuntur, qui non nisi quieta mentis stabilitate conquiritur. postremo 6 etiamsi mihi in coenobio constituto ab illa puritate cordis fuerit aliquid inminutum, ero solius euangelici praecepti conpensatione contentus, quod certum est omnibus illis heremi fructibus non posse postponi, ut scilicet de crastino nihil cogitem et usque ad finem subiectus abbati illum aliquatenus uidear aemulari de quo dicitur: humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem, merearque illius uerbis humiliter dicere: quia non ueni facere uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me patris.

VII. GERMANVS: Quia te utriusque professionis non quemadmodum multos principia tantummodo contigisse, sed ipsa fastigia conscendisse manifestum est, quisnam coenobiotae, quis heremitae sit finis optamus agnoscere. nulli namque dubium est neminem de his uel fidelius posse uel plenius disputare quam illum, qui utramque perfectionem longo usu ac magistra experientia consecutus meritum earum ac finem ueridica potest insinuare doctrina.

VIII. IOHANNES: Vnum eundemque hominem in utraque professione perfectum esse non posse absolute pronuntiare potuissem, nisi me paucorum admodum retardaret exemplum.

12 Phil. 2, 8 14 Ioh. 6, 38

1 adque *R* 2 saltem $BFOR^2$ 5 fructus *O* 6 mentis *om. B* 8 aliquid fuerit *BKv et O, in quo* aliquid *s. l. m. 2 supplетum est* 9 illos K^1 herimi R^1 15 me misit *R* 18 contegisse R^1 19 coenobitae BO^1R^2v 20 herimite R^1 obtamus *O* 21 uel fidelius *RKv*: fideliter uel *BF* uel fideliter *O* uel plenius] pleniusue *R* 22 utrumque F^1 professionem *R* 23 ac (*post* usu) *BFO*: et *BKv* 24 ueredica R^1 25 iohannis R^1 in *om. R* 27 ammodum BF^1

magnum siquidem est in qualibet earum consummatum quempiam repperiri: quanto magis ad plenum utramque perficere arduum ac paene dixerim homini inpossibile esse perspicuum est. quod tamen si quandoque prouenerit, non statim ad
2 generalem formulam referri potest. non enim a parte minima, id est de consideratione paucorum, sed ex his quae multorum, immo omnium subiacent facultati, uniuersalis est regula proponenda. si qua uero rarissime atque a paucissimis obtinentur ac possibilitatem communis uirtutis excedunt, uelut supra condicionem humanae fragilitatis naturamque concessa a praeceptis sunt generalibus sequestranda nec tam pro exemplo quam pro miraculo proferenda. quamobrem id quod inquiritis secundum mediocritatem sensus mei breuiter intimabo.
3 finis quidem coenobiotae est omnes suas mortificare et crucifigere uoluntates ac secundum euangelicae perfectionis salutare mandatum nihil de crastino cogitare. quam perfectionem prorsus a nemine nisi a coenobiota inpleri posse certissimum est. quem uirum Esaias propheta describens ita beatificat atque conlaudat: si auerteris a sabbato pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, et glorificaueris eum dum non facis uias tuas, et non inuenitur uoluntas tua, ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super dominum, et sustollam te super altitudinem terrae, et cibabo te hereditate Iacob patris tui. os enim domini locutum est.
4 heremitae uero perfectio est exutam mentem a cunctis habere terrenis eamque, quantum humana inbecillitas ualet, sic unire

16 cf. Mt. 6, 34 19 Esai. 58, 13—14

2 reppereri F^1 utraque *BFO* 3 dixerim *om.* *R* 6 ex his *BFOR*: de his *Kv* 7 facultati] uolumtati *O* 8 adque *R* 9 uelud B^1 uel *O* 10 conditionem B^2K a] hac *O* ac R^1 14 coenobitae B^2R^2 chenobite *O* 17 coenobita BF^2R^2 chenobiotam *O* 18 profeta *B* discribens *K* 19 adque *R* 22 inuenietur B^2O ut non K^1 24 ereditatem *O* 25 loquutum *F* locutum est hęc *K* 26 herimitae *R* 27 in-(im-)bicillitas R^1K^1 ualet sic *BFO*: sinit *RKv* uenire *R*

cum Christo. quem uirum Hieremias propheta describens beatus, inquit, uir qui tulit iugum ab adulescentia sua, sedebit solitarius et tacebit, quia leuauit super se. Psalmista quoque: similis factus sum pellicano solitudinis. uigilaui, et factus sum sicut passer solitarius in tecto. ad hunc igitur finem, quem uniuscuiusque professionis esse praediximus, nisi eorum uterque peruenerit, frustra et ille coenobii et iste anachoreseos expetit disciplinam: neuter enim uirtutem suae professionis inpleuit.

VIIII. Sed hoc μερικὴ, id est non integra et in omnibus consummata perfectio, sed pars perfectionis est. rara est ergo et paucissimis dono dei concessa perfectio. is enim uere et non ex parte perfectus est, qui et in heremo squalorem solitudinis et in coenobio infirmitatem fratrum aequali magnanimitate sustentat. et ideo in utraque professione per omnia consummatum inuenire difficile est, quia nec anachoreta ἀκτημοσύνην, id est contemptum ac priuationem materialium rerum, nec coenobiota theoreticam ad integrum potest adsequi puritatem, licet utrumque perfecte abbatem Moysen atque Pafnutium duosque Macarios nouerimus possedisse. et ita 2
erant in utraque professione perfecti et, cum ultra omnes heremi accolas secedentes insatiabiliter secreto solitudinis pascerentur quantumque in ipsis erat nequaquam inquirerent

2 Thren. 3, 27—28 4 Ps. 101, 7—8

1 iheremias *O* profeta *B* discribens B^1R^2K 2 inquid $FORK^1$ aduliscentia BFK^1 adolesc. RK^2 3 lebabit *O* leuabit *R* 4 pelicano R^2K^1 6 parser *B* 8 et *ante* ille *om.* *BFO* expetiit *F* 9 inpleuit *R*: inplebit *O* impleuit *rell.* 10 мерікні· *O* мєнрітікн *K* (*corrupte R*) 12 enim *BFO*: etenim *RKv* 13 herimo R^1 14 infirmitates *RKv* 15 et ideo (et *s. l.*) *B* et ideo //// (et *eras.*) *F* 16 comsummatum B^1 anachorita B^1F anacorita *O* 17 актнмоүннн *F* (*corrupte OR*) 18 coenobita $B^2F^2R^2$ chenobiota *O* theoricam *RKc* 19 mosen (y *s. l.*) *F* adque *R* 20 pufnutium F^1 pafnuntium *O* paphnutium *Rv* macarios *O*: macarios (h *s. l.*) *F* macharios *rell.* nouerim *RKv* possidisse R^1 et *BF*: qui *RKv* (*corrupte O ex corr.*) 21 et *scripsi*: ut *codd. v* 22 herimi *R* acculas B^1R^1 solitudis F^1

humana consortia, tamen ita frequentiam ac fragilitates ad se concurrentium sustinebant, ut cum ad eos uisitationis uel profectus gratia innumera fratrum multitudo confluerent, tam iugem paene susceptionis inquietudinem immobili patientia tolerantes nihil aliud uel didicisse uel exercuisse omni uitae suae tempore crederentur, quam ut conmunibus tantum aduenientium officiis deseruirent, ita ut apud cunctos esset ambiguum, in qua potissimum professione eorundem esset maior industria, id est utrum in illa heremitica puritate an in ista conuersatione communi magnanimitas eorum mirabilius aptaretur.

X. Solent autem nonnulli ita diuturno silentio solitudinis efferari, ut prorsus hominum consortia perhorrescant, et cum uel paululum a secreti sui consuetudine interueniente fratrum uisitatione discesserint, notabili mentis angore et euidentibus pusillanimitatis indiciis aestuare. quod uel maxime his euenire consueuit qui non perfecte in coenobiis instituti nec excoctis prioribus uitiis ad solitariam se uitam inmaturo desiderio transtulerunt: qui in utraque parte inperfecti semper ac fragiles,
2 quocumque aura commotionis inpulerit, inclinantur. nam quemadmodum consortio uel interpellatione fratrum inpatienter exaestuant, ita in solitudine consistentes eius ipsius quod expetunt silentii non ferunt uastitatem, quippe qui ne ipsam quidem rationem norunt, cuius causa desiderari uel expeti debeat solitudo, sed hanc esse uirtutem ac professionis huius existimant summam, ut fratrum consortia declinantes humanos tantummodo refugiant ac detestentur aspectus.

XI. GERMANVS: Quo ergo uel nobis uel ceteris qui eiusdem fragilitatis atque mensurae sunt remedio poterit subueniri, qui

1 frequentia *F* ac fragilitates ... 2 concurrentium *om.* *K* 2 sustinebunt *F*[1] cum] eum *F*[1] 3 confluerat *F*[1] confluerent *O* 4 pene *BORK* 5 dedicisse *B*[1] 7 aput *O* 8 eorūdem *R* 9 herimitica *R* 11 diurno *BFO* 12 perorrescant *B*[1]*O* perhorriscant *K*[1] et *RK*: ut *BFO* 14 notabile *BF*[1]*O* 15 estuent (ent *in ras. m. 2*) *B* 17 solitarium *F* 18 utramque partē *K* 20 quemammodum *B* 24 uirtutem *BFO* (*an* uirtutum?): uirtutis *Rβv* 25 aestimant *R* 28 adque *R*

coenobialibus disciplinis tenuiter instituti ante expulsionem omnium uitiorum habitationem solitudinis coepimus adfectare, uel quo pacto inperturbatae mentis constantiam et inmobilem patientiae poterimus adprehendere firmitatem, qui ipsas quodammodo scolas et exercitationis huius palaestram, in qua ad plenum erudiri ac perfici principia nostra debuerant, intempestiue intermissa coenobii congregatione dereliquimus? qualiter 2
ergo nunc solitarie conmorantes perfectionem longanimitatis ac patientiae consequemur, uel quemadmodum has sibi inesse uel deesse uirtutes exploratrix internorum motuum conscientia deprehendet, ne forte, quia ab hominum consortio segregati nullis eorundem inritationibus prouocamur, falsa existimatione decepti tranquillitatem nos mentis inmobilem possedisse credamus?

XII. IOHANNES: In ueritate quaerentibus medicinam remedia curationum ab illo uerissimo animarum medico deesse non possunt, his praesertim qui ualitudines suas non desperando aut neglegendo contempserint nec uulnerum suorum pericla celauerint aut medellam paenitentiae procaci mente respuerint, sed pro languoribus ignorantia uel errore uel necessitate contractis humili et tamen cauta ad caelestem medicum mente confugerint. ideoque nosse debemus, quod si ad solitudinem uel ad abdita loca nondum curatis uitiis secedamus, effectus eorum tantummodo reprimatur, non extinguatur affectus. latitat enim intra nos, immo etiam serpit radix omnium 2
quae extirpata non fuerit peccatorum, quam adhuc in nobis

5 palestram *codd.* quo *BFO* 6 debuerunt *O* 7 derelinquimus *O* 9 quemammodum *B* 10 uel deesse *om. BF* motuum *om. BF* conscientia manere prorsus deprehendet *BFO* 11 deprae-hendat *R*[1] deprehendit *β* 12 eorumdem *R* aestimatione *Rβv* 13 inmobilem] *hic finit R* possidere *βv* 17 quia *F* ualetudines *BFO*[1] 18 neclegendo *F* negligendo *Z* pericla *K*[1]*Zr*: pericula *BFOK*[2]*c* 19 celauerunt *B*[1] medelam *B*[2]*F*[2]*Z*[2] paenitentiae *om. BFO* respuerunt *B*[1] 20 langoribus *O* 21 et tamen *scripsi*: et tandem *codd.* *r* tandem et *c* tamen et *coni. Hartel* 26 extyrpata *F* exstirpata *β* fuerit *BFOr*: fuerint *β* fuerat *c*

uiuere his deprehendimus indiciis. uerbi gratia cum in solitudine constituti aduentum fratrum uel breuissimam eorum moram cum quadam aestuantis animi anxietate suscipimus, inesse adhuc in nobis uiuacissimae inpatientiae fomitem nouerimus. cum uero cuiusquam fratris speramus aduentum, si eo pro necessitate aliqua paululum forsitan demorante uel tacita indignatio animi eius culpauerit tarditatem et mentem nostram intempestiuae expectationis sollicitudo turbauerit, irae atque tristitiae manifesta in nobis uitia residere conscientiae
3 nostrae probabit examen. item si fratre uel codicem ad legendum uel quamlibet aliam ad utendum speciem postulante aut nos illius petitio contristauerit aut illum negatio nostra reppulerit, dubium non est nos adhuc auaritiae seu filargyriae laqueis conpediri. quodsi recordationem nobis femineam uel cogitatio subita uel sacrae series lectionis adtulerit et in ea quadam nos senserimus titillatione pulsatos, sciamus necdum extinctum in membris nostris fornicationis ardorem. si uero de conparatione districtionis nostrae et remissionis alienae uel tenuissima mentem nostram temptarit elatio, certum est nos
4 dira superbiae peste corruptos. cum haec ergo uitiorum in corde nostro deprehenderimus indicia, manifeste cognoscamus nobis non adfectum, sed effectum deesse peccati. quae utique passiones, si nos quandoque conuersationi miscuerimus humanae, protinus de cauernis nostrorum sensuum procedentes probant se non tunc primum cum eruperint nasci, sed tunc demum quia diu latuerint publicari. et ita uniuscuiusque uitii radices in se esse defixas certis indiciis etiam solitarius depre-

1 depreendemus *O* 3 suscepimus *O* 4 uiuacissimum *βv*: *cf. II, 3, 2* 5 mouerimus F^1 7 indignatione *O* animi *BF*: nimiam *Oβv* 8 inmodica O^2 im(in-)modicae *βv* 9 adque F^1 manifeste(-ae K^1) *βv* 10 probabit *O*: probauit *rell.* *v* fratrem *B* frr̃ *O* 11 postulantem BF^1O 13 repulerit B^1 14 nobis femineam *BF*: feminae nobis *Oβv cf. cap. 16, 4* 15 lectiones F^1 eam F^1 16 pulsatus K^1 19 temptauerit *B* temtaberit O^2 21 agnoscamus *Oβ* 22 adfectum *F*: affectum *rell.* 24 procidentes *O* 27 in se esse *r*: inesse *codd.* solitarios K^1 deprehendit *βc*

hendet, quisque puritatem suam non hominibus ostentare, sed illius conspectui inuiolatam studuerit exhibere, quem latere omnia cordis arcana non possunt.

XIII. GERMANVS: Argumenta quibus infirmitatum indicia colligantur et rationem discernendarum aegritudinum, id est quo pacto uitia quae celantur in nobis ualeant deprehendi, dilucide satis aperteque percepimus: omnia siquidem cotidiana experientia ac diurnis cogitationum nostrarum motibus ita ut dicta sunt intuemur. superest igitur, ut quemadmodum probationes causaeque morborum euidentissima nobis ratione patefactae sunt, ita etiam curationum medella monstretur. nulli namque dubium est illum posse rectissime de remedio malarum ualitudinum disputare, qui earum prius causas atque origines conscientia aegrotantium adtestante deprehenderit. itaque licet doctrina beatitudinis tuae uulnerum nostrorum 2 arcana nudauerit, quo fit ut sperare aliquid de remediis audeamus, quia tam euidens declaratio morbi spem remedii pollicetur, tamen quia primum, ut ais, in congregationibus initium salutis adquiritur et sani in solitudine esse non possunt nisi quos prius coenobiorum medicina sanauerit, perniciosa rursum desperatione concidimus, ne forte qui inperfecti coenobium reliquimus nequaquam iam in heremo perfecti esse ualeamus.

XIIII. IOHANNES: De morborum suorum curatione sollicitis remedium salutare deesse non poterit, et idcirco eodem modo, quo uniuscuiusque uitii deprehenduntur indicia, etiam remedia sunt petenda. nam quemadmodum solitariis humanae conuersationis uitia diximus non deesse, ita uirtutum studia et

2 exibere *FO* 3 archana BF^1K^1 7 lucide *Oβv*: *cf. X, 12 init.* statis ac perteque F^1 percipimus *O* cottidiana *FK*
8 diuturnis *c* 9 quemammodum *B* 10 et uidentissima F^1
11 medela $B^2F^2Z^2$ medellam *O* 12 remediis *βv*: *cf. cap. 14, 1*
13 multarum *β* ualetud. *BFO* 14 aegrotantium conscientia *βv* 16 archana BF^1 etiam de $O^2βv$ 26 quod *O*
27 petenda *BFO*: quaerenda *βv* quemammodum *B* humana *O*

instrumenta sanitatum omnibus ab humana conuersatione
2 discretis suppetere non negamus. cum se igitur inpatientiae
seu irae perturbationibus incursari illis quibus supra ostendimus
indiciis unusquisque deprehenderit, contrariis semet ipsum
obiectionibus semper exerceat, et propositis sibi multimodis
iniuriarum dispendiorumque generibus uelut ab alio sibimet
inrogatis adsuefaciat mentem suam omnibus quae inferre
inprobitas potest perfecta humilitate subcumbere, atque aspera
sibi quaeque et intolerabilia frequenter obponens quanta eis
occurrere debeat lenitate omni iugiter cordis contritione
meditetur: et ita respiciens ad illas sanctorum omnium siue
ipsius domini passiones uniuersa non solum conuiciorum, sed
etiam poenarum genera inferiora meritis suis esse pronuntians
3 ad omnem se dolorum tolerantiam praeparabit. cumque ali-
quando ad coetus fratrum aliqua fuerit inuitatione reuocatus,
quod non potest non uel raro etiam districtissimis heremi
adcolis prouenire, si mentem suam etiam pro uilibus quibusque
rebus deprehenderit tacite fuisse conmotam, ut quidam occul-
torum motuum seuerissimus censor mox sibi illa durissima
iniuriarum genera, quibus ad perfectam tolerantiam semet
ipsum cotidianis meditationibus exercebat, exprobret atque ita
se obiurgans et increpans adloquatur: tune ille es, bone uir,
qui te, dum in illa solitudinis tuae exerceris palaestra, omnia
superaturum mala constantissime praesumebas, qui dudum,
cum tibi non solum summas conuiciorum acerbitates, uerum
etiam intoleranda supplicia ipse proponeres, satis ualidum
4 atque ad omnes procellas inmobilem te credebas? quomodo

1 ab *BF*: enim ab *O* etiam ab *βv* 2 posse suppetere *Oβv* 3 siue *βv* quibus *BF*: quae *Oβv* 5 et] ut *BF* 6 uelud *B*[1] 8 succumb. *BF* adque *F* 9 obponens *OK*[1]*Z*: opp. *rell.* 12 conuitiorum *B*[2]*β* 16 destrict. *B*[1]*FO* 17 adcolis *F*[1]: accolis *rell.* peruenire *BF* pro uilibus *O*: probabilibus *BF* pro leuibus *βv* 21 cottid. *K* exprobet *BFK*[1] adque *F* 23 te dudum *K*[2]*Z* exerceris *scripsi*: exerceres *BFv* exercereris *O* exercere *K* exercens (ns *in ras. m. 2*) *Z* phalestra *K* palestra *rell.* 25 conuitiorum *B*[2]*β* aceruitates *B*[1]

innicta illa patientia tua leuissimi uerbi prolusione confusa est? quomodo domum tuam supra illam solidissimam petram tanta ut tibi uidebatur mole constructam leuis aura conmouit? ubi est illud quod inani fiducia bellum in pace desiderans proclamabas: paratus sum, et non sum turbatus, et cum propheta saepe dicebas: proba me domine, et tempta me: ure renes meos et cor meum, et: proba me domine, et scito cor meum: interroga me, et cognosce semitas meas. et uide, si uia iniquitatis in me est? quomodo ingentem certaminis adparatum exigua hostis umbra conterruit? tali ergo semet ipsum conpunctionis 5
animaduersione condemnans inultam suae conmotionis obreptionem esse non sinat, sed artiore carnem suam ieiunii ac uigiliarum correptione castigans ac iugibus continentiae poenis culpam suae mobilitatis excrucians illud, quod ad plenum excoquere in coenobii conuersatione debuerat, in solitudine constitutus hoc exercitationis igne consumat. illud sane ad obtinendam iugem ac stabilem patientiam constanter atque inmobiliter est tenendum, non licere nobis, quibus lege diuina non solum ultio iniuriarum, sed etiam memoria prohibetur, cuiuslibet detrimenti uel inritationis obtentu ad iracundiam conmoueri. quod enim grauius animae potest euenire dis- 6
pendium, quam ut per conmotionis subitam caecitatem ueri atque aeterni luminis claritate priuata ab illius qui mitis et humilis corde est contemplatione discedat? quid rogo perniciosius quidue deformius, quam ut quis honestatis iudicium et regulam ac disciplinam rectae discretionis amittat et ea sanus ac sobrius perpetret, quae ne temulentus quidem ac

5 Ps. 118, 60   6 Ps. 25, 2   7 Ps. 138, 23—24   19 cf. Lev. 19, 18   24 Mt. 11, 29

1 confossa $O^2\beta v$ 6 profeta *BF*   dixisti βv 10 adparatum *FO*: app. *rell.*   12 condempnans β^1 inultam anime *O*   suae con(com)motionis obreptionem *BFO*: animi sui commotiunculam βv 15 illud *BF*: illuht *O* id βv 16 exquoquere B^1F^1O 18 optinendam BF^2Z^2 optionendam F^1 22 uenire β 25 ergo *O corr.*   28 nec βv quidem quis βv

7 sensu indigens ueniabiliter admisisset? haec ergo et cetera his similia detrimenta quisque perpenderit, non solum uniuersa damnorum genera, sed etiam iniuriarum atque poenarum quaecumque possunt a crudelissimis inrogari facili sustentatione despiciet, nihil dispendiosius iracundia nec pretiosius tranquillitate animi ac perpetua cordis sui iudicans puritate, ob quam non solum carnalium, sed etiam illarum quae spiritales uidentur rerum spernenda sunt commoda, si alias adquiri uel perfici nisi cum huius tranquillitatis perturbatione non possunt.

XV. GERMANVS: Sicut ceterorum uulnerum, id est irae, tristitiae, inpatientiae, per obiectionem contrariarum rerum medella monstrata est, ita etiam contra spiritum fornicationis quod curationis genus nos oporteat adhibere uolumus edoceri, id est utrum concupiscentiae ignis propositis sicut illic maioribus inritationum augmentis possit extingui: quod satis castitati credimus esse contrarium, si non solum exaggerentur in nobis libidinis incentiua, sed uel praetereunte adtingantur mentis intuitu.

XVI. IOHANNES: Quaestionem, quae etiam tacentibus uobis narrationem nostram fuerat secutura, sagax interrogatio uestra praeuenit, et idcirco efficaciter eam sensibus uestris concipiendam esse non ambigo, quando equidem institutionem nostram acumen uestri praecessit ingenii. sine labore enim cuiuslibet quaestionis dilucidatur obscuritas, cum absolutionem eius anticipans inquisitio quo ducenda est antecedit. itaque remediis quidem illorum quae supra diximus uitiorum non solum nihil officiunt, uerum etiam multum conferunt humana consortia.
2 nam frequentia inpatientiae suae crebrius patefacta quanto

4 facilius in temptatione *BF* 5 dispiciet *Z* despendiosius *BF* 6 hac *F* 8 uidenter F^1 spernanda *F* 12 contrariorum K^1 13 medela $B^2F^2Z^2$ medellam *O* 14 curationis B^1 15 utrum BFO^1: utrum etiam $O^2\beta v$ 16 inritationis βc 18 adtingantur mentis intuitu *BFO*: mentis oculo perstringantur βv 20 p quae B^2 23 quando equidem BF^1O: quando quidem $F^2\beta v$ 26 itaque de *BF*

magis adsiduum superatis dolorem conpunctionis intulerint, tanto uelociorem laborantibus conferunt sanitatem. ob quod etiam in solitudine consistentes, cum inritationum fomes atque materia ab hominibus non possit exsurgere, tamen earundem incitamenta debemus etiam de industria retractare, ut aduersus ea iugi cogitationum conluctatione pugnantibus nobis medella promptior conferatur. contra spiritum uero fornicationis diuersa 3
ratio et dispar est causa. nam quemadmodum corpori usus libidinis carnisque uicinia, ita etiam menti memoria eius penitus subtrahenda. satis enim perniciosum est adhuc infirmis aegrisque pectoribus uel tenuissimam recordationem huius passionis admittere, ita ut nonnumquam eis etiam sub recordatione sanctarum feminarum uel sub sacrae lectionis historia noxiae titillationis stimulus excitetur. cuius causa seniores nostri huiuscemodi lectiones sub praesentia iuniorum solent consultissime praeterire. sane perfectis et adfectu iam castimoniae consummatis probationes quibus examinare se ualeant deesse non possunt, quibus perfecta eorum cordis integritas incorrupto conscientiae suae iudicio conprobetur. erit ergo 4
consummato dumtaxat uiro similis etiam super hac passione probatio, ut qui se radices morbi huius penitus extirpasse cognouerit explorandae gratia castitatis imaginationem aliquam inlecebrosa mente concipiat. ceterum ab his qui adhuc infirmi sunt hanc examinationem nullatenus conuenit adtemptari (erit enim eis magis perniciosa quam utilis), ut coniunctionem femineam et palpationem quodammodo teneram atque mollissimam corde pertractent. cum ergo perfecta quis uirtute 5
fundatus ad inlecebram blandissimorum tactuum, quos cogitando confinxerit, nullum mentis adsensum, nullam commoti-

3 adque B^1 4 materiam *B* omnibus *O* exurgere *FO* 6 eam *β* medela $B^2F^2Z^2$ medellam *O* 8 quemammodum *B* 9 libidinis .... 10 penitus sub *om.* *F* uicinia *BO*: uicinitas *βv* ita *om.* *O* eius B^1O: eius est *βv* 10 penitus est B^2 13 uelut sub *β* storia *O* *ut solet* 16 sane *et rel.*] *de hoc loco cf. Prolegg.* iam] uiam F^1 uia F^2 19 comprob. *BF* 21 exstirp. *β* 22 gratiae *B* 24 adtemptare *BF* 27 quum *O*

onem carnis in se deprehenderit exagitatam, certissima puritatis suae capiet documenta, ita ut ad hanc se firmitatem puritatis exercens castitatis atque incorruptionis bonum non solum mente possideat, sed etiam si corporalem feminae adtactum necessitas ulla detulerit, execretur.

Hoc abbas Iohannes, cum horae nonae refectionem inminere sensisset, conlationem fine conclusit.

1 excogitatam *F* exitatam *O* 2 ad *om.* *B* 4 corporale *B* 5 exerceretur *F*[1] 6 iohanes *B* iohannis *K*[1] 7 conclusit (amen *add.* *O*) Explicit conlatio abbatis iohannis de fine coenobiotae (cenouitę *O*) et heremitae. Incipit conlatio (Incip̄ capit̄ conlationis *Z*) abbatis pinufii (pinophii *K* pinuphii *Z*) de paenitentiae fine et satisfactionis indicio (indicium *K*) *BFOβ* Incip̄t eiusdem capitula *BF* Incipit capitula amen *O* Capitula conlationis abbatis pinuphii de *et rel.* *K*: *om.* *Z*

XX.

CONLATIO ABBATIS PINVFII.

DE PAENITENTIAE FINE ET SATISFACTIONIS INDICIO.

CAPITVLA.

I. De abbatis Pinufii humilitate et eiusdem latebra.
II. De aduentu nostro ad eundem.
III. Interrogatio de paenitentiae fine et satisfactionis indicio.
IIII. Responsio de humilitate interrogationis nostrae.
V. De modo paenitentiae et indulgentiae documento.
VI. Interrogatio, an reminiscenda sint pro cordis conpunctione peccata.
VII. Responsio, quo usque anteriorum actuum recordatio sit habenda.
VIII. De diuersis paenitentiae fructibus.
VIIII. Quod utilis sit perfectis obliuio peccati.
X. Quod flagitiorum recordatio sit uitanda.
XI. De satisfactionis indicio et abolitione praeteritorum criminum.
XII. In quo temporaliter sit agenda paenitudo et in quo finem habere non possit.

5 punufii F^1 pinuphii *β* et *om.* *BO* eiusdemque *O* 6 ab K^1 eundem *BF*: abbatem nrm phinufium *O* abbatem pinuphium *β*(*v*) 7 penit. *BO* poenit. *β* indicium K^1 8 humanitate *O* 13 sit *om.* *β* 14 penit. *codd.* 15 peccanti K^1 peccandi K^2Z 16 uitanta K^1 17 obolitione *B* ablutione *O* 19 paenetudo K^1 20 possit. Finiunt capitula abbatis pinuphii de paenitentiae fine. Incipit conlatio ·III· abbatis pinuphii (pinphii *K*) *β* (de penitentiae fine et satisfactionis indicio *add.* K^2Z): *om.* *BFO* Incipit liber uicesimus *O*

I. Praeclari ac singularis uiri abbatis Pinufii de fine paeni-
tentiae praecepta dicturus magnam materiae partem mihi
uideor amputare, si humilitatis eius laudem, quam in quarto
institutionum libro, qui est super instituendis renuntiantibus
titulatus, breui sermone praestrinxi, lectoris fastidio consulens
hic silentio praetermittam, cum praesertim multi illius opusculi
notitiam non habentes in hanc possint incurrere lectionem et
omnis dictorum uacillet auctoritas, si dicentis meritum sub-
2 trahatur. hic siquidem cum haud longe a Panephysi, Aegypti
ut illic dictum est ciuitate, abbas et presbyter ingenti coenobio
praesideret tantumque eum omnis illa prouincia uirtutum
suarum atque signorum gloria subleuasset, ut sibi iam uide-
retur retributione laudis humanae laborum suorum recepisse
mercedem, timens ne sibi specialiter inuisa popularis fauoris
inanitas fructum praemii uacuaret aeterni, occulte monasterium
suum fugiens ad intima Tabennensium monachorum secreta
contendit, ubi non heremi solitudinem, non singularis uitae
securitatem, quam etiam inperfecti quique laborem oboedientiae
in coenobiis non ferentes superba nonnumquam praesumptione
3 sectantur, sed celeberrimo praelegit coenobio subiugari. ubi
tamen, ne ullo habitus sui proderetur indicio, indutus ueste
saeculari multis ut illic moris est diebus lacrimans pro foribus
excubauit, atque ad omnium genua prouolutus post diuturna
fastidia eorum, qui ad explorandum eius desiderium in ultima
eum iam aetate uelut ob panis egestatem conpulsum non
sincere illius propositi sanctitatem expetisse dicebant, tandem

4 cap. 30—31

1 pinuphii *β* (*passim*) 5 praestrinxi: *BFO*: perstrinxeram *β* perstrinxi *v* 6 qum *O* 8 uacillet *BF* 9 quum *O* aut B^1FO hant B^2K^1 panefesi *BF* panefisi *β* pane.... *O* aegyptia *β* 10 presbiter *B* 11 praesederet K^1 eum in omni *βv* prouintia *β* 12 subleuasset *BF*: sublimasset *Oβv* *cf. VIII, 16, 3* summis laudibus eleuatus 15 praemie B^1 euacuaret *FO* 16 thabennensium *β* tauenentium *O* 17 solitudini F^2 18 securitati F^2 labore *BF* 19 superbia B^1 20 pro|elegit K^1 preelegit *O* 23 diurna *BF* 25 ob *om.* *βv* egestate *Fβv* uelut panis egestate *etiam* O^2: *om.* O^1

ut susciperetur obtinuit. ubi adulescenti cuidam fratri, qui hortum susceperat excolendum, in adminiculum deputatus cum non solum omnia, quae idem praepositus imperasset uel quae iniuncti operis cura poscebat, cum admiratione tam sanctae humilitatis impleret, uerum etiam quaedam necessaria opera, quae propter horrorem sui a ceteris uitabantur, ita furtiuo per noctem labore perficeret, ut adueniente diluculo omnis illa congregatio tam utilium operum admirans ignoraret auctorem, cumque ita triennium ferme illic gaudens desideratis tam iniuriosae subiectionis laboribus exegisset, accidit ut quidam frater eidem cognitus ex illis unde ipse discesserat Aegypti partibus adueniret. qui cum de indumentorum eius atque 4
officii uilitate promptissimae agnitionis facilitatem diu haesitans cohiberet, post explorationem manifestissimam ad eius genua prouolutus primum stuporem fratribus cunctis, dehinc prodito etiam nomine, quod apud illos quoque praecipuae sanctitatis fama uulgauerat, etiam dolorem conpunctionis incussit, quod scilicet tanti meriti et sacerdotii uirum tam iniuriosis operibus deputassent. sed postquam flens ubertim et diabolicae inuidiae 5
quasi grauem proditionis suae inputans casum ad monasterium suum honorifica fratrum custodia ambiente perductus est, exiguo illic tempore demoratus rursus offensus est ipsis honoris sui ac primatus obsequiis ac furtim conscendens nauem ad Palaestinam Syriae prouinciam transmeauit, ubi uelut incipiens atque nouicius in illo in quo nos degebamus monasterii receptus habitaculo in nostra cellula ab abbate praeceptus est conmanere. sed nec illic quidem diu uirtutes eius ac merita latere potu-

1 optin. *B* aduliscenti BK^1Z adolesc. K^2 2 ortum *BO* suscip. β^1 amminiculo *B* adminiculo *F* quum *O* 3 eidem *O* 4 quum *O* ammiratione *B* 6 ita furtiuo per *om.* β: 7 noctis β^2 perfecerit *O* adueniente *om.* *Oβv* 9 quumque *O* caudens *F* 10 subiectionibus B^1F^1 exigisset β^1 11 ipse *BF*: ille *Oβv* 13 officii *Oβv*: off. eius *BF* prumpt. *B* 16 aput *BO* 17 fulgauerat *F* 18 et] ac *βv* hac *O* 22 demoratur rursum β ipsius B^2O 23 ascendens *O* inscendens *K* (*non Z*) palestinam *codd.* 24 prouintiam β incapiens K^1 27 nec *BFr*: ne *Oβc* uirtutis KZ^1

erunt. nam simili proditione detectus atque ad monasterium suum cum ingenti honorificentia ac laude reuocatus est.

II. Cum igitur post non longum tempus nos quoque Aegyptum petere sanctae institutionis desiderium conpulisset, summo eum affectu ac desiderio perquirentes tanta eius sumus gratia atque humanitate suscepti, ut nos tamquam pristinos syncellitas etiam cellulae suae, quam in extrema horti sui parte
2 construxerat, honoraret hospitio. ubi cum satis ardua atque praecelsa cuidam fratri monasterii regulam subeunti coram omnibus in synaxi fratribus praecepta tradidisset, quae in quarto ut diximus institutionum libro quanta potui breuitate conplexus sum, tam inconprehensibilia nobis, tam mirifica uerae abrenuntiationis culmina uidebantur, ut nullo modo illuc humilitatem nostram crederemus posse conscendere.
3 igitur desperatione deiecti et ipso etiam uultu intimam cogitationum amaritudinem non celantes ad beatum senem satis anxia mente recucurrimus: cui protinus causam tantae maestitudinis inquirenti abba Germanus grauiter ingemescens ita respondit.

III. Quanto magnificentior atque sublimior incognitae nobis sermo doctrinae iter arduum praecelsissimae renuntiationis aperuit et quasi remota oculorum nostrorum caligine conditum caelo eius culmen ostendit, tanto maiore desperationis mole deprimimur. inmensitatem siquidem eius cum exiguitate nostrarum uirium metientes et nimiam humilitatem ignorantiae nostrae cum infinita uirtutis ostensae celsitudine conferentes paruitatem nostram non solum ad illam non posse proficere,

11 cap. 32—43

1 ad *om.* *O* 2 reuocatus tandem quod erat esse conpulsus est *Oβv*: *at cf. Inst. IIII, 31 fin.* 3 Quum *O* quoque] quos *BF* 7 tyncillitas *BF* sinceritas *O* hortis *F*[1] orti *O* sui *om.* *Oβv* 10 sinaxi *BOZ* 11 praediximus *Oβv* 12 tamque mirifica *Oβv* 14 illic *O* 15 disperatione *B*[1]*O* ipsum *K*[1] 17 recurrimus *Oβv* 18 abbas *K*[1]*Zv* 21 precellentissime *O* 23 disperationis *B*[1]*OZ*[1] 24 deprimemur *F* depremimur *K*[1] quum *O* 25 humilitatem ignorantiae *BF*: abiectionem ignauiae *Oβv* 26 quum *O* 27 illa *βr*

uerum etiam ab eo quod est deficere posse sentimus. nam 2
ponderibus nimiae desperationis oppressi quodammodo de
infimis ad inferiora prolabimur. unum proinde ac singulare
praesidium medellam nostris potest conferre uulneribus, ut de
fine paenitentiae et maxime satisfactionis indicio aliqua discamus, ut certi de remissione praecedentium delictorum possimus
etiam ad conscendenda fastigia praedictae perfectionis animari.

IIII. PINVFIVS: Delector quidem admodum copiosis humilitatis uestrae fructibus, quos etiam cellulae illius quondam habitatione susceptus non incuriosa aestimatione perspexi, ualdeque gaudeo quia id, quod a nobis omnium Christianorum infimis sola forsitan uerborum libertate praecipitur, tanta admiratione suscipitis, ut, cum ea si non fallor haud segnius quam a nobis dicta sunt impleatis, cumque sicut memini labore operis uestri paene dictorum grauitas adaequetur, ita meritum uestrae uirtutis occultetis, tamquam si nulla ad uos
eorum quae cotidie exercetis aura peruenerit. sed quia id 2
ipsum summa laude dignissimum est, quod uelut adhuc rudes incognita esse uobis ista sanctorum instituta testamini, id quod a nobis sedulo postulatis breuiter ut possumus conplectemur. necesse est enim ut ultra possibilitatem nostram atque uirtutem antiquae familiaritatis uestrae pareamus imperio. itaque de paenitentiae exoratione uel merito multi non solum dictis, uerum etiam scriptis plurima uulgauerunt monstrantes quanta eius utilitas, quanta uirtus quantaque sit gratia, ita ut deo praeteritis facinoribus offenso iamque iustissimam

2 disperationis B^1Z 4 medelam $B^1F^2Z^2$ 5 maxime de O^2 βv 8 pinuphius $O\beta$ ammodum BF curiosis BF 9 condam O quandam K^1 10 susceptos β 11 congaudeo $O\beta v$ 12 infirmis F^1 13 ammiratione B cum *eras.* *in* Z haut B aut O 14 sint BF expleatis qumque O 15 laborem O dict. nostrorum O grauitas adaequetur *scripsi*: grauitas adsequetur (adsequatur O) BFO nostrorum exaequetur (exequitur c) industria (instructio r) βv 16 occultetis *scripsi*: occuletis BFO occulitis β 19 stituta O 20 brebiter B^1O conplectamur βc 22 parcamus F 23 exortatione B^2O^2 exhortatione βv 24 scrib.tis (i *eras.*) B 26 iamque F^2: tamque BF^1O^1 itaque O^2 tamquam β

poenam pro tantis criminibus inferenti, si dici fas est, quodammodo obsistat et quasi inuiti ut ita dixerim dextram suspendat
3 ultoris. uerum haec omnia uobis uel pro sapientia naturali uel pro indefesso sacrarum studio litterarum ita cognita esse non ambigo, ut de his prima plantatio uestrae conuersionis inoleuerit. denique non de paenitentiae qualitate, sed de eius fine ac satisfactionis indicio solliciti id quod ab aliis praetermissum est sagacissima interrogatione disquiritis.

V. Quapropter ut omni breuitate atque conpendio propositionis uestrae desiderio satisfiat, paenitentiae plena et perfecta definitio est, ut peccata, pro quibus paenitudinem gerimus uel quibus nostra conscientia remordetur, nequaquam ulterius admittamus. indicium uero satisfactionis et indulgentiae est
2 affectus eorum quoque de nostris cordibus expulisse. nouerit enim unusquisque necdum se peccatis pristinis absolutum, quamdiu ei satisfactioni et gemitibus incubanti uel illorum quae egit uel similium criminum ante oculos imago praeluserit eorumque non dicam oblectatio, sed uel recordatio infestauerit mentis arcana. itaque tunc se is qui pro satisfactione peruigilat criminibus absolutum ac de praeteritis admissis ueniam percepisse cognoscat, cum nequaquam cor suum eorundem
3 uitiorum inlecebris senserit uel imaginatione perstringi. quamobrem uerissimus quidam examinator paenitentiae et index indulgentiae in conscientia residet nostra, qui absolutionem reatus nostri ante cognitionis et iudicii diem adhuc nobis in hac carne commorantibus detegit et finem satisfactionis ac remissionis gratiam pandit. et ut haec eadem quae dicta sunt

1 inferente *BFO* 4 literarum *Z* 5 conuersionis *Oβ*: conuersationis *BFv* (prima plantatio conuersionis *ut alibi* initium *seu* principium conuersionis) 7 satisfactiones K^1 8 *post* disquiritis *initium cap. 5 indicauit* B^2: *om. rell.* 9 ut *om. βv* 10 satisfiat *BFO*: satisfacere nitimur *βv* *post* nitimur *in v cap. 5 incipit: nulla uero distinctio in codd. praeter O* 13 uero *om. F* 14 quoque eorum *Oβv* 16 ei *BF*: sibi *Oβv cf. XVIII, 14, 4* satisfactione Z^1 17 oculos eius *O* preluxerit *O* 19 archana BFK^1 20 a criminibus $O^2βv$ 21 qum *O* 22 prestringi *O* 23 est et *O* 24 residens O^2 26 deteget $β^1$

significantius exprimantur, tum demum praeterita nobis uitiorum contagia remissa credenda sunt, cum fuerint de corde nostro praesentium uoluptatum desideria pariter passionesque depulsae.

VI. GERMANVS: Et unde nobis gigni poterit humiliationis tam sancta salutarisque conpunctio, quae ex persona paenitentis ita describitur: peccatum meum cognitum feci, et iniustitiam meam non operui. dixi: pronuntiabo aduersus me iniustitiam meam domino, ut illud quoque quod sequitur efficaciter dicere mereamur: et tu remisisti inpietatem cordis mei, uel quemadmodum in oratione prostrati nosmet ipsos ad confessionis lacrimas ualebimus excitare, per quas delictorum ueniam consequi mereamur secundum illud: lauabo per singulas noctes lectum meum: in lacrimis stratum meum rigabo, si peccatorum nostrorum memoriam de nostris cordibus extrudamus, quam iubemur e contrario tenaciter custodire dicente domino: et iniquitatum tuarum non recordabor. tu uero memento? ob quam rem non solum operans, uerum 2 etiam orans ad peccatorum meorum recordationem mentem meam etiam de industria reuocare contendo, ut ad humilitatem ueram et contritionem cordis efficacius inclinatus audeam dicere cum propheta: uide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.

VII. PINVFIVS: Interrogatio uestra, ut supra iam dictum est, non de paenitentiae qualitate, sed de eius fine proposita est et de satisfactionis indicio: ad quam congrue ut arbitror consequenterque responsum est. ceterum hoc quod de peccato-

7 Ps. 31, 5—6 (LXX) 10 l. c. (LXX) 14 Ps. 6, 7 (LXX) 18 Esai. 43, 25—26 (LXX) 23 Ps. 24, 18

1 significentius *F*[1] tunc *O* 5 V *BF* 6 tam *BFO*: illa *v om.* *β* 7 discribitur *β* cognitum *K*[1]: cognitum tibi *rell. v* 9 aduersum *OZv* 11 quemammodum *B* 15 in *om.* *O*[1] *βv* (LXX: ἐν δάκρυσι) lacrimis meis *K*[2]*Zv* 20 ad] a *O* recordatione *O* 21 etiam *post* meam *om.* *β* 22 audeat *B*[1]*F*[1] 23 profeta *F* 25 VI *BF* pinuphius *O*(*β*)

rum recordatione dixistis utile satis ac necessarium est, sed adhuc agentibus paenitentiam, ut cum iugi pectoris sui contusione proclament: quoniam iniquitatem meam ego agnosco: et peccatum meum contra me est semper, illud etiam: et cogitabo pro peccato meo. dum ergo agimus paenitentiam et adhuc uitiosorum actuum recordatione mordemur, necessarium est ut ignem conscientiae nostrae obortus ex confessione culparum lacrimarum imber extinguat.

2 cum uero cuiquam in hac humilitate cordis et spiritus contritione defixo atque in labore et gemitu perduranti horum recordatio fuerit consopita et conscientiae spina de medullis animae gratia dei miserantis euulsa, certum est eum ad satisfactionis finem atque indulgentiae merita peruenisse et ab admissorum criminum labe purgatum. ad quam tamen obliuionem non alias peruenitur nisi per oblitterationem uitiorum atque adfectuum pristinorum et perfectam cordis atque integram puritatem. quam sine dubio nullus eorum qui per ignauiam seu contemptum uitia sua purgare neglexerint adsequetur, nisi qui per gemitus atque suspiria maesta iugitate continuans omnem sordium pristinarum excoxerit labem et uirtute animi

3 atque opere proclamarit ad dominum: delictum meum cognitum feci, et iniustitiam meam non operui, et: fuerunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte, ut consequenter mereatur audire: quiescat uox tua a ploratu, et oculi tui a lacrimis: quia est merces operi tuo, ait dominus, illud quoque similiter ad eum

3 Ps. 50, 5 5 Ps. 37, 19 21 Ps. 31, 5 (LXX) 23 Ps. 41, 4 24 Hierem. 31, 16

3 quoniam] Qūm *B* 4 agnosco *B*: agnoscho *O* cognosco *Fβ et Vulgata* 8 obortum BF^2O abortum F^1 culpae *βv* 11 recordatione $β^1$ conposita $β^1$ spinam B^1F^1 12 gratiae K^1 dñi *O corr.* 14 admissorum BFO^1: uniuersorum $O^2βv$ *cf. cap. 8, 3* laue *F* 15 obliterationem *K* 16 adfectum B^1F 18 siue *βv* neglexerint *Z*: neclexerit *O* neglexerit *rell. v* adsequitur K^1 19 per *om. βv* 21 proclamaret K^1 deum *βv* 22 cognitum tibi O^2K^2Zv 23 fuerint *K* panes *βv* 25 mercis K^1

uoce domini dirigatur: deleui ut nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua, et iterum: ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum iam non recordabor. et ita funiculis peccatorum suorum, quibus unusquisque constringitur, absolutus domino cum omni gratiarum actione cantabit: disrupisti uincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.

VIII. Post illam namque generalem baptismi gratiam et illud pretiosissimum martyrii donum, quod sanguinis ablutione conquiritur, multi sunt paenitentiae fructus, per quos ad expiationem criminum peruenitur. non enim tantum simplici illo paenitentiae nomine salus aeterna repromittitur, de qua beatus apostolus Petrus paenitemini, inquit, et conuertimini, ut deleantur peccata uestra, et Iohannes Baptista uel ipse dominus: paenitentiam agite: adpropinquauit enim regnum caelorum, sed etiam per caritatis affectum peccatorum moles obruitur: caritas enim operit multitudinem peccatorum. similiter etiam per elemosynarum 2
fructum uulneribus nostris medella praestatur, quia sicut aqua extinguit ignem, sic elemosyna extinguit peccatum. ita et per lacrimarum profusionem conquiritur ablutio delictorum: lauabo enim per singulas noctes lectum meum: in lacrimis stratum meum rigabo. denique subiungit ostendens non inaniter eas fuisse profusas: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem:

1 Esai. 44, 22 2 Esai. 43, 25 5 Prov. 5, 22 (LXX) 7 Ps. 115, 16—17 14 Act. 3, 19 16 Mt. 3, 2 18 I Pet. 4, 8 20 Sir. 3, 33 23 Ps. 6, 7 (LXX) 26 l. c. 9

1 delebi B^1F^1O nibem O^2 2 nebula *BF* ego sum *semel Bc* ego ego sum FO^1 9 VII *BF* babtismi *O* 14 inquid FOK^1Z 15 uestra peccata *β* babtista *O* 16 adpropinquauit *F*: adpropinquabit *rell. v* 18 mole subruitur *O* karitas *O* 19 elemosinarum BOK^1Z^2 aelimosyn. *F* elymosin. Z^1 20 medela F^2K^2 21 sic *BOβ*: ita *Fv* elemosina BOZ^2 elimosyna *F* elymosina Z^1 22 et ita *BFO* 24 in *om. Oβv* lacrimis meis K^2Zv

3 quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. nec
non per criminum confessionem eorum ablutio condonatur:
dixi enim: pronuntiabo aduersus me iniustitiam
meam domino: et tu remisisti inpietatem cordis
mei, et iterum: narra tu iniquitates tuas prius, ut
iustificeris. per adflictionem quoque cordis et corporis
admissorum scelerum remissio similiter obtinetur: nam uide,
inquit, humilitatem meam, et laborem meum: et
dimitte omnia peccata mea, praecipueque per emendationem
morum: auferte, inquit, malum cogitationum
uestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse,
discite bene facere: quaerite iudicium,
subuenite obpresso, iudicate pupillo, defendite
uiduam. et uenite, arguite me, dicit dominus: et
si fuerint peccata uestra ut coccinum, uelut nix
dealbabuntur: si fuerint rubra quasi uermiculus,
4 uelut lana munda erunt. interdum etiam intercessione
sanctorum inpetratur uenia delictorum: qui enim scit fratrem
suum peccare peccatum non ad mortem, petit,
et dabit ei uitam, peccanti non ad mortem, et
iterum: infirmatur quis ex uobis? inducat presbyteros
ecclesiae, et orent super eum, unguentes
eum oleo in nomine domini. et oratio fidei saluabit
infirmum, et alleuabit eum dominus: et si in peccatis
5 sit, dimittuntur ei. nonnumquam misericordiae
ac fidei merito labes excoquitur uitiorum secundum illud: per

3 Ps. 31, 5 (LXX) 5 Esai. 43, 26 (LXX) 7 Ps. 24, 18 10 Esai. 1, 16—18 18 I Ioh. 5, 16 21 Iac. 5, 14—15 26 Prov. 15, 27

1 quoniam] qūm (*i. e.* quoniam) *B* 2 abolitio *O²βv* conceditur *βc* 3 aduersum *Ov* 4 inpietates *F* 5 prius *BFO* (*πρῶτον cod. Sinait.*): primus (*πρῶτος*) *βv* 6 cordis quoque *B* 7 optinetur *BZ²* 8 inquid *FOK¹Z* 10 inquid *FOK¹Z* 11 peruersa *B¹ ut uid.* 14 uenite et arguite *βv* 17 lanae mundarunt *B¹* munda] alba *v*: *om.* *Oβ* 19 petat *B¹Ov* 20 uitam deus *Oβv* 21 presbit. *BZ* 24 alleuauit *F* 25 dimittuntur *B*: dimittentur *rell.* *v* 26 labis *K¹Z* exquoquitur *FO* exequitur *K¹*

misericordiam et fidem purgantur peccata. per
conuersionem plerumque ac salutem eorum, qui nostris monitis
ac praedicatione saluantur, quoniam qui conuerti fecerit
peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animam
eius a morte et cooperiet multitudinem pecca-
torum, per indulgentiam nihilominus ac remissionem nostram
ad indulgentiam nostrorum facinorum peruenitur: si enim
dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et
uobis pater uester caelestis delicta uestra. uidetis
ergo quantos misericordiae aditus patefecerit clementia salua-
toris, ut nemo salutem cupiens desperatione frangatur, cum
uideat se tantis ad uitam remediis inuitari. si enim pro 6
infirmitate carnis adflictione ieiuniorum abolere te tua peccata
non posse causaris nec potes dicere: genua mea infirmata
sunt a ieiunio: et caro mea inmutata est propter
oleum. quia cinerem tamquam panem manducabam,
et potum meum cum fletu miscebam, elemosynarum
ea redime largitate. indigenti si non habes quod inpertias
(licet nullum ab hoc opere necessitas inopiae ac paupertatis
excludat, quando quidem et illius uiduae duo tantum minuta
ingentibus diuitum donariis praeferuntur et pro calice aquae
frigidae mercedem se redditurum dominus repromittit), certe
morum poteris emendatione purgari. quodsi perfectionem 7
uirtutum extinctione uitiorum omnium non potes adipisci,
sollicitudinem piam erga utilitatem alienae salutis inpende.

3 Iac. 5, 20 7 Mt. 6, 14 14 Ps. 108, 24 16 Ps. 101, 10 20 cf. Luc. 21, 1—2 22 cf. Mt. 10, 42

4 saluat *βv* 5 cooperit *β* operit *v* 8 et *om.* *BFOK*^{1} 10 saluatores *K*^{1} 11 disperatione *B*^{2}*Z* 13 et afflictione *BFO* tua *om.* *βc* 16 manducaui *K*^{1}*Z* 17 elemosynarum *K*^{2}: elymosinarum *BZ*^{1} ęlimosyn. *F* elemosin. *OK*^{1}*Z*^{2} 18 indigenti si] indigenti* (s *eras.*) *F* 20 minuta (λεπτά) *BF*: era minuta *O* aera *β* 21 donariis (*τὰ δῶρα Luc. 21, 1*) *O*: denariis *BF* muneribus *βv* *cf. XXI, 1, 3* praeferantur *K*^{2}*Zr* praeferentur *K*^{1} calicem *K*^{1} 22 repromittat *K*^{2}*Zr* certe absque illis morum *βc* 23 perfectione *BF* ad perfectionem *O* 24 extinctionem *BK*^{1}

si autem idoneum te huic ministerio non esse conquereris,
operire peccata poteris caritatis affectu. in hoc quoque si te
fragilem fecerit quaelibet mentis ignauia, oratione saltim atque
intercessione sanctorum remedia uulneribus tuis humilitatis
affectu submissus inplora. postremo quis est qui non possit
suppliciter dicere: peccatum meum cognitum feci: et
iniustitiam meam non operui? ut per hanc professionem
etiam illud subiungere mereatur: et tu remisisti inpie-
8 tatem cordis mei. quodsi uerecundia retrahente reuelare
ea coram hominibus erubescis, illi quem latere non possunt
confiteri ea iugi supplicatione non desinas ac dicere ei: ini-
quitatem meam ego agnosco: et peccatum meum
coram me est semper. tibi soli peccaui, et malum
coram te feci, qui et absque ullius uerecundiae publicatione
curare et sine inproperio peccata donare consueuit. post istud
quoque tam promptum certumque subsidium aliud quoque
adhuc facilius largita nobis est diuina dignatio ipsamque
remedii opem nostro conmisit arbitrio, ut indulgentiam nostro-
rum scelerum pro nostro praesumamus affectu dicentes ei:
dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimitti-
9 mus debitoribus nostris. quisquis igitur ad indulgentiam
suorum criminum desiderat peruenire, istis semet ipsum aptare
studeat instrumentis. neminem obdurati cordis peruicacia a
remedio salutari et fonte tantae pietatis auertat, quia etiamsi
haec omnia fecerimus, non erunt idonea ad expiationem
scelerum nostrorum, nisi ea bonitas domini clementiaque

6 Ps. 31, 5 (LXX) 8 l. c. (LXX) 11 Ps. 50, 5–6
20 Mt. 6, 12

1 conquireris B^1K 2 karitatis O 3 salutem B^1 saltem B^2
FO 5 summissus OK^2 6 cognitum tibi O^2K^2Zv 7 con-
fessionem βv 8 illud BFO^1: illud confidenter $O^2\beta v$ 10 quem]
quidem B^1 11 subplic. B ei *om.* βv 12 cognosco βv
13 coram (ἐνώπιον) BFO: contra βv 16 prumptum B^1K^1
21 debita debitoribus F 22 desederat K^1 23 neminem BFO:
nec βv obturati BF 24 et fonte B^2FO: et fontem B^1 fon-
tem βv

deleuerit. qui cum religiosi conatus obsequia supplici mente
a nobis oblata perspexerit, exiguos paruosque conatus inmensa
liberalitate prosequitur dicens: ego sum, ego sum qui
deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum
tuorum iam non recordabor. ad hunc igitur quem 10
praediximus statum quisque contenderit, satisfactionis gratiam
cotidianis ieiuniis et mortificatione cordis et corporis adsequetur,
quia, sicut scriptum est, sine sanguinis effusione non
fit remissio. nec inmerito. caro enim et sanguis
regnum dei possidere non possunt. et ideo quisquis
ab huius sanguinis effusione gladium spiritus, quod est
uerbum dei, uoluerit inhibere, absque dubio illa Hieremiae
maledictione plectetur: nam maledictus, inquit, qui prohibet
gladium suum a sanguine. hic namque est 11
gladius, qui illum noxium sanguinem quo animatur materia
peccatorum salubriter fundens, quidquid reppererit in membris
animae nostrae carnale terrenumue concretum, resecat et
abscidit ac mortificatos uitiis uiuere deo et spiritalibus facit
uigere uirtutibus. et ita iam non recordatione ueteris admissi,
sed spe futurorum flere incipiet gaudiorum, nec tam de praeteritis
malis quam de uenturis cogitans bonis non ex peccatorum
maerore lacrimas, sed ex aeternae illius laetitiae alacritate
profundet, atque obliuiscens ea quae posteriora sunt,
id est carnalia uitia, ad ea quae in ante sunt extendetur,
hoc est spiritalia dona atque uirtutes.

VIIII. Ceterum quod paulo ante dixisti te etiam de industria praeteritorum peccatorum memoriam retractare, hoc fieri

3 Esai. 43, 25 8 Hebr. 9, 22 9 I Cor. 15, 50
11 Eph. 6, 17 13 Hierem. 48, 10 23 Phil. 3, 13

1 qui] cui F^2 relegiosi BK^1 subplici K^1 supplice Z
2 prespexerit O 3 libertate O 5 *post* recordabor *in* BF *cap.* 8 *incipit, in* O *rasura est: uidetur* VIII *deletum* ergo $O^2\beta v$
6 conscenderit $O\beta v$ 7 adsequitur β 12 iheremiae O hieremiae prophetae $\beta(v)$: *in* O *est* p̄rfete *s. l. a m. 2* 13 inquid FOK^1Z
15 noxium· F sanguinem noxium B 16 quicquid BOK^2
17 animae nostrae BFO: nostris βv 21 non] nec B 23 profundit β

penitus non oportet, quin immo si uiolenter obrepserit, protinus
extrudatur. multum namque retrahit mentem a contemplati-
one puritatis, eius praecipue qui in solitudine commoratur,
inplicans eam sordibus mundi huius et praefocans faetore
uitiorum. dum enim recolis ea, quae secundum principem
saeculi huius per ignorantiam seu lasciuiam conmisisti, ut
concedam tibi quod in hac cogitatione posito oblectatio nulla
subrepat, certe antiquae putredinis uel sola contagio necesse
est ut taetro mentem faetore conrumpat et spiritalem uirtutum
2 fragrantiam, id est suauitatem boni odoris excludat. cum
ergo praeteritorum memoria uitiorum pulsauerit sensum, ita
ab ea resiliendum est, sicut refugit uir honestus et grauis, si
inpudicae ac procacis feminae in publico aut conloquiis aut
amplexibus adpetatur. qui utique nisi se a contactu eius
festinus abstraxerit et uel breuissimam moram inhonestae
confabulationis admiserit, etiamsi consensum pudendae respuat
uoluptatis, infamiae tamen ac reprehensionis notam cunctorum
3 praetereuntium iudicio non euadet. ita igitur etiam nos
oportet, cum fuerimus ad huiusmodi cogitationes pestifera
recordatione deducti, raptim ab earum contemplatione discedere
et implere illud quod a Salomone praecipitur: sed exili,
inquit, noli demorari in loco eius, neque intendas
oculum tuum in eam, ne uidentes nos angeli inmundis ac
turpibus cogitationibus inuolutos non possint de nobis prae-

21 Prov. 9, 18 (LXX)

1 etiamsi $O^2\beta v$ inrepserit $O\beta v$ 2 excludatur O retrahet $O\beta$ 4 faetore β: foetore B fetore FO 5 uitiore F 6 siue βv 8 subripiat BFO putridinis K^1 contagione O 9 tetro *codd.* fetore BFO foetore β uirtutem B^1 10 flagrantiam $B\beta$ fraglantiam FO odoris boni B 12 resilienda B^1F 14 quia O contractu O 15 inhonestate $B^1\beta^1$ 16 inpudendae $\beta(c)$ 17 uoluntatis β 18 praeeuntium F euadit β 19 ad O: ab BF in β cogitatione O recordationis BF 20 recordatione] cogitatione BF (*scribendum puto*: ad huiusmodi recordationis pestiferas cogitationes) 21 solomone O sed *om.* BFO exilii F^1 exsili K^2Z^1 22 inquid FO infigas K infi*gas Z 24 captationibus β possent K^1

tereuntes dicere: benedictio domini super uos. inpossi- 4
bile namque est mentem bonis cogitationibus inmorari, cum
principale cordis ad turpes atque terrenos intuitus fuerit
deuolutum. uera est enim illa Salomonis sententia: oculi tui
cum uiderint alienam, os tuum tunc loquetur
praua, et iacebis tamquam in corde maris, et
sicut gubernator in magna tempestate. dices
autem: feriunt me, sed non dolui, et deluserunt
me, ego autem nesciui. derelictis ergo non solum turpi- 5
bus, sed etiam terrenis cogitationibus uniuersis erigenda semper
est ad caelestia nostrae mentis intentio secundum saluatoris
nostri sententiam: ubi enim ego sum, inquit, illic et
minister meus erit. solet enim frequenter accidere, ut
dum uel suos uel aliorum lapsus imperitorum quispiam
miserantis retractat affectu, ipse etiam subtilissimi teli
uoluptario perstringatur adsensu et initium sub specie pietatis exortum obsceno ac noxio fine concludat: sunt enim
uiae quae uidentur apud homines rectae, nouissima
autem earum uenient in profundum inferi.

X. Quapropter studendum nobis est, ut uirtutum potius adpetitu et desiderio regni caelorum quam noxiis uitiorum recordationibus nosmet ipsos ad conpunctionem laudabilem prouocemus, quia necesse est tamdiu quempiam pestilentissimis cloacae faetoribus praefocari, quamdiu super eam stare uel caenum eius uoluerit commouere.

XI. Nouerimus autem nos, ut saepe diximus, tunc demum pro praeteritis satisfecisse peccatis, cum ipsi motus atque

1 Ps. 128, 8 4 Prov. 23, 33—35 (LXX) 12 Ioh. 12, 26
17 Prov. 16, 25 (LXX)

2 menti *ex* mentis *F* cogitationis *B*[1]*F* 5 aliena *BFO* loquitur *B* 7 dicis *β* 8 feriunt (τύπτουσι) *KZ*[1]: ferierunt *B FOZ*[2]*v* et *om. O* deliserunt *B*[1]*F* 10 uniuersis emendati semper ad celestia nr͠e mentis intentio dirigatur *O* est semper *βv* 12 inquid *FOK*[1] 14 uel *ante* suos *om. BFO*[1] lapsos *B*[1] 16 uoluntario *BF* prestringatur *O* 17 obscoeno *F* 18 aput *B* apuht *O* 20 est nobis *βv* 21 adpetitu *OK*[1]: app. *rell.* 24 fetoribus *BFOK*[1]*Z* foet. *K*[1] supra *Oβv* 25 cenum *BO*

adfectus, per quos paenitenda conmisimus, fuerint de nostris cordibus amputati. quod tamen nullus obtinere posse se credat, qui non prius ipsas causas atque materias, pro quibus in illa conlapsus est crimina, omni spiritus sui feruore succiderit: ut uerbi gratia si in fornicationem uel adulterium perniciosa feminarum familiaritate conlapsus est, summa festinatione etiam ipsum earum deuitet aspectum, aut certe si per abundantiam uini epularumque est nimietatem succensus, inlicientium ciborum crapulam summa districtione castiget.
2 et rursum si in periurium aut furtum aut homicidium aut blasphemiam pecuniarum desiderio atque amore corruptus incurrit, materiam auaritiae inlectricem suae deceptionis abscidat: si in iracundiae uitium superbiae passione conpellitur, adrogantiae ipsius fomitem summa humilitatis uirtute conuellat. et ita ut unumquodque peccatum possit extingui, causa atque occasio per quam uel ob quam admissum est debet primitus amputari. isto enim curationum remedio ad obliuionem quoque admissorum criminum sine dubio peruenitur.

XII. Verum ista praedictae obliuionis definitio super capitalibus tantum sit criminibus constituta, quae Moysaica quoque lege damnantur, quorum sicut per conuersationem bonam abiciuntur uel consumuntur adfectus, ita etiam paenitentia accipit finem. ceterum ab istis minutis, in quibus septies iustus cadit ut scriptum est et resurgit, num-
2 quam deerit paenitudo. aut enim per ignorantiam, aut per

24 Prov. 24, 16

1 adfectus K^1: aff. OK^2Z effectus *BF* 2 optinere *B* se posse *BF* 4 sui *om.* *βv* 8 habundantiam *BF* nimietatem *scripsi*: nimietate *codd.* *v* 9 inlicientium *Fr*: inlicentium B^1O^1 inlicitorum B^2 inlicita O^2 inlicitam *βc* cyborum *B* crapula *O* destrictione F^1O 11 blasfemiam *O* *et* (b *ex* p) *K* 13 abscidit O^1 propellitur *βv* 14 conuellet O^1 15 et ut ita *B* ut *om.* *F* 17 amputare B^1FO etenim *βv* 20 moysaica B^1: mosayca OK^2 mosaica *rell.* 21 conuersionem O^1 22 penit. *BOβ* 23 minutiis K^1 24 scribtum *Z* resurget *O* 25 paenitudo deerit *F*

obliuionem, aut per cogitationem, aut per sermonem, aut per obreptionem, aut per necessitatem, aut per fragilitatem carnis et somnii pollutionem singulis diebus uel inuiti uel uolentes frequenter incurrimus, pro quibus et Dauid orans dominum purificationem atque indulgentiam deprecatur dicens: delicta quis intellegit? ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo, et apostolus: non enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago, et pro quibus idem etiam heiulans proclamauit: infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?
tanta enim in his facilitate tamquam naturali lege prolabimur, 3
ut, quantalibet circumspectione atque custodia caueantur, non possint ad plenum ista uitari. de istis siquidem unus discipulorum, quem diligebat Iesus, abrupta definitione pronuntiat dicens: si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et uerbum eius non est in nobis. proinde perfectionis culmen pertingere cupienti non magne proderit ad finem paenitentiae peruenisse, id est ab inlicitis temperare, nisi etiam in illis uirtutibus indefesso cursu semet ipsum semper extenderit, quibus ad satisfactionis indicia
peruenitur. nec enim a faetidis criminum sordibus quae 4
abhorret dominus quemquam abstinuisse sufficiet, nisi etiam illam bonam uirtutum fragrantiam, qua dominus delectatur, puritate cordis et apostolicae caritatis perfectione possederit.

Huc usque abbas Pinufius de satisfactionis indicio ac paenitentiae fine disseruit. qui licet ut in eius coenobio residere

5 Ps. 18, 13—14 7 Rom. 7, 19 9 l. c. 24 15 1 Ioh. 1, 8 et 10

1 aut per cogitationem aut per sermonem *om.* *BF*: *cf.* *XXII, 7, 2. XI, 9, 6* 3 et somnii pollutionem *om.* *βv* 5 adque *F* 6 me dñe et *O* 9 heiulans *K*[1]: [h]e*ulans (i *eras.*) *O* eiulans *rell.* 10 liberauit *B*[1]*FZ*[1] 11 in his *om.* *F* 12 cabeantur *F*[1]*O* 16 in nobis non est *Z*[1] 17 magne *BO*: magn* (ae *eras.*) *F* satis *βv* 18 ad] ad in *B* 21 fetidis *BF*: fę(foe-)tidissimis *Oβv* 23 illam *om.* *BF* fraglantiam *BFO* flagrantiam *β* quam *BF*[1]*O* 24 possiderit *B*[1]*FZ* 25 pinuphius *β*

mallemus sollicito precaretur affectu, tamen fama Scitioticae solitudinis inuitatos, cum retinere non posset, emisit.

1 scitiotice *O*: scithioticae (*sed* thi *in ras.* *K*) *BFK* sciti...otice *Z* 2 possit *Z* emisit. Explicit (Lib. *add.* *F* conlatio *add.* *O*) abbatis pinufi (pinufii *FO* pinuphii *β*) de paenitentiae (penitudinis *β*) fine et satisfactionis indicio. Incipit (conlatio *add.* *O*) abbatis theone (theonę *FK*[2] theoneę *K*[1]*Z*) de remissione quinquagensimae (quinquagesimae *BFO*) *BFOβ* Capitula eiusdem *O*: *om. rell.*

XXI.

CONLATIO ABBATIS THEONAE PRIMA.

DE REMISSIONE QVINQVAGENSIMAE.

CAPITVLA.

I. Quomodo Theonas ad abbatem Iohannem uenerit.

II. Exhortatio abbatis Iohannis ad Theonan et ceteros qui cum eo conuenerant.

III. De decimarum et primitiarum oblatione.

IIII. Quod Abraham, Dauid ceterique sancti legis mandata fuerint supergressi.

V. Quod sub euangelii gratia agentes superare debeant mandata legalia.

VI. Quod euangelii gratia, sicut perfectis tribuit regna caelorum, ita ueniabiliter sustentet infirmos.

VII. Quod in nostra situm sit potestate, utrum sub euangelii gratia an sub legis uelimus terrore consistere.

VIII. Quemadmodum Theonas coniugem suam, ut et ipsa renuntiaret, hortatus sit.

6 exortatio *FO* theonan *β*: theonam *BFOv* 7 uenerant *F* 8 de *om.* *O* oblationum *O* 9 habraham *F* abraam *O* legis *om.* *O* 11 euangeli *F* gratiagentes *O* degentes *βv* 13 tribuet *BF* regnum *O* 14 uenerabiliter *K*[1] sustinet *BF* sustentat *O* infirmus *B* 16 euangelia *BF* uellimus *B* 18 quemammodum *B*, *item infra*

2 peruolaret *FO* 5 quur *FO* quinquagensimae *β* (*passim*): quinquages. *BFO* (*passim*) 6 ieiunaretur *β* in oratione *om.* *O* 9 sunt *om.* *O* 13 debet *O* 14 a *om.* *F* 18 quur *BO* quinquagesimae *BF* quinquaginta *Oβv* 20 Responsio de ipsuht *O* 21 abstinentię *B* 24 refectiones *K*[1] 25 xlg; (*i. e.* quadragesimae) *F* 27 ad *om.* *Oβ*

I. Priusquam uerba conlationis huiusce habitae cum summo uiro abbate Theona incipiamus euoluere, necessarium reor ut initium conuersionis eius breui sermone perstringam, quia ex

9 Rom. 6, 14

1 quur *BFO* diuersorum *Oβ* 3 quadraginsima K^1 quum *O* XXX et sex *Oβ* 4 tantummodo *om. O* 5 quadragm̃ɔ *F* quadraginsimae K^1 7 XXX *om. B* 8 XXX *B* quemammodum *B* 9 nobis *O* 11 XXXI *B* 13 XXXII *B* sunt *O* 15 XXIII· Quemammodum *B* 16 XXXIIII *B* quur *BFO* 17 urguamur *O* urgeamur *β* 18 XXXV *B* quaesto *β* 19 reseruari. Finiunt capitula (Incp̃ LIB; *add. F*) *BF* Explicit capitula. Incipit liber uicesimus primus *O* Finiunt capitula de remissione quinquagensimae. Incipit conlatio ·IIII· (de eodem *add.* K^2Z) *KZ* 20 habite *BF*(*r*): habita *Oβc* 21 theonam B^1K^1 22 conuersationis *FO* sermonem F^1 prestringam *O*

VIIII. Quemadmodum non adquiescente uxore sua ad monasterium peruolarit.

X. Satisfactio pro eo, ne discidia coniugibus suadere uideamur.

XI. Inquisitio, cur in Aegypto totis diebus Quinquagensimae non ieiunetur nec genua in oratione curuentur.

XII. Responsio de natura eorum quae bona uel mala uel media sunt.

XIII. Quale bonum sit ieiunium.

XIIII. Quod non sit principale bonum ieiunium.

XV. Quod principale bonum non propter inferius bonum debeat exerceri.

XVI. Quomodo a ceteris bonis principale discernatur bonum.

XVII. De ratione et utilitate ieiunii.

XVIII. Non semper congruum esse ieiunium.

XVIIII. Interrogatio, cur totis Quinquagensimae diebus ieiunium resoluamus.

XX. Responsio.

XXI. Interrogatio, utrum abstinentia ieiunii relaxata non obsit corporis castitati.

XXII. Responsio de seruando continentiae temperamento.

XXIII. De refectionis tempore atque mensura.

XXIIII. Interrogatio de diuersa obseruatione Quadragensimae.

XXV. Responsio, eo quod ad anni decimas Quadragensimae ieiunium referatur.

XXVI. Quomodo etiam primitias nostras domino debeamus offerre.

2 peruolaret *FO* 5 quur *FO* quinquagensimae β (*passim*): quinquages. *BFO* (*passim*) 6 ieiunaretur β in oratione *om.* *O* 9 sunt *om.* *O* 13 debet *O* 14 a *om.* *F* 18 quur *BO* quinquagesimae *BF* quinquaginta *O*β*v* 20 Responsio de ipsuht *O* 21 abstinentię *B* 24 refectiones *K*[1] 25 xlg; (*i. e.* quadragesimae) *F* 27 ad *om.* *O*β

XXVII. Cur diuerso dierum numero Quadragensima a plerisque obseruetur.

XXVIII. Quare uocetur Quadragensima, cum XXXVI diebus tantummodo ieiunetur.

XXVIIII. Quod perfecti supergrediantur legem Quadragensimae.

XXX. De causa et initio Quadragensimae.

XXXI. Interrogatio, quemadmodum intellegi debeat quod apostolus ait: *peccatum in uobis non dominabitur.*

XXXII. Responsio de differentia gratiae et legalium praeceptorum.

XXXIII. De eo, quod leniora sint euangelii praecepta quam legis.

XXXIIII. Quemadmodum quis probetur esse sub gratia.

XXXV. Interrogatio, cur interdum propensius ieiunantes carnalibus incentiuis acrius urgueamur.

XXXVI. Responsio, quod haec quaestio futurae conlationi debeat reseruari.

I. Priusquam uerba conlationis huiusce habitae cum summo uiro abbate Theona incipiamus euoluere, necessarium reor ut initium conuersionis eius breui sermone perstringam, quia ex

9 Rom. 6, 14

1 quur *BFO* diuersorum *Oβ* 3 quadraginsima K^1 quum *O* XXX et sex *Oβ* 4 tantummodo *om. O* 5 quadragm̃ɔ *F* quadraginsimae K^1 7 XXX *om. B* 8 XXX *B* quemammodum *B* 9 nobis *O* 11 XXXI *B* 13 XXXII *B* sunt *O* 15 XXIII· Quemammodum *B* 16 XXXIIII *B* quur *BFO* 17 urguamur *O* urgeamur *β* 18 XXXV *B* quaesto *β* 19 reseruari. Finiunt capitula (Incp̃ LIB; *add. F*) *BF* Explicit capitula. Incipit liber uicesimus primus *O* Finiunt capitula de remissione quinquagensimae. Incipit conlatio ·IIII· (de eodem *add.* K^2Z) *KZ* 20 habite *BF(r)*: habita *Oβc* 21 theonam B^1K^1 22 conuersationis *FO* sermonem F^1 prestringam *O*

hoc uel meritum uiri uel gratia euidentius poterit patere
lectori. hic igitur adulescens admodum parentum studio im-
perioque conexus est uinculo coniugali. nam dum pudicitiae eius
religiosa sedulitate prospiciunt et ancipitem lapsum lubricae
uerentur aetatis, praeueniendos adulescentiae motus licito
2 nuptiarum remedio crediderunt. cum ergo hic unius lustri
tempus cum coniuge peregisset, uenit ad abbatem Iohannem,
qui tunc temporis merito mirae sanctitatis electus diaconiae
praesidebat. non enim ad hunc gradum quilibet propria
uoluntate aut ambitione prouehitur, sed is quem cunctorum
seniorum coetus aetatis praerogatiua et fidei atque uirtutum
testimonio excellentiorem omnibus sublimioremque censuerit.
3 ad hunc, inquam, beatum Iohannem cum piae deuotionis
studio praedictus tunc iuuenis aduenisset deferens religiosa
donaria inter ceteros possessores, qui certatim decimas uel
primitias frugum suarum memorato seni de suis substantiis
offerebant, uideretque eos senex cum multis ad se muneribus
confluxisse et deuotioni eorum uicissitudinem cuperet repensare,
coepit eis secundum apostolum spiritalia seminare, quorum
metebat dona carnalia. denique ita sermonem adhortationis
instituit.

II. Delector quidem, o filii, pia uestrorum munerum largitate, et deuotionem huius oblationis, cuius dispensatio mihi credita est, gratanter amplector, quia fideliter primitias uestras ac decimas indigentum usibus profuturas uelut sacrificium domino bonae suauitatis offertis, harum scilicet oblatione plenitudinem quoque fructuum uniuersaeque substantiae uestrae, ex qua

19 cf. I Cor. 9, 11

2 aduliscens B^1K^1 adoliscens B^2Z adolesc. K^2 ammodum *B F* 4 relegiosa K^1Z soliditate *O* 5 adulisc. BK^1Z adolesc. K^2 6 nubt. *O* crediderant K^1 quum *O* 7 quum *O* 8 mirae *om.* *Oβv* 9 praesedebat K^1 10 prohibetur *BF'* his BF^1O 13 quum *O* 14 relegiosa K^1 15 donaria *BF*: munera *Oβv cf. XX, 8, 6* 16 frug.um *K* 18 et *om.* *F* 20 adortationis *BO* 23 deuotione *BF* 24 qui *O* 26 offeritis *O*

haec domino delibastis, ubertim benedicendam credentes uosque secundum mandati illius fidem multiplici ubertate bonorum omnium etiam in hoc saeculo cumulandos: honora dominum de tuis iustis laboribus, et deliba ei de fructibus iustitiae tuae: ut inpleantur horrea tua abundantiae tritici, et uino torcularia tua redundent. quam deuotionem fideliter exsequentes scitote uos legis antiquae consummasse iustitiam, sub qua tunc positi et transgredientes eam reatum ineuitabiliter incurrebant et implentes ad perfectionis apicem peruenire non poterant.

III. Decimae siquidem praecepto domini usibus Leuitarum, oblationes uero ac primitiae erant sacerdotibus consecratae. sed primitiarum hic erat modus, ut quinquagensima pars uel frugum uel animalium templi et sacerdotum ministerio praeberetur: quem modum tepidiores quique infideliter minuentes, religiosiores uero etiam cumulantes, illi ex sexagensima, hi autem ex quadragensima fructuum suorum parte pendebant. iusti enim, quibus lex non est posita, sic probantur non esse sub lege, ut iustitias legis non solum implere, uerum etiam superare contendant sitque deuotio eorum legali maior imperio, quae obseruantiam cumulans praeceptorum uoluntaria addat ad debita.

IIII. Ita namque Abraham futurae legis praecepta legimus supergressum, cum superatis quattuor regibus de spoliis Sodomorum, quae sibi uelut uictori non inmerito debebantur, et quidem rege ipso cuius spolia reduxerat suppliciter offerente,

3 Prov. 3, 9—10 (LXX) 11 cf. Num. 18, 26. 5, 9—10
18 cf. I Tim. 1, 9

1 delibatis *B^2F* dilibastis *K^1* benedicenda *FKr* 3 comulandos *B^1* deum *βc*
l operibus *m. 2*
4 laboribus *B* operibus *F* 5 abundantiae (πλησμονῆς σίτου) *B^1*: habundantia *B^2F* abundantia *Oβ* 6 et uino *BF*: uino autem *Oβv* torcolaria *K^1Z^1* 7 exesequentes *B* exequentes *FO* 8 transcredientes *F* 10 non *om. O* 13 quinquagesima *BFOK* 14 et *BF*: uel *βv* *om. O* 15 quemadmodum *B^1F^1* tepediores *B^1F* 16 releg. *K^1* sexages. *$BFOK^2$* hii *$BFO\beta^1$* 17 quadrages. *$BFOK^2$* 21 uoluntariae *BF* 22 ad *om. O* 23 namque et *Oβv* 24 quum *O* 26 retulerat *Oβv*

nihil penitus adquiescit adtingere, sub diuini nominis testificatione proclamans: extendo manum meam ad dominum excelsum, qui fecit caelum et terram, si a filo subteminis usque ad corrigiam caligae accipiam
2 ex omnibus quae tua sunt. sic Dauid praecepta legis cognoscimus supergressum, qui praecipiente Moyse, ut inimicis talio redderetur, non solum hoc non fecit, uerum etiam dilectione conplexus est persequentes et pro his domino pie supplicans etiam lugubriter fleuit et ultus est interfectos. ita Heliam quoque et Hieremiam probamus non fuisse sub lege, qui cum licito uti coniugio absque reprehensione potuerint, uirgines tamen perseuerare maluerunt. sic Helisaeum ac reliquos eiusdem propositi uiros Moysaica legimus superasse mandata, de quibus apostolus ita dicit: circumierunt in melotis et in pellibus caprinis angustiati, adflicti, egentes, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes et montibus et speluncis et in
3 cauernis terrae. quid de filiis Ionadab filii Rechab dicam, quos Hieremiae prophetae offerenti ex praecepto domini uinum ita legimus respondisse: non bibimus uinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noster, praecepit nobis, dicens: non bibetis uinum uos, et filii uestri usque in sempiternum: et domum non aedificabitis, et sementem non seretis, et uineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis

2 Gen. 14, 22—23 (LXX) 6 cf. Ex. 21, 24 8 cf. I Reg. 24. II Reg. 1 14 Hebr. 11, 37—38 20 Hierem. 35, 6—7

2 deum *Oβv* 4 subteminis *F*²*β*: subtegminis *BF*¹*O* callige *F*¹ cal.ce (i *eras.*) *O* 6 mose *B*¹*F* 9 lucubriter *Z* interfectus *B*¹ eliam *O* 10 iheremiam *O* 11 uti] ut hi *B*¹ 12 malluerunt *B*¹ heliseum *BFK* elisseum *O* helys. *Z* 13 moysaica *B*²: mosayca *OK*² mosaica *rell.* 14 circumierunt *β*¹: circuierunt *BFOβ*² 15 et in *BFO*: in *βv* angustati *F* 17 et in mont. *B*¹*Ov* et in speluncis *B*¹*v* et cabernis *O* 18 recabab *B*¹*F* recab *B*²*O* 19 iheremiae *O* offerente *O* 20 ita legimus .... uinum *om.* *B*¹*F* bibemus *O* 21 recab *BFO* 22 bibitis *K*¹ uos *om.* *O* 24 seritis *B*¹*F*

habitabitis cunctis diebus uestris? unde etiam ab 4
eodem propheta merentur audire: haec dicit dominus
exercituum deus Israhel: non deficiet uir de stirpe
Ionadab filii Rechab, stans in conspectu meo
cunctis diebus. qui omnes offerre possessionum suarum
decimas non contenti, sed ipsa praedia respuentes semet ipsos
potius deo ac suas animas obtulerunt, pro quibus nulla ab
homine commutatio fieri potest, sicut dominus in euangelio
contestatur: quam dabit homo commutationem pro
anima sua?

V. Quapropter scire debemus nos, a quibus non iam exigitur
legale mandatum, sed quibus euangelicus cotidie intonat sermo:
si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes
et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo,
et ueni sequere me, cum decimas de substantiis nostris
offerimus deo, adhuc quodammodo sub legis sarcina detineri
et necdum ad euangelicum illud fastigium peruenisse, quod
obtemperantes sibi non tantum praesentis uitae beneficiis, sed
etiam futuris praemiis muneratur. lex enim factoribus suis 2
non regnorum caelestium praemia, sed uitae huius solacia
repromisit dicens: qui fecerit haec, uiuet in eis.
dominus autem discipulis suis beati, inquit, pauperes
spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum,
et: omnis qui reliquit domum uel fratres aut sorores
aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios
aut agrum propter nomen meum, centuplum acci-

2 l. c. 19 9 Mt. 16, 26 13 Mt. 19, 21 21 Lev. 18, 5 22 Mt. 5, 3 24 l. c. 19, 29

2 prophetam F^1K^1 3 israhel *F*: srhl *O* isrl *rell.* 4 recab B^1FO 5 quia *O* 6 ipsi *BF* 7 optul. *F* 8 fieri commutatio *Oβv* in euangelio .... *cap. 14, 5* suam recepisse mercedem pronuntiat *desunt in Z, uno quaternione deperdito* 9 dauid *O* commutatione *F* 12 legalem K^1 quotidie *O* cottidie *K* 13 uinde K^1 15 quum *O* 16 detinemur *BF* 21 uiuit K^1 22 suis *BF*: et amicis suis *OKr* suis et apostolis *c* inquid FOK^1 24 reliquit OK^2: reliquid K^1 relinquit *B* relinquid *F* 25 uxores K^1 26 agrum B^1FK: agros B^2Ov

piet et uitam aeternam possidebit. nec inmerito.
non enim tam laudabile est si ab inlicitis quam si etiam a
licitis temperemus et his propter eius reuerentiam non utamur,
qui ea nobis propter infirmitatem nostram utenda permisit.
3 itaque si etiam hi, qui decimas fructuum suorum fideliter
offerentes praeceptis domini antiquioribus famulantur, necdum
possunt euangelicum culmen ascendere, illi qui ne haec quidem
faciunt quantum ab eo absint manifestissime peruidetis. nam
quemadmodum poterunt euangelicae gratiae esse participes,
qui consummare etiam leuiora legis praecepta contemnunt?
quorum facilitatem usque adeo imperiosa legislatoris uerba
testantur, ut etiam maledictum non inplentibus proponatur:
maledictus enim inquit qui non permanserit in
omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut
4 faciat ea. hic autem pro sublimitate et excellentia dicitur
mandatorum: qui potest capere capiat. illic legiferi
uiolenta conpulsio praeceptorum indicat paruitatem: contestor enim inquit uobis hodie caelum et terram,
quod si non custodieritis mandata domini dei
uestri, peribitis a facie terrae. hic magnificentia
sublimium mandatorum ipsa non tam imperantis quam adhortantis condicione signatur: si uis perfectus esse, uade,
fac hoc aut illud. ibi inexcusabile etiam recusantibus Moyses
pondus inponit, hic consilio tantum uolentibus et ad perfecti-
5 onem festinantibus Paulus occurrit. non enim generaliter

13 Deut. 27, 26 16 Mt. 19, 12 17 Deut. 4, 26
22 Mt. 19, 21

2 inlicitas B^1 3 et in his K^1 utimur B^1 5 hii *FOK* fructum *FO* 8 ab eo] habeo *F* 9 quemammodum *B* poterint *O* 10 contempnunt K^1 11 felicitatem *K* 13 inquid FK^1 14 legis ut (νόμου τοῦ ποιῆσαι) *BF*: legis huius ut (νόμου τούτου ποιῆσαι) *OKv* 15 sublimitatem B^1F^1 et *om.* *FO* 16 legisferi B^2F^1 legis fieri *O* 18 enim *om.* *O* inquid *FO* K^1 numquid B^1F^1 hodie *om.* *O* terra *F* 19 cus||dieritis *F* 20 nostri *K* magnificentiae B^1F^1 21 imperantes B^1 F^1 adortantis *B* adobtantis *O* 22 condicioni *B* conditione *K* signantur K^1 uade *om.* *OKv* 23 aut] et *O* moses B^1FO^1

praecipiendum erat nec ut ita dixerim canonice ab omnibus exigendum id quod propter mirificam sublimitatem ab omnibus passim non potest adprehendi, sed consilio omnes potius prouocantur ad gratiam, ut hi qui magni sunt possint perfectione uirtutum non inmerito coronari, qui autem parui sunt et mensuram aetatis plenitudinis Christi inplere non possunt, licet fulgore maiorum uelut siderum tecti latere uideantur, tamen a tenebris maledictionum quae in lege sunt alieni nec praesentium malorum cladibus addicantur nec supplicio plectantur aeterno. non ergo Christus ad 6
illa uirtutum excelsa fastigia praecepti quemquam necessitate constringit, sed liberi arbitrii prouocat potestate et salubritate consilii ac desiderio perfectionis accendit. ubi enim praeceptum, ibi necessitas, consequenter et poena. custodientes uero haec, ad quae praefixae legis seueritate coguntur, poenam potius quae ab illa intentabatur effugiunt quam mercedem aut praemia consequuntur.

VI. Itaque sicut fortes ad sublimia atque praecelsa euangelicus sermo sustollit, ita non patitur infirmos ad ima demergi, perfectis quidem tribuens beatitudinis plenitudinem, ueniam uero inpertiens fragilitate superatis. lex enim consummantes praecepta sua in utriusque meriti uelut quodam meditullio conlocauit, quantum a transgressorum damnatione secernens,

6 Eph. 4, 13

3 potius omnes *O* 4 ad gratiam (gratia *O*) *BFO*: et gratia *Kv* hii *codd.* perfectionem *B*¹*F*¹ 5 non] non enim *K*¹ 7 fulgorem *B*¹*F*¹ maiore *O* 9 nec in *B*¹*F* addicuntur *BF* abdicantur *O* 10 plectuntur *B*¹ 11 illam *F*¹ 12 prouocant potestatem *B*¹*F* et ad salubritatem *BF* 13 ac *del.* *B*¹ 14 *post* necessitas *addunt* *OKv*: et ubi necessitas, ibi et difficultas, ubi difficultas, ibi et (et *om.* *O*) neglegentia (neglig. *K*¹), ubi neglegentia (neglig. *K*), ibi et (et *om.* *O*) peccatum, ubi peccatum (ibi *add.* *O*) uero *OK*: uerba *BF* 15 ad quae *K*²*v*: atq; *BFOK*¹ legis prefixae *O* seueritatem *F* potius *OK*: illius *BF* 17 consecuntur *O* 18 VI *om.* *B* 19 sustulit *O* sustollet *K*¹ dimergi *O* 20 beatitudinem *B*¹*F* 21 fragilitate superatis *BF* *O*: fragilitati *Kc* infirmitate superatis *r* consumantes *BF*

tantum separans a gloria perfectorum. quod quidem quam infimum quamque miserabile sit, uel ex praesentis uitae statu et conparatione perspicite, in qua miserrimum ducitur, si hoc tantum quis studeat ac laboret, ne reus tantummodo inter honestos homines et non etiam locuples et honorabilis et gloriosus habeatur.

VII. Quamobrem in nostra hodie situm est potestate, utrum sub euangelii gratia an sub legis uelimus terrore consistere: cuilibet enim parti pro qualitate actus sui unumquemque necesse est adgregari. nam aut supergredientes legem suscipit Christi gratia aut certe inferiores uelut debitores suos sibique obnoxios lex retentat. reus namque legalium praeceptorum nequaquam euangelicam perfectionem ualebit adtingere, quamuis Christianum se et domini gratia liberatum
2 inaniter glorietur. non solum enim hic credendus est adhuc esse sub lege, qui ea quae lex praecipit detractat inplere, sed etiam ille, qui ea tantum quae lex iubet obseruare contentus est ac nequaquam uocationi et gratiae Christi condignos exhibet fructus, ubi non dicitur: decimas tuas et primitias offeres domino deo tuo, sed: uade uende omnia, quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me, ubi ob perfectionis magnificentiam discipulo postulanti ne breuissimum quidem horae spatium pro patris conceditur sepultura et humanae caritatis officium diuini amoris uirtute praeuertitur.

VIII. Quibus auditis beatus Theonas inextinguibili desiderio euangelicae perfectionis accensus semen uerbi fecundo corde

19 Ex. 22, 29 20 Mt. 19, 21 24 cf. Mt. 8, 21 sq.

2 infirmum OK^1 3 dicitur *O* 4 hac B^1F^1O 4 tantummodo *BF*: modo *OKv* 5 lucuplex B^1 locuplex B^2FO et (*ante* honorab.) *B*: ac *c om.* *FOKr* 7 VII *om.* *B* 8 uellimus B^1 10 aut quid supergradientes K^1 11 suscepit OK^1 12 retentat lex *B* regalium B^1F 16 qui ea] quia B^1F praecepit *BF O* detrectat B^1FK^2 17 iubet et K^1 18 uocationis *BF* gratia B^1F 20 offerres F^1 offerre *O* 23 postulante B^1 25 diuina moris *F* 26 extinguibili B^1F

conceptum quasi profundis atque edomitis sui pectoris condidit sulcis, in eo uel maxime humiliatus atque conpunctus, quod eum senex non solum euangelicam perfectionem non adtigisse dixisset, sed etiam uix legis ipsius adimplesse mandata. siquidem cum decimas frugum suarum solitus esset diaconiae annis singulis pendere, primitiarum rationem ne audisse quidem se aliquando deflebat: quam tamen etiamsi similiter implesset, longe nihilominus secundum senis sententiam se ab euangelica perfectione distare suppliciter fatebatur. ad domum 2 itaque reuertitur maestus illaque adfectus tristitia, quae paenitentiam ad salutem stabilem operatur, ac de sua iam uoluntate et definitione non dubius erga salutem coniugis omnem mentis sollicitudinem curamque conuertit, eamque ad desiderium quo fuerat ipse succensus exhortatione coepit simili prouocare et ut deo pariter in sanctimonia et castitate seruirent diurnis nocturnisque fletibus monere, dicens conuersionem melioris uitae nequaquam esse lentandam, quia necessitati subitae mortis uana spes inmaturae non praeiudicaret aetatis, quippe quae pueros, adulescentes ac iuuenes pari ut senes sorte praeriperet.

VIIII. Cumque huiusmodi obsecrationibus iugiter persistenti coniunx durissima non praeberet adsensum seque diceret solacio maritali pro aetatis suae flore penitus abstinere non posse, ac proinde si quid deserta ab eo criminis admisisset, illi potius adscribendum qui coniugii foedera disrupisset: ad haec ille, cum diu condicionem naturae praetendisset humanae, quam fragilem et incertam periculosum esset carnalibus desi-

11 cf. II Cor. 7, 10

1 sui pectoris *om.* *OKv* 2 uel *om.* *BF* 3 adtegisse *BF* adtingesse O^{1} 5 quum *O* 7 deflebat *om.* *K* etiam $B^{1}F$ *O* 8 implesse *F* non longe $B^{1}F$ 9 destare K^{1} ad *om.* *OKv* 14 successus K^{1} simili coepit exhortatione *OK* 15 castitate *OK*: sanctitate *BF* 16 admonere *OKv* 17 necessitate *BFO* 19 pueros *BF*: infantes pueros *OKv* adulisc. *B* ac iuuenes *om.* *OKv* ut] et $B^{1}F$ senex *O* 20 morte *BF* praeciperet $B^{1}F$ 21 VIIII *om.* *B* Qumque *O* 22 coniux $B^{1}FOK^{1}$ 24 admisisset F^{1} 26 quum *O* condit. *BO* *K* 27 esse $B^{2}O$

deriis et operibus diutius inplicari, adiciens adstruebat non licere cuiquam eius se boni extorrem facere cui omnimodis inhaerendum esse didicisset, maiorisque esse periculi despicere cognitam bonitatem quam incognitam non amare: proinde se iam reatu etiam praeuaricationis inuolui, si inuentis tam praeclaris tamque caelestibus bonis terrena ac sordida prae-
2 tulisset. ad omnem sane aetatem omnemque sexum perfectionis magnificentiam pertinere et uniuersa ecclesiae membra ad conscendendam sublimium meritorum celsitudinem prouocari dicente apostolo: sic currite ut conprehendatis, nec propter lentorum et segnium moras paratos atque alacres debere subsistere, cum rectius sit ut desides a praecurrentibus incitentur quam ut properantes a residentibus obligentur. proinde statutum sibi decretumque esse renuntiare saeculo ac mori mundo, ut uiuere possit deo, et si hanc beatitudinem nequeat obtinere, ut cum socia sua in consortium transeat Christi, malle se uel cum unius membri dispendio saluum fieri et uelut debilem intrare in regna caelorum quam cum
3 soliditate corporis condemnari. adiciebat autem etiam ista dicens: si Moyses pro duritia cordis dimitti permittit uxores, quare hoc non sinat Christus pro desiderio castitatis, praesertim cum idem dominus inter ceteras adfectiones, id est patrum matrumque ac filiorum, quibus omnem reuerentiam non solum lex sed etiam ipse praeceperat exhiberi, tamen pro nomine suo ac desiderio perfectionis non solum contemnenda simpliciter, sed etiam odio habenda esse decernens coniungat eis similiter etiam nomen uxorum dicens: et omnis qui reli-

10 I Cor. 9, 24   18 cf. Mt. 5, 30   20 cf. Mt. 19, 8   27 l. c. 29

2 quicquam *O*   cui ... 3 esse] quod *OKv*   3 periculi *BF*: noxae *OKv*   dispicere *B*[1]*K*   6 donis *OKv*   sordita *B*[1]   7 omniumque *O*   sexsum *F*   8 et ut *F*[1]   huniuerse *O*   uniuersae *K*   10 apostulo *B*[1]   adprehendatis *B*[1]*F*   11 signium *K*[1]   12 quum *O*   desedes *K*[1]   13 a] ac *F*[1]   resedentibus *K*[1]   16 consortio *O*   18 introire *OKv*   19 sta *O*   20 moses *B*[1]*F*   uxorem *F*   22 quum *O*   fratrum *K*[1]   24 praeciperat *K*[1]   exhibere *Kv*   25 contemnendas *K*[1]   26 hodio *B*[1]*F*[1]   27 reliquid *FK*[1]   reliquerit *Ov*

quit domum uel fratres aut sorores aut patrem
aut matrem aut uxorem aut filios propter nomen
meum, centuplum accipiet et uitam aeternam
possidebit. in tantum ergo perfectioni quam praedicat 4
nihil patitur conparari, ut illam quoque necessitudinem
solui patris ac matris, quae secundum apostolum primum
obtinet in repromissione mandatum (honora scilicet pa-
trem ac matrem, quod est mandatum primum in
repromissione, ut bene sit tibi et sis longaeuus
super terram), eamque despici pro suo amore praecipiat.
euidenter itaque sicut eos euangelicus sermo condemnat qui
non interueniente adulterii crimine uxoria uincla disrumpunt,
ita ob amorem Christi et desiderium castitatis his qui iugum
carnale reiecerunt etiam centupla praemia repromittit. qua- 5
propter si fieri potest, ut ad hanc mihi optatissimam partem
accepta tandem ratione flectaris, scilicet ut domino seruientes
poenam gehennae pariter euitemus, caritatem coniugii non
refuto, immo etiam maiore adhuc dilectione conplector.
agnosco enim et ueneror adiutricem meam domini mihi sen-
tentia deputatam et indisrupto eidem foedere caritatis in
Christo cohaerere non respuo, nec a me separo quod dominus
mihi primae statim conditionis lege coniunxit, dummodo sis
et ipsa quod conditor esse te uoluit. si uero non adiutrix esse 6
uolueris sed deceptrix et adminiculum te non mihi, sed ad-
uersario malueris exhibere, atque ob hoc adtributum putas
coniugii sacramentum, ut te huic quae ingeritur fraudans
saluti insuper et me a discipulatu retrahas saluatoris, ita

7 Eph. 6, 2—3 11 cf. Mt. 5, 32 19 cf. Gen. 2, 18

2 *post* filios *add.* *OKv* aut agros: *at hoc loco non agitur nisi de affectibus necessitudinum* 4 ergo] enim *O* 6 soluat *OKv*
7 optinet *B* 8 ac *K*: hac *O* aut *BF* et *v* 10 eaque dispici *B*[1]
11 eos *om.* *BF* 12 uxorea *F*[1] uincula *F* 13 ab *F*
14 carnalem *B*[1]*O* reiecerint *OKv* centuplū *B*[1] 16 acceptam
K[1] 17 coniungii *B*[1] 18 athuc *F* 19 sententiam *K*[1]
20 indisrumpto *K*[1] castitatis *BF* 22 condic. *FO* coniuncxit
K[1] 23 adiutrix *BF*: adiutorium *K* in adiut. *Or* ad adiut. *c*
24 deceptrix *BF*: in deceptionem *OKv* amminiculum *B*
25 mallueris *B* uolueris *O* adque *F* 27 et *BF*: etiam *OKv*

illam abbatis Iohannis, immo Christi ore prolatam sententiam uiriliter adprehendam, ut me a spiritali bono nulla carnalis auellere possit adfectio. qui enim non oderit, inquit, patrem et matrem et filios et fratres et sorores et uxorem et agros, insuper et animam suam, non
7 potest meus esse discipulus. cum ergo his atque huiusmodi uerbis muliebris non flecteretur intentio et in eadem obstinationis duritia permaneret, si ego te, inquit beatus Theonas, abstrahere a morte non possum, nec tu me separabis a Christo: tutius est autem mihi cum homine quam cum deo habere diuortium. adspirante itaque gratia dei definitionis suae exsecutionem instanter adgressus est nec intepescere per aliquam moram desiderii sui est passus ardorem. nam confestim omni mundana facultate nudatus ad monasterium peruolauit, ubi in breui tanto splendore sanctitatis et humilitatis enituit, ut beatae memoriae Iohanne ad dominum ex hac luce migrante, sancto quoque Helia, uiro qui non minor decessore suo fuit, similiter decedente tertius Theonas uniuersorum electus iudicio in diaconiae eis dispensatione successerit.

X. Nemo autem existimet nos haec ad prouocanda coniugiorum diuortia texuisse, qui non solum nuptias minime condemnamus, uerum etiam apostolicam sequentes sententiam dicimus: honorabile coniugium in omnibus et torus inmaculatus, sed ut lectori initium conuersionis, quo tantus ille
2 uir deo dicatus est, fideliter panderemus. a quo bona gratia hoc primum deposco, ut, siue hoc ei placeat siue displiceat, quoquo modo me a calumnia alienum esse concedens in suo

3 Luc. 14, 26 23 Hebr. 13, 4

2 ab *OK* 3 inquid *FOK*^{1} 7 mulieris *F*^{1} 8 ergo *O* inquid *FOK*^{1} 10 totius *F*^{1}*K*^{1} 12 execut. *BO* 13 sui *om.* *O* 14 facultata *F*^{1} 15 in splendore *BF* (*i. e.* isplendore) 17 ęliā *O* non *BF*: aut *O* haut *K*^{1} haud *K*^{2}*v* 18 suo *om.* *K* decidente *K* 19 praelectus *OK* praeelectus *v* 20 enim *F* 23 conobium *K*^{1} conubium *OKv et Vulgata* 24 conuersationis *O* 26 siue displiceat *om.* *BF* 27 quomodo *O* concedat *O*

hoc factum aut laudet aut reprehendat auctore. ego autem, qui non meam super hac re sententiam prompsi, sed rei gestae historiam simplici narratione conplexus sum, aequum est, ut sicut mihi de eorum qui hoc factum probant laude nihil uindico, ita eorum qui id inprobant non pulser inuidia. habeat ergo suum de illo ut diximus unusquisque iudicium: 3 sed moneo, ut ita censuram sui castiget examinis, ne se aequiorem aut sanctiorem diuino credat esse iudicio, quo in eum etiam apostolicarum conlata sunt signa uirtutum, ut taceam de tantorum patrum sententia, a quibus factum eius non solum minime reprehensum, uerum etiam usque adeo conlaudatum esse manifestum est, ut eum summis ac sublimissimis uiris in diaconiae electione praetulerint. et puto tot spiritalium uirorum deo auctore prolatum non errasse iudicium, quod etiam tanta signorum, ut supra iam dictum est, admiratio confirmabat.

XI. Sed iam tempus est ut promissae disputationis ordinem persequamur. igitur abba Theonas cum diebus Quinquagensimae nos in nostra cellula uisitasset, uespertina orationum sollemnitate transacta humi paululum considentes coepimus diligentius percontari, cur apud eos tanta obseruantia caueretur, ne quis penitus totis Quinquagensimae diebus uel genua in oratione curuaret uel usque ad horam nonam ieiunare praesumeret, eoque id diligentius scrutabamur, quod nequaquam hoc tanta cautione seruari in Syriae monasteriis uideramus.

XII. Ad haec abba Theonas tali usus est sermonis exordio. oportet quidem nos auctoritati patrum consuetudinique maiorum usque ad nostrum tempus per tantam annorum seriem protelatae etiam non percepta ratione concedere eamque, ut antiquitus

1 facto *Kc* deprehendat *B* deprehendet *F*[1] auctorem *O Kc* 2 prumpsi *B*[1] 4 nil *Kr* 5 id *om. O* 7 ita ut *B*[1]*F* 8 aut] et *O* 10 sententiam *F*[1] 11 conlatum *OK*[1] 14 probatum *BF* 16 adfirmatio *K*[1] 17 iam] etiam *BF* 18 prosequamur *Ov* abba] beatus *O* quum *O* quiquagesimae *BFO ut solent* 20 sollempnitate *B* solemnitate *Kv* 21 percunctari *K* quur *BFO* aput *FO* 22 quinquaginta *O* 26 abbas *K*[1]*v* beatus *O* 29 cedere *K*[1]*c*

2 tradita est, iugi obseruantia ac reuerentia custodire. uerum-
tamen quoniam causas huius rei et rationem uultis agnoscere,
accipite breuiter ea quae a senioribus nostris tradita super
hac institutione conperimus. uerumtamen antequam scripturae
diuinae auctoritas proferatur, si placet, de natura ipsius
ieiunii et qualitate pauca dicamus, ut disputationem nostram
3 subsequens scripturarum confirmet auctoritas. diuina sapientia
per Ecclesiasten omni rei, id est uniuersis seu prosperis seu
quae aduersa putantur et tristia tempus esse proprium desi-
gnauit dicens: omnibus tempus est, et tempus omni
rei sub caelo. tempus pariendi et tempus mori-
endi, tempus plantandi et tempus euellendi quod
plantatum est, tempus occidendi et tempus sanandi,
tempus destruendi et tempus aedificandi, tempus
plorandi et tempus ridendi, tempus plangendi et
tempus saltandi, tempus mittendi lapides et
tempus colligendi lapides, tempus amplectendi et
tempus longe fieri ab amplexu, tempus adquirendi
et tempus perdendi, tempus custodiendi et tempus
expellendi, tempus disrumpendi et tempus sarci-
endi, tempus tacendi et tempus loquendi, tempus
amandi et tempus odiendi, tempus belli et tempus
pacis, et infra quia tempus est, inquit, omni rei et
4 omni facto. nihil igitur ex his bonum esse perpetuum
definiuit, nisi cum fuerit horum quid oportune et conpetenter
expletum, ita ut haec eadem, quae nunc oportune gesta bene
cedunt, si inportuno uel incongruo tempore praesumantur,
inutilia inueniantur et noxia, absque his dumtaxat quae per
se principaliter uel bona uel mala sunt nec aliquando possunt
in contrarium deriuari, ut est iustitia, prudentia, fortitudo,
temperantia ceteraeque uirtutes siue e diuerso uitia, quorum

10 Eccles. 3, 1—8 (LXX) 23 l. c. 17 (LXX)

2 causam *O* 6 et de qualitate *O* 9 tristitia *B*[1]*FOK*[1] 11 et *post* pariendi *om.* *BF* 14 distruendi *K*[1] 17 amplexandi *O* amplectandi *K*[1] 18 amplexibus *Ov* 23 inquid *FK*[1] et omni *om.* *K* 24 nil *K* 25 eorum *O* 30 diriuari *B*[2]*OK*[1]

definitiones in aliam partem cadere omnino mutariue non possunt. si qua uero in utrumque effectum possunt aliquando transire, ut pro qualitate utentium uel bona inueniantur uel mala, haec non absolute pro sua natura, sed pro perpetrantis adfectu et oportunitate temporis uel utilia interdum uel noxia sentiuntur.

XIII. Quamobrem nunc quaerendum est quid super ieiuniorum statu decernere debeamus, utrumnam similiter et ipsum bonum esse eo modo quo iustitiam, prudentiam, fortitudinem ac temperantiam diximus, quae in partem contrariam penitus transire non possunt, an medium quid, quod interdum factum possit prodesse et interdum praetermissum condemnare non possit, quodque nonnumquam egisse reprehensibile sit, nonnumquam praetermisisse laudabile. si enim in illa definitione 2
uirtutum etiam ieiunium censeamus, ut inter principalia bona ciborum abstinentia conlocetur, erit profecto eorum mala et criminosa perceptio. quidquid enim principali bono contrarium est, sine dubio principale malum esse censendum est. quod definiri a nobis scripturarum sanctarum non permittit auctoritas. si enim tali sensu ac proposito ieiunemus, ut peccatum con- 3
trahi in escarum participatione credamus, non modo nullos fructus pro abstinentia consequemur, sed etiam reatum maximum ac sacrilegii crimen secundum apostolum contrahemus, abstinentes a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognouerunt ueritatem. quia omnis creatura dei bona, et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. qui enim putat quid commune esse, illi commune est. et idcirco ob solam perceptionem escae neminem legimus condemnatum, nisi forte iunctum

24 I Tim. 4, 3—4 28 Rom. 14, 14

1 difinit. *B* 2 adfectum K^1 affectum *O*K^2*v* 4 propter (*post* sed) *BF*: *om.* *K* inpetrantis *O* 5 adfectu K^1: affectum *BFO* K^2 oportunitatem B^2 10 ac *BFr*: hac *O* aut *Kc* 12 prode esse K^1 et *om.* *OKv* 15 bona] bo *F*, *sed eras.* 17 quicquid *O* 21 nullus F^1 23 contrahimus B^1*FK*

quid fuerit uel postea subsecutum, per quod meruerit condemnari.

XIIII. Itaque hoc medium esse etiam ex hoc manifestissime declaratur, quia sicut iustificat custoditum, ita non condemnat inruptum, nisi forte praecepti transgressio magis quam escarum perceptio puniatur. principali autem bono ita nullum esse oportet uacuum tempus, ut sine eo cuiquam esse non liceat, quia necesse est cessatione eius in malum conruere neglegentem. nec rursum principali malo ullum conceditur tempus, quia quod noxium semper est, numquam poterit, si admissum fuerit, non nocere uel in partem umquam laudabilem con-
2 mutari. ac perinde haec, quibus qualitates statutas uidemus et tempora et quae sic obseruata sanctificant ut omissa non polluant, media esse manifestum est, ut puta nuptias, agriculturam, diuitias, solitudinis remotionem, uigilias, sacrorum lectionem meditationemque librorum ipsaque ieiunia, de quibus principium sermonis exortum est. quae omnia diuina praeceptio uel sanctarum auctoritas scripturarum non ita incessabiliter obtinenda nec iugiter custodienda decreuit, ut ea paululum
3 intermisisse nefarium sit. quidquid enim imperatiue decernitur, mortem inrogat non inpletum: quaecumque uero suadentur potius quam iubentur, facta prosunt, infacta non puniunt. et idcirco aut omnia haec aut certe quaedam pro causa, pro loco, pro modo, pro tempore circumspecte agere nos maiores nostri et prouide obseruare iusserunt, quia si congrue horum aliquid actitetur, aptum atque conueniens, si incongrue, ineptum esse constat ac noxium. acsi uelit quis in fratris aduentu, in quo Christum debet humanitate reficere et gratissima susceptione conplecti, austeritatem ieiunii custodire, nonne inhumani-

1 meruit *O* 4 non *om.* *FO* 7 ut] et B^1 9 rursus *O* creditur *O* ceditur *K* 12 haec] hec in *O*: quae *K* ea *c* 14 ut puta ut BF^1 17 perceptio B^1 19 optinenda *BF* paulolum *K* 20 quicquid *O* enim *om.* *O* inperatiue *O* 22 infecta F^2Kv inperfecta *O* 23 aut (*ante* omnia) *K*: *ut *B*, *in* *F* ut *deletum* ut *O* pro causa *om.* *K* 26 agitetur *F* 27 uellit B^1 uellet K^1 29 auctoritatem B^1 austorit. B^2F^1 inhumanitates K^1

tatis potius crimen incurrit quam laudem aut meritum religionis
adquirit? uel si, cum defectio et inbecillitas carnis reparationem 4
uirium escae perceptione deposcit, non adquiescat aliquis
rigorem abstinentiae relaxare, nonne magis crudelis sui cor-
poris homicida quam salutis prouisor est aestimandus? ita
etiam cum tempus festiuitatis escarum congruum fotum et
refectionem necessariae absolutionis indulget, si quis ieiuniorum
rigidam obseruantiam indisrupte uoluerit retentare, necesse
est ut non tam religiosus quam inconditus atque inrationabilis
habeatur. sed et illis haec nihilominus repperientur aduersa, 5
qui humanam laudem ieiuniis aucupantur et inani ostentatione
palloris famam sanctitatis adquirunt, quos in praesenti suam
recepisse mercedem euangelicus sermo pronuntiat, uel quorum
per prophetam dominus ieiunium detestatur. ad quorum
personam cum sibi obiciens ante dixisset: quare ieiunaui-
mus, et non aspexisti: humiliauimus animas no-
stras, et nescisti? confestim subiciens prodidit causas, cur
non merentur audiri: ecce, inquit, in diebus ieiunii
uestri inuenietur uoluntas uestra, et omnes debi-
tores uestros repetitis. ecce ad lites et contenti-
ones ieiunatis, et percutitis pugno impie. nolite
ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in
excelso clamor uester. numquid tale est ieiunium,
quod elegi, per diem adfligere hominem animam
suam? numquid contorquere quasi circulum caput
suum, et saccum et cinerem sternere? numquid
istud uocabitis ieiunium, et diem acceptabilem
domino? deinde infert docens quomodo acceptabilis fiat 6

13 cf. Mt. 6, 16 15 Esai. 58, 3 18 l. c. 3—5

1 relegionis *K*¹ 2 quum *O* inbicilitas *K*¹ 3 aliquis *om.* *O* 6 qum *O* et] hac *O* 7 indulgeat *O* 9 relegiosus *BK*¹ 10 nihilhominus *K*¹ repperiuntur *O* reperientur *K* 11 occupantur *F*¹*O* acupantur *F*² 13 euang. sermo mercedem *K* 14 profetam *F* ex quorum persona *Oβv* 15 qum *O* 17 quur *BO* 18 mererentur *Ov* inquid *FOK*¹ 19 inuenitur *F* uestra *om.* *FO* 22 ad *BFr*: in *Oβc* 25 numquit *B*¹ 27 istud uocabitis (καλέσετε) *B*²*F*: studio capitis *B*¹ stuht uocabis *O* istud uocabis *r* *Vulg.* istud uocaui *βc*

continentia ieiunantis atque euidenter enuntiat per se solum ieiunium prodesse non posse, nisi has quae subiciuntur causas habuerit consequentes, nonne hoc est, inquiens, ieiunium, quod elegi? dissolue conligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, et omne onus disrumpe. frange esurienti panem tuum, et egenos, uagosque induc in domum tuam: cum uideris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria domini colliget te. tunc inuocabis, et dominus exaudiet te: clamabis, et dicet: ecce
7 adsum. uidetis ergo ieiunium nequaquam principale bonum a domino iudicari, eo quod non per semet ipsum, sed per alia opera bonum ac deo bene placitum fiat et rursum ex accedentibus causis non solum uanum, uerum etiam odibile censeatur dicente domino: cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum.

XV. Non enim misericordia, patientia et caritas uel illa praedictarum praecepta uirtutum, in quibus utique bonum est principale, propter ieiunia sunt tenenda, sed potius ieiunia propter illa. elaborandum est enim ut uirtutes illae, quae uere bonae sunt, ieiuniis adquirantur, non ut ad ieiuniorum terminum tendant illa exercitia uirtutum. ob hoc ergo est utilis carnis adflictio, ob hoc ei adhibenda est inediae medicina, ut per illam ad caritatem, in qua inmobile ac sine ulla tem-

3 l. c. 6—9 18 Hierem. 14, 12

1 continentie B^1 ieiunantes K^1 3 inquiens *om.* O 4 conlegationes K^1 5 deprimentis B^1Z^1 7 egenus B^1 uacuosque KZ^1 8 quum O 9 dispexeris *codd.* 10 erumpit K^1 12 tua *om.* O colligit O collegit K^1 13 dicit K^1 (*quid extet in F, non dispexi*) 15 semet] se βv 16 accidentibus B^2Ov 18 quum O 19 precem O 20 ueritas β 21 praedicta β 24 ut *om.* B ad *om.* F 25 illa exercitia BF: illarum gesta O βv 26 adflictio carnis O adibenda FO

poris exceptione perpetuum bonum est, peruenire possimus. neque enim medicinae, aurificinae uel ceterarum quae in hoc mundo sunt artium disciplinae propter instrumenta quae ad eius opus pertinent exercentur et non potius ferramenta propter artis exercitium praeparantur. quae sicut utilia sunt peritis, 2 ita superflua his qui artis ipsius nesciunt disciplinam, et sicut his, qui ad efficiendum opus suum eorum ministerio fulciuntur, plurimum prosunt, ita illis, qui cuius rei gratia instituta sint ignorantes sola eorum possessione contenti sunt, penitus prodesse non possunt, quia utilitatis suae summam in retentatione eorum tantum, non in operis consummatione constituunt. illud ergo est optimum principaliter, propter quod fiunt illa quae media sunt, ipsum uero praecipuum bonum non ob aliam causam, sed propter suam tantum agitur bonitatem.

XVI. Quod quidem a ceteris, quae media esse praediximus, his secernitur modis: si per se bonum sit et non per aliud aliquid: si propter se necessarium sit et non propter aliud: si inmutabiliter semperque sit bonum ac perpetuo suam retinens qualitatem numquam possit in partem transire contrariam: si ademptio uel cessatio eius non possit non summam inferre perniciem: si id quod illi contrarium est similiter principale sit malum nec in partem bonam possit aliquando transire. quae definitiones, quibus principalium bonorum 2 natura discernitur, adscribi ieiuniis omnino non possunt. neque enim ex semet ipsis bona aut propter se necessaria sunt, quia propter adquirendam cordis et corporis puritatem salubriter exercentur, ut aculeis carnis obtunsis mens pacifica suo reconcilietur auctori, nec inmutabiliter semperque sunt

1 possumus K^1 3 disciplina βv 4 opus eius βv exeretur β^1 exercetur $O\beta^2 v$ 5 exercitium] studio K^1 studium OK^2 Zv praeferentur β 7 perficiendum O 8 huius B^1 instituta sunt β 9 prodeesse F 11 *post* constituunt *in* BFO *cap. 16 incipit, sed numerum om.* B 12 obtimum OZ 14 bonitatem] *non distinguunt* BFO 16 alium KZ^1, *item infra* 17 se *om.* B^1F Z^1 26 quia *scripsi*: qua BF quae $O\beta v$ 27 acculeis B obtusis F^2 mens *om.* F

bona, quia plerumque eorum intermissione non laedimur, immo etiam in perniciem interdum animae inportunius cele- 3 brata uertuntur. sed nec principale malum est id quod illi uidetur aduersum, id est ciborum naturaliter iucunda perceptio: quae, nisi intemperantia atque luxuria uel alia quaedam uitia subsequantur, mala non potest definiri, quia non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quae procedunt de ore, haec coinquinant hominem. principali itaque derogat bono nec perfecte aut sine peccato illud exsequitur, quisquis id non propter se, sed propter aliud aliquid facit. omnia enim huius gratia facienda sunt, ipsum uero propter se solum est expetendum.

XVII. Talem igitur definitionem super ieiunii qualitate iugiter retinentes ita illud totis animi uiribus adpetamus, ut tamen tunc demum id nobis congruum nouerimus, si in eo temporum ratio, si qualitas, si mensura seruetur, nec ita ut in ipso spei nostrae terminum defigamus, sed ut per ipsum ad puritatem cordis et apostolicam caritatem peruenire possimus. igitur ex hoc ipso ieiunium, cui non solum specialia praefixa sunt tempora quibus uel exerceri debeat uel remitti, sed etiam qualitas modusque propositus est, non principale bonum, sed 2 medium quiddam esse manifestum est. ceterum haec, quae praecepti auctoritate uel mandantur ut bona uel interdicuntur ut noxia, numquam ita exceptioni temporum subiacent, ut interdum aut quae uetita sunt fieri debeant aut quae imperata sunt praetermitti. nec enim ullus iustitiae, patientiae, sobrietati, pudicitiae, caritati statutus est modus, nec rursum

6 Mt. 15, 11

2 pernitiem B perniticiem K^1 4 cyborum BK^1 iocunda $BF\beta$ iudicanda O 5 luxoria B^1Z 6 subsequentur B 8 coinquinat F 9 exequitur BO 10 id] hoc $O\beta v$ se] id ipsum $O\beta v$ 12 est *om.* O expectandum F 13 qualitatem BF^1K^1 14 animis F^1O 15 tum O 17 defingamus K^1 19 ieiunio ubi β solum *om.* BF 20 praemitti KZ^1 praetermitti Z^2c 22 quedam K^1 quoddam Z 23 praecepit auctoritas BF mandatur B^1F^1 mandator F^1 25 inperata O inparata K^1 26 intermitti β

iniustitiae, inpatientiae, furori, inpudicitiae, inuidiae atque superbiae libertas aliquando permissa est.

XVIII. Quamobrem his de ieiunii qualitate praemissis subdenda adhuc sanctarum scripturarum uidetur auctoritas, per quam manifestius adprobetur ieiunium perpetuo custodiri nec debere nec posse. in euangelio ieiunantibus Pharisaeis una cum discipulis Iohannis Baptistae cum apostoli, utpote amici atque conuiuae caelestis illius sponsi, necdum ieiuniorum obseruantiam custodirent, discipuli Iohannis, qui summam iustitiae se ieiuniis possidere credebant, quippe illius sectatores qui eximius paenitentiae praedicator ita cunctis populis formam suo praebebat exemplo, ut non solum uaria escarum genera quae humanis usibus subgeruntur abnueret, uerum etiam communem panis ipsius esum penitus ignoraret, domino conqueruntur dicentes: quare nos et Pharisaei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? quibus respondens dominus euidenter ostendit non omni tem- 2
pore congruum esse ieiunium nec necessarium, cum aliqua uel festiuitas temporum uel interueniens caritatis occasio indulgentiam refectionis admittit, numquid possunt, inquiens, filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? uenient autem dies cum ab eis auferetur sponsus, et tunc ieiunabunt. quae uerba licet ante resurrectionem dixerit corporis sui, tamen proprie Quinquagensimae tempus ostendunt, in quo post resurrectionem per quadraginta dies domino cum discipulis epulante ieiunare illos cotidianae eius praesentiae gaudium non sinebat.

15 Mt. 9, 14   20 l. c. 15

3 qualitatem B^1F^1 5 adprobetur manifestius *βc*   perpetuum *β*   custodire K^1 6 fariseis *O*   7 unam B^1F^1 quum apostoli *O*   utpute K^1Z 9 obseruantia *F*   10 se de ieiuniis *Ov*   11 penit. *codd.*   13 subgeruntur *O*: sugg. *rell.*   14 communis *B F*   15 conquiruntur *β*   dicuntur F^1 farisei *O*   18 quum *O*   20 admittat *O*   21 qum *O*   22 auferetur ab eis *Oβv et Vulgata*   25 per *om.* *O*   26 XL *β*   discipulis suis *O*   27 cottid. *K*   sinebant B^1

XVIIII. GERMANVS: Quare igitur tota Quinquagensima abstinentiae rigorem prandiis relaxamus, cum utique Christus quadraginta tantum diebus post resurrectionem cum discipulis fuerit conmoratus?

XX. THEONAS: Non incongrua interrogatio uestra rationem integerrimae ueritatis meretur agnoscere. post ascensionem saluatoris nostri, quae quadragensimo resurrectionis eius acta est die, apostoli reuersi de monte Oliueti, in quo se ad patrem pergens praebuit intuendum, sicut etiam Actuum apostolorum lectio contestatur, ingressi Hierosolymam decem diebus aduentum spiritus sancti expectasse referuntur, quibus expletis
2 quinquagensima eum die cum gaudio susceperunt. et ita est per haec festiuitatis huius numerus euidenter inpletus, quem in ueteri quoque legimus testamento figuraliter adumbratum, in quo consummatis ebdomadibus septem primitiarum panis per sacerdotes domino iubebatur offerri: qui uerissime per apostolorum praedicationem, qua in illo die contionati leguntur ad populum, oblatus domino conprobatur, uerus scilicet primitiarum panis, qui nouae doctrinae institutione prolatus quinque milibus uirorum escae suae munere satiatis primitiuum de
3 Iudaeis Christianorum populum domino consecrauit. et idcirco hi quoque decem dies cum superioribus quadraginta pari sollemnitate sunt ac laetitia celebrandi. cuius festiuitatis traditio per apostolicos uiros ad nos usque transmissa eodem tenore seruanda est. ideo namque in ipsis diebus nec genua in orati-

10 cf. Act. 1, 12 sqq. 14 cf. Deut. 16, 9 sqq. 17 cf. Act. 2

1 quinquagesima *BFO* Lma *β* 3 XL *β* 7 quadragisimo B^1 quadragesimo B^2FO 10 hierusolimam BK^1 hierusolymā (~ *add. m. 2*) *F* iherosolimam *O* hierosolimam K^2Z ·X· *β* 12 eo K^1 susciperunt B^1K^1Z 14 testamento legimus *Oβv* 15 ebdomatibus *β* ·VII· *β* panes OK^1 16 iubebantur *O* offerre K^2 17 apostulorum *B* praedicatione F^1 quia B^2 que *O* continati *BF* continuatim *O* 20 primitiuo K^1 21 cristian. *BF* 22 hii $BFOKZ^1$ ·X· *β* quum *O* ·XL· *β* 23 sollempn. *B* solemnitate *β* 25 ipsius *O* ienua *O*

one curuantur, quia inflexio genuum uelut paenitentiae ac luctus indicium est: unde etiam per omnia eandem in illis sollemnitatem quam die dominica custodimus, in qua maiores nostri nec ieiunium agendum nec genu flectendum ob reuerentiam resurrectionis dominicae tradiderunt.

XXI. GERMANVS: Potestne haec caro insolitis blandimentis tam longae festiuitatis inlecta non aliquid sentuosum de illo quamuis absciso uitiorum fomite germinare, aut mens praesumptis ultra consuetudinem dapibus onerata non erga famulum corpus rigorem dominationis inflectere, praesertim cum in nobis uiridior aetas cito ad rebellionem subdita membra possit conpellere, si uel escas solitas abundantius uel certe insolitas licentius praesumamus?

XXII. THEONAS: Si rationabili mentis uniuersa quae gerimus adpendamus examine et de puritate cordis nostri non aliorum iudicia, sed nostram semper conscientiam consulamus, certum est istam refectionis intercapedinem iustae districtioni obesse non posse, si modo ut dictum est aequam indulgentiae continentiaeque mensuram pari lance perpendens utramque similiter nimietatem mens incorrupta castiget, et utrum spiritum nostrum deliciarum deprimat pondus, an uero alteram hoc est corporis partem maior abstinentiae inclinet austeritas, uera discretione distinguat, illam uel conprimens uel subleuans portionem, quam uel extolli senserit uel grauari. nihil enim 2
dominus noster ad cultum atque honorem suum absque iudicii moderatione uult fieri, quia h o n o r r e g i s i u d i c i u m d i l i g i t. et idcirco sapientissimus Salomon, ut in neutram partem

26 Ps. 98, 4

1 inflexuo B^1F^1O uelud *B* penit. *BO* poenit. *β* 3 sollempn. *B* 4 genu (ienua *O*) esse *Oβv* flectenda *O* 8 abscisso K^1c 10 quum *O* 11 cita *B corr.* possit membra *Oβv* 12 uel incerte B^1 14 uniuersa quae gerimus rationabili mentis *Oβv* 16 iudicia *scripsi*: indicia *BF* iudicium *Oβv* consolamus B^1Z^1 17 intercapidinem K^1 destrictioni F^1 discretioni *O* districtione $β^1$ 21 dilitiarum *β* alterum *BFO* 22 parte *B* 25 noster] non *BF*, *ortum ex antiquissimo conpendio* n̄r *pro* noster adque K^1 26 regis *om.* *F* 27 salamon K^1 in *om.* *B*

uergente iudicio declinemus, admonet dicens: honora deum de tuis iustis laboribus, et deliba ei de fructibus iustitiae tuae. etenim residet in conscientia nostra incorruptus quidam ac uerus iudex, qui nonnumquam super statu puritatis nostrae cunctis errantibus solus ipse non fallitur.

3 omni igitur cautione atque sollertia iugis circumspecti cordis seruetur intentio, ne quo modo iudicio nostrae discretionis errante aut inconsideratae continentiae cupiditate succensi aut desiderio nimiae remissionis inlecti substantiam uirium nostrarum ad iniquae trutinae libremus examen, sed in altera quidem lance animae puritatem, in altera autem uires corporis conlocantes ita uero conscientiae iudicio utraque pendamus, ut in neutram partem unius rei adfectu praeponderante peruersi uel ad inmodicam districtionem uel ad nimiam remissionem aequitatis libram propensius inclinemus, et illud nobis uel pro remissionis uel pro districtionis nimietate dicatur: nonne si recte offeras, non recte autem diuidas, peccasti?

4 illas etenim ieiuniorum uictimas, quas nobis uiolenta uiscerum conuulsione inconsiderate extorquentes domino recte offerre nos credimus, ille qui diligit misericordiam et iudicium execratur dicens: ego dominus diligens iudicium, odio habens rapinam in holocausto. illos etiam qui oblationum id est officiorum atque actuum suorum praecipua ad fotum carnis atque usus proprios praesumentes reliquias eorum domino ac minimam deferunt portionem, uelut

1 Prov. 3, 9 (LXX) 16 Gen. 4, 7 (LXX) 20 Ps. 32, 5 21 Esai. 61, 8

1 uergentem BF^1 ammonet B admonens K^1 dñm O 3 conscientiam F^1 nostram B^1F^1 4 numquam B^2 6 solertia β 7 quoquo modo Z^2 8 inconsiderata BF 9 nostrarum iniquae trutinae (trot. K^1 $\overset{tina}{\text{trutione}}$ O) examinatione libremus $O\beta v$ 11 autem *om.* $O\beta v$ 12 scientiae BF 14 inmodicam O: modicam *rell.* destrict. F 15 aequalitatis βv illut B 16 destrict. F 17 peccastis B^1F 19 conuulsionem BF 21 exsecratur β 22 hodio B^1F^1 et odio $\beta^2 v$ 23 adque K^1, *item infra* 25 nimiam BF minima O uelud K^1

operarios fraudulentos sermo diuinus ita condemnat: male-
dictus qui facit opera domini fraudulenter. non 5
ergo inmerito eum, qui se ita iniquo fallit examine, increpat
dominus dicens: uerumtamen uani filii hominum,
mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant.
et idcirco beatus apostolus, ut discretionis moderamina reti-
nentes in neutram partem inlecti nimietate uergamur, admonet
dicens: rationabile obsequium uestrum. quam rem
etiam legislator similiter interdicit ita praecipiens: statera
iusta, et aequa sint pondera, iustus modius,
aequusque sextarius, Salomone quoque parem super hoc
sententiam proferente: pondus magnum et pusillum et
mensurae duplices, inmunda sunt ante dominum
utraque, et qui facit ea in adinuentionibus suis
conpedietur. proinde non solum illo quo diximus, sed 6
etiam hoc modo studendum est nobis, ut nec iniqua pondera
in cordibus nostris nec in horreis conscientiae nostrae mensuras
duplices habeamus, id est ne nobis ea quae ad districtionis
regulam pertinent mollienda abundantiore remissionis indul-
gentia praesumentes eos, quibus uerbum domini praedicamus,
districtioribus praeceptis et grauioribus quam ipsi sustinere
possumus ponderibus obruamus: quod cum facimus, quid nisi
duplici pondere atque mensura praeceptorum domini mercem
frugemque uel adpendimus uel metimur? si enim aliter ea
nobis, aliter nostris fratribus dispensemus, recte increpamur

1 Hierem. 48, 10 (LXX) 4 Ps. 61, 10 8 Rom. 12, 1
9 Lev. 19, 36 12 Prov. 20, 10—11 (LXX)

4 uane *BO* fili *bis B*, *altero loco K* 6 ut] et B^1 7 mi-
nietate B^1 uergamur *OK*: uertamur *BF* uergamus *Zv* ammo-
net *B* 8 rationabilem B^1F^1 10 iustos modios aequosque sestarios
K^1 11 solomone K^1 12 magnus B^1 13 ante] apud *Ov*
14 aduentionibus *BO* 18 ne *om.* B^1F destrict. *F* 19 abun-
datiore *B* ne ipsi ea (ea ipsi *c*) quae districtionis regulam molliunt
remissiore indulgentia *Oβv* 21 destrict. *F* sistinere *B* pre-
ferre *O* perferre *βv* 22 possimus B^2v obseruamus F^1
24 mentimus B^1 metimus *F* mentimur OK^1

a domino, eo quod stateras dolosas ac mensuras duplices habeamus, secundum illam sententiam Salomonis qua dicitur: abominatio est domino pondus duplex, et statera
7 dolosa non est bonum in conspectu eius. hoc etiam modo reatum dolosi ponderis duplicisque mensurae euidenter incurrimus, si districtiora quaedam quam priuatim per nostras cellulas exercere consueuimus humanae laudis cupiditate coram fratribus ostentemus, abstinentiores scilicet et sanctiores apparere adfectantes humano conspectui quam diuino: qui morbus praecipue non modo uitandus, uerum etiam abominandus est nobis. sed interea a quaestione proposita paulo longius euagati ad eandem a qua discessimus reuertamur.

XXIII. Igitur praedictorum dierum ita est custodienda sollemnitas, ut corporis atque animae cultui prosit magis remissio indulta quam noceat, quia nec ullius festiuitatis gaudium aculeos carnis obtundere nec inmitis ille aduersarius
2 dierum nouit reuerentia mitigari. ut ergo et diebus festis statuta consuetudinis sollemnitas conseruetur et saluberrimus parsimoniae modus minime transcendatur, sufficit ut indulgentiam remissionis eo usque progredi patiamur, ut cibus, qui hora diei nona fuerat capiendus, paulo citius id est sexta hora pro festiuitate temporis capiatur, ea ratione dumtaxat, ut escarum solitus modus uel qualitas non mutetur, ne puritas corporis uel integritas mentis abstinentia Quadragensimae conquisita Quinquagensimae remissione depereat nihilque nobis prosit obtinuisse ieiuniis, quod mox amitti cogat incauta saturitas, praesertim cum etiam hostis nostri non ignota uersutia tunc praecipue munitionem nostrae puritatis inpugnet,

3 l. c. 23 (LXX)

2 solomonis *BK*[1] que *O* 3 abhominatio *B* 6 district. *F* quam *BFK*[1]: quae *OK*[2]*Zv* 9 adflectantes *F*[1] 11 interim *Oβv* ad *K*[1] 14 sollempn. *B* solemn. *K* adque *K*[1] 15 illius *βc* 16 obtendere *K*[1] illic *β* 18 sollemnitatis *O* 21 nona diei *BF* 24 mentes *K*[1] quadragesimae *BFO* 25 conquisita *BF*: diligentius adquisita *Oβv* quinquagensimae *om. BF* quinquagesime *O* 26 obtenuisse *B*[1] obstinuisse *F* abstinuisse *β* 27 quum *O*

cum eius custodiam senserit sollemnitatis cuiusquam celebritate laxatam. quamobrem uigilantissime prouidendum est, 3 ne umquam mentis nostrae uigor blandis seductionibus eneruetur neue ut supra iam dictum est castimoniae puritatem Quadragensimae continuo labore quaesitam Quinquagensimae requie ac securitate perdamus. et idcirco nulla penitus in ciborum qualitate uel modo admittatur adiectio, sed ab escis, quarum continentia diebus profestis integritatem pudicitiae tuebamur, etiam diebus celeberrimis similiter temperemus, ne laetitia festiuitatis perniciosissimam nobis carnalium incentiuorum suscitans pugnam uertatur in luctum illamque excellentiorem nobis quae gaudio incorruptionis exultat festiuitatem mentis eripiat et incipiamus post breuem carnalis laetitiae uanitatem amissam cordis pudicitiam longo paenitentiae maerore deflere. studendum quin immo est, ut non frustra 4 ad nos illa propheticae adhortationis commonitio dirigatur: celebra Iuda festiuitates tuas, et redde uota tua. si enim continentiae iugitatem interiecta dierum sollemnitas non mutarit, spiritalibus feriis iugiter perfruemur, et ita nobis a seruili operatione cessantibus erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato.

XXIIII. GERMANVS: Quid causae est, ut sex ebdomadibus Quadragensima celebretur, licet in quibusdam prouinciis religionis forsitan propensior cura adiecisse ebdomadem etiam septimam uideatur, cum neuter numerus, die dominico sabba-

17 Nah. 1, 15 20 Esai. 66, 23

1 quum *O* eius custodiam *Oβv*: custod. etiam *BF* sollempn. *B* solemn. *K* cuiusquam *om. Oβv* 3 eneruentur *K*[1] 5 continuo *om. Oβv* 8 profestis *Or*: etiam festis *BF* diebus festis (ieiunii *c*) pro integritate (integritatem *K*[1]) *βc* 9 tuebamur *Or*: tuemur *BF* utebamur *βc* diebus *om. O* 13 carnis *O* 15 merore *codd.* 16 profeticae *F* profetiae *K* adortationis *BO* 18 sollempn. *B* solemn. *K* 19 mutaret *F* 22 causa *F*[1]*O* ebdomatibus *KZ*[1] 23 prouentiis *K*[1] prouint. *K*[2]*Z* releg. *B*[1]*K*[1] regionis *F* 24 forsitā *K*[1] propensiore *β* adici *Z*[2] ebdomadam *OK*[1] ebdomada *K*[2]*Z* 25 septima *B*[1]*K*[2]*Z* uideantur *B*[1]*F* quum *O* numerus *om. β*

toque subtracto, quadraginta dierum impleat summam? sex enim et triginta dies in ipsis ebdomadibus tantummodo concluduntur.

XXV. THEONAS: Licet quorundam pia simplicitas huius rei amputet quaestionem, tamen, quia etiam illa, quae alius interrogatione indigna duxisset, scrupulosius perscrutantes integram obseruantiae nostrae ac mysterii ueritatem desideratis agnoscere, euidentissimam etiam huius rei percipite rationem, ut manifestius adprobetis nihil inrationabile nostros tradidisse maiores.
2 lege Moysaica uniuerso populo generalis promulgata praeceptio est: decimas tuas et primitias offeres domino deo tuo. itaque qui substantiarum nostrarum omniumque fructuum decimas offerre praecipimur, multo magis necesse est ut ipsius quoque conuersationis nostrae et humani usus operumque nostrorum decimas offeramus, quae profecto in supputatione
3 Quadragensimae euidenter inplentur. omnium enim dierum numerus, quibus reuolutus in orbem annus includitur, triginta sex semis dierum numero decimatur. in septem uero ebdomadibus, si dies dominici et sabbata subtrahantur, quinque et triginta supersunt dies ieiuniis deputati. sed adiecta illa uigiliarum die, qua usque in gallorum cantum inlucescente dominica ieiunium sabbati protelatur, non solum sex et triginta dierum numerus adimpletur, uerum etiam pro decimis quinque dierum, qui residui uidebantur, si illud quod superadiectum est noctis spatium conputetur, plenitudini totius summae nihil deerit.

XXVI. Quid uero de primitiis dicam, quas ab omnibus qui Christo fideliter famulantur cotidie certum est exhiberi? nam

11 Ex. 22, 29

2 ebdomatibus *β* 4 quorumdam *OZ* 7 uirtutum B^1F^1 uirtutem B^2F^2 desiderantis B^1F^1 agnuscere K^1 8 huius etiam *Oβv* 10 mosaica BFK^2 mosayca *O* 11 offerres *F* offerre *O* 14 operum quoque *BF* 17 numeros K^1 18 ebdomat. *β* 19 sabbati *BF* quinque] sex *O* 21 quo *BFO* cantu *BF* inlucisc. FK^1 25 est *om.* *K* nihil *BF*: omnino non *β* omnino nihil (nichil *O* nil *r*) *Ov* 27 ominibus B^1 hominibus B^2F qui *om.* *F* 28 cottidie *Z* exiberi *OK*

cum expergefacti a somno et quasi rediuiua post soporem alacritate surgentes, priusquam motum sensus ullius corde concipiant uel memoriam aut curam rei familiaris admittant, cogitationum suarum ortus atque principia diuinis consecrant holocaustis, quid nisi primitias uere suorum fructuum per summum pontificem Iesum Christum pro usu uitae huius et imagine cotidianae resurrectionis exsoluunt? quique etiam a 2
somno exciti hostiam iubilationis suae deo similiter offerentes primo linguae suae motu ipsum inuocant, ipsius nomen laudesque concelebrant, atque ad canendos ei hymnos prima labiorum claustra reserantes immolant deo sui oris officia: cui etiam pari deferunt modo prima manuum suarum gressuumque libamina, cum e cubilibus consurgentes in oratione consistunt, et priusquam in propriis causis membrorum suorum fungantur officio, nihil sibi de ministerio eorum ante decerpunt, sed ad ipsius honorem promouent gressum atque in eius laudatione defigunt, et ita cunctorum motuum suorum primitias protensione manuum, incuruatione genuum et totius corporis prostratione persoluunt. illud enim quod decantatur in psalmo 3
alias inplere non possumus: praeueni in maturitate, et clamaui, et: praeuenerunt oculi mei ad te diluculum: ut meditarer eloquia tua, et: mane oratio mea praeueniet te, nisi ut post quietem somni in hanc lucem ut supra diximus uelut e tenebris ac morte reuocati de uniuersis officiis mentis et corporis nihil omnino in nostris praesumere necessitatibus audeamus. nullus namque est alius 4
quem aut propheta praeuenerit matutinus aut nos praeuenire

20 Ps. 118, 147 21 l. c. 148 22 Ps. 87, 14

1 experti *O* expergiti *β* 2 sensus *om. BF* illius OK^1 3 memoria *F* 4 adque K^1 6 sacerdotem *Oβv cf. XVIII, 14, §. 2, 3, 5* 7 imaginem *BF* cottid. *β* 8 excitati $B^2βv$ exitati *O* tuae B^1F, *sed in F eras.* 10 ymnos F^2OZ^1 primo *O* 11 suo *O* 13 quum *O* orationem *BF* 16 adque K^1 laudationem *BF* 17 cunct. mot.] cōmotū *B* cum motum *F* protentione B^1F 18 incuruationem B^1 prostrationem B^1F 21 diluculo $B^2F^2OK^1v$ 23 ut] aut F^1 somnii B^1F^1 24 ac *BF*: et imaginaria *Oβv* 26 audiamus B^1F^1 27 matutinos K^1

similiter debeamus, nisi aut nosmet ipsos, id est occupationes nostras et adfectus curasque mortales, sine quibus esse non possumus, aut suggestiones subtilissimas inimici, quas nobis adhuc quiescentibus ac sopore demersis per phantasias inanium somniorum inferre conatur, quibus nos mox euigilaturos occupet et inuoluat, ut primitiarum nostrarum opima deflorans primus
5 ipse decerpat. quamobrem omni nobis cautione curandum est, si tamen uim praedicti uersiculi opere uolumus adimplere, ut ita primos matutinarum cogitationum ortus sollers uigilantia tueatur, ne quid ex eis festina praesumptio liuentis adtaminet inimici nostrasque primitias tamquam uiles iam atque communes a domino faciat reprobari. qui si praeuentus a nobis peruigili mentis circumspectione non fuerit, anticipationis nequissimae consuetudinem non deponens cotidie nos fraudibus
6 suis praeuenire non desinet. et idcirco si placitas et acceptabiles deo primitias ex fructibus mentis nostrae optamus offerre, non mediocrem sollicitudinem debemus inpendere, ut omnes nostri corporis sensus matutinis praecipue horis tamquam sacrosancta domini holocausta in omnibus inlibata atque intacta seruemus. quod deuotionis genus multi etiam saecularium summa cautione custodiunt, qui ante lucem uel diluculo consurgentes nequaquam familiaribus ac necessariis mundi huius actibus inplicantur, priusquam cunctorum actuum suorum operationumque primitias ad ecclesiam concurrentes diuino studeant sacrare conspectui.

XXVII. Porro quod dicitis diuerso more, id est sex uel septem ebdomadibus per nonnullas prouincias Quadragensimam celebrari, una ratio idemque ieiuniorum modus diuersa ebdomadarum obseruatione concluditur. hi enim sex ebdomadarum

2 adfectus *K*: aff. *rell.* 4 fantasias *codd.* inanimum *K*[1] 5 quibus] qui *BF* 6 ut] et *BF* 7 cauendum *B F* 9 solers *K*[1] 10 libentis *BOK*[1] 11 adque *FK*[1] 13 circuminspectione *O* circumspectatione *KZ*[1] 14 nequissimam *β* cottidie *β* 15 desinit *O* adceptab. *F*[1] 19 dei *BF* adque *K*[1] 21 deluculo *K*[1]*Z* 24 ecclesia *B* 27 ebdomat. *β* quadragesimae *B*[1] quadragesima *FO* 29 hii *BFOKZ*[1]

sibi obseruantiam praefixerunt, qui putant die quoque sabbati
ieiunandum. sex ergo in ebdomade ieiunia persoluunt, quae
eosdem sex et triginta dies sexies reuoluta consummant. una
ergo, quemadmodum diximus, ratio idemque est ieiuniorum
modus, licet in ebdomadarum numero discrepare uideantur.

XXVIII. Sed profecto cum rationem huius rei humana
oblitterasset incuria, tempus hoc, quo anniuersariae ut dictum
est decimae deo triginta sex semis ieiuniis offeruntur, Quadra-
gensimae nomen accepit, quod fortasse uel propter hoc uisum
sit hoc uocabulo debere censeri, quod Moyses uel Helias uel
ipse dominus noster Iesus Christus quadraginta diebus ieiunasse
traduntur. ad cuius numeri sacramentum illi quoque quadra- 2
ginta anni, quibus Israhel est in solitudine commoratus, et
quadraginta similiter mansiones, quibus eam mystice pertrans-
isse describitur, non incongrue coaptantur. an fortasse ipsa
decimatio recte quasi ab usu telonei Quadragensimae nomen
acceperit? ita enim illa publica uulgo uocatur exactio, ex qua
tanta lucri portio regis commodis deputatur, quantum et nobis
a rege omnium saeculorum pro usu uitae nostrae legitimum
Quadragensimae uectigal exigitur. sane licet ad propositam 3
non pertineat quaestionem, tamen quia se obtulit narrationis
occasio, nec hoc quidem praetereundum puto, quod frequentis-
sime seniores nostri idcirco illis diebus maxime inpugnari

10 cf. Ex. 34, 28. III Reg. 19, 8. Mt. 4, 2 13 cf. Deut. 29, 5

2 in *om.* β ebdomada *O* ebdomadas (das *in ras. m. 2 K*) β qui *K*²*c* 3 consumant *B*¹ *hic in Ov cap. 28 incipit* 4 quemammodum *B* 5 uideatur β*v* 6 quum *O* 7 obliterasset *BF* 8 et sex *O* 9 accipit *K*¹ 10 moses *BF* elias *O* helyas *Z* 13 israhel *F*: ſrhł *O* isrł *rell.* 14 ea β mistice *OK*¹ 15 discribitur *B*¹ coabtantur *OK*¹ an *B*¹*F*: aut *B*² et *O* β*v* 16 tolonei *B*²*Z*¹ thelonei *O* 17 accepit *B*²*c* acciperit (*prius* i *mut. in* e) *K* acciperat *Z* illa *om. BF* publico *F* 18 regiis β deputetur *K*¹ et] ut *B* a nobis *K*²*Zv* 19 uso *K*¹ 20 exibetur *O* 21 pertinet *B*¹*F* perteneat *K*¹ optulit *F* 22 ne *OK*¹ praeter eundem *F* frequentessime *K*¹ 23 inpugnare *B*¹*F*¹*K*¹*Z*

omne monachorum genus antiqua inimicae gentis consuetudine testabantur et ad transmigrandum de suis sedibus acrius perurgueri, eo quod secundum illam similitudinem, qua tunc Aegyptii filios Israhel uiolentis adflictionibus opprimebant, nunc quoque uerum Israhel, id est monachorum plebem intellectuales Aegyptii duris ac lutulentis operibus incuruare conentur, ne per amicam deo quietem terram Aegyptiam deserentes ad heremum uirtutum salubriter transeamus, ita ut aduersum
4 nos Pharao infremens dicat: otiosi sunt, et ideo uociferantur dicentes: eamus et sacrificemus domino deo nostro. opprimantur laboribus, et solliciti sint in operibus suis, et non sint solliciti in uerbis uanis. nam utique uanitas eorum sanctum domini sacrificium, quod non nisi in heremo liberi cordis offertur, summam adstruit uanitatem: abominatio enim peccatori religio.

XXVIIII. Hac igitur Quadragensimae lege qui iustus ac perfectus est non tenetur nec exigui huius canonis subiectione contentus est, quem profecto illis, qui per totum anni spatium deliciis uel negotiis saecularibus inplicantur, ecclesiarum principes statuerunt, ut uel hac legali quodammodo necessitate constricti his saltim diebus uacare domino cogerentur ac dierum uitae suae, quos totos quasi fructus quosdam fuerant
2 uoraturi, uel decimas domino dedicarent. ceterum iusti, quibus lex non est posita quique spiritalibus officiis non exiguam illam id est decimam partem, sed totum uitae suae tempus inpendunt, quia liberi sunt a decimarum legalium functione,

9 Ex. 5, 8—9 (LXX) 15 Sir. 1, 24 (LXX) 24 I Tim. 1, 9

1 inimici gentes *K*¹ 2 agrius *OK*¹ 3 perurgeri *Z* consuetudinem *Oβv* 4 ısrł *β* uiolentes *K*¹ oppremebant *K*¹ 5 ısrahł *F* ſrhł *O* hisrł *K*¹ isrł *rell.* 6 lutulentes *K*¹ 9 faraho *OK*¹ farao *K*²*Z* idcirco *Oβv et Vulgata* 11 oppremantur *K*¹ 13 eorum (*i. e.* intellectualium Aegyptiorum) *BF*: impiorum *Oβv* 14 esse adstruit *Oβv* 15 abhominatio *F* enim *B*: enim est *rell.* relegio *B*¹ 16 ad *O*¹ adque *O*²*K*¹ atque *K*²*Zv* 18 annum *F*¹ 19 delitiis *β* negutiis *K*¹ 21 saltem *B*¹*F* uagare *F*¹ 22 totus *K*¹ fructos *B*¹*F*¹

idcirco si eos superueniens honesta et sancta necessitas coartarit, audent istam stationem ieiunii absque ulla disceptatione laxare. non enim ab eis decimarum exiguitas mutilatur, qui omnia sua domino secum pariter obtulerunt. quod profecto absque summo fraudis reatu facere ille non poterit, qui nihil uoluntarie offerens deo inexcusabiliter soluere decimas suas legis necessitate conpellitur. quapropter liquido conprobatur 3 perfectum esse non posse famulum legis, qui uel illa quae prohibentur cauet uel illa quae praecipiuntur exsequitur, sed illos uere esse perfectos, qui etiam his quae a lege concessa sunt non utuntur. et hac ratione cum de Moysaica lege dicatur: *nihil enim ad perfectum perduxit lex*, nonnullos sanctorum in ueteri testamento perfectos legimus extitisse, quia transcendentes legis imperium sub euangelica perfectione uixerunt, *scientes quod iustis lex non est posita, sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis*, et cetera.

XXX. Sciendum sane hanc obseruantiam Quadragensimae, quamdiu ecclesiae illius primitiuae perfectio inuiolata permansit, penitus non fuisse. non enim praecepti huius necessitate nec quasi legali sanctione constricti artissimis ieiuniorum terminis claudebantur, qui totum anni spatium aequali ieiunio concludebant. uerum cum ab illa apostolica deuotione desciscens 2 cotidie credentium multitudo opibus suis incubare coepisset nec eas usui cunctorum fidelium secundum apostolorum instituta

12 Hebr. 7, 19 15 I Tim. 1, 9—10

1 coartaret *F* 2 audent istam *B*: audenti F^1 audent F^2 *Oβv* descept. K^1 3 quia *O* 8 famulus B^1 9 prohibentur ... illa quae *om.* *BF* cauit K^1 exequitur *O* 11 hac] hęc *K* quum *O* de *om.* *β* mosaica *BF* mosayca *O* 13 uetere K^1Z 14 exstitisse *Z* qui *Θ* leges K^1 euuangelica *B* 15 refectione *F* non est lex *B* (?) *v* 18 quadragis. *B* quadrages. *FO* 21 iustissimis BF^1 istis F^2 22 per totum K^2Z 23 concludebantur *β* quum *O* 24 cottid. *Bβ* quotidie *O* 24 operibus suis BF^1 suis opibus *Oβv* incubare (incuruare, e *mut. in* i *F*) coepisset *BF*: incubaret *Oβv* 25 ne *β*

diuideret, sed priuatim inpendiis suis consulens non seruare tantum sed etiam augere contenderet, Annaniae et Sapphirae exemplum non contenta sectari, id uniuersis tunc sacerdotibus placuit, ut homines curis saecularibus inligatos et paene ut ita dixerim continentiae uel conpunctionis ignaros canonica ieiuniorum ad sanctum opus indictione reuocarent et uelut legalium decimarum necessitate conpellerent, quae utique infirmis prodesse possit, perfectis praeiudicare non possit, qui sub gratia euangelii constituti uoluntaria legem deuotione transcendunt, ut ad illam apostolicae sententiae peruenire
3 beatitudinem possint: *peccatum enim in uobis non dominabitur: non enim estis sub lege sed sub gratia.* uere enim dominationem in illo non potest exercere peccatum, qui fideliter sub gratiae libertate consistit.

XXXI. GERMANVS: Quia non potest fallax haec apostoli esse sententia, quae securitatem non solum monachis, sed etiam omnibus Christianis generaliter repromittit, nimium nobis uidetur obscura. cum enim cunctos qui euangelio credunt a iugo et dominatione peccati liberos atque alienos esse pronuntiet, quomodo paene in omnibus baptizatis uiget dominatio peccatorum secundum sententiam domini qua ait: *omnis qui facit peccatum seruus est peccati?*

XXXII. THEONAS: Quaestionem nobis rursus inmodicam inquisitio uestra conmouet. cuius uim licet sciam ab inexpertis nec tradi posse nec percipi, tamen in quantum potero

11 Rom. 6, 14 21 Ioh. 8, 34

2 ananiae *codd.* safirae B saffyrae F saffire O saphirae β 3 sectare B^1 tum (dum K^1) β 4 inlegatos K^1 5 canonica $O\beta$: canonico BF 6 indictione OK: inditione Z ingenio BF 8 possit (*post* prodesse) BFO: posse et K^1Z^1 posset et K^2Z^2 11 possent K^1 14 fideliter ... consistit BFr: dominatur adfectibus (aff. OZc) peccatorum $O\beta c$ *cf. XVII, 30, 1* 15 Germanus] Theonas B^1 potest *om.* F hec fallax O est F^2 16 monacho B^1 18 obscura uidetur B quum O 20 pęne O: pene B poene *rell.* uicit K^1 uincit K^2Z 21 qua βr: qui $BFOc$ omnes K^1 22 seruos K^1 23 rursum O 24 conmobit O commouit β eius BF 25 perfici O

uerbis absoluere et breuiter expedire temptabo, si modo intel-
lectus uester ea quae dicimus etiam operibus subsequatur.
quaecumque enim non per doctrinam, sed per experientiam
cognoscuntur, sicut tradi ab inexperto nequeunt, ita nec mente
concipi uel teneri ab eo qui non simili studio fuerit atque
institutione fundatus. et idcirco necessarium reor, ut primum 2
diligentius inquiramus quodnam sit propositum uel uoluntas
legis uel quae gratiae disciplina atque perfectio, ut conse-
quenter ex his seu dominationem peccati seu expulsionem
eius possimus agnoscere. itaque lex principaliter iubet expeti
copulam nuptiarum dicens: beatus qui habet semen in
Sion et domesticos in Hierusalem, et: maledicta
sterilis quae non peperit. e contrario gratia ad incor- 3
ruptionis perpetuae puritatem et castimoniam nos beatae
uirginitatis inuitat beatae, inquiens, steriles, et ubera
quae non lactauerunt, et: qui non oderit patrem
et matrem et uxorem, non potest meus esse disci-
pulus, et illud apostoli: reliquum est ut et qui habent
uxores tamquam non habentes sint. lex dicit: deci-
mas tuas et primitias non tardabis offerre, gratia:
si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes
et da pauperibus. lex talionem conuiciorum et iniuriarum 4
non prohibet ultionem dicens: oculum pro oculo, dentem
pro dente. gratia congeminatione iniuriarum uel caedis

11 Esai. 31, 9 (LXX) 12 ? ? 15 Luc. 23, 29 16 Luc. 14, 26 18 I Cor. 7, 29 19 Ex. 22, 29 21 Mt. 19, 21 23 Ex. 21, 24

2 dicemus *β* 3 per *post* sed *om.* *FO* 4 cognoscentur *F* cognuscuntur *K*¹ mentem *K*¹ 5 ab eo qui non *BF*: nisi ab eo qui *Oβv* adque *K*¹ ac *BF* 8 adque *K*¹ sequenter *B* 9 siue ... seu *O* siue ... siue *βv* 10 eius *om.* *B*¹ agnuscere *K*¹ 11 copolam *K*¹ 13 sterelis *BFOK*¹*Z*¹ incorruptiones *K*¹ 14 castimoniae *B*¹ castimonia *F* 15 stereles *B*¹*F* sterelis *K*¹ steriles quae non genuerunt et ubera *O* 17 discipolus *K*¹ 18 illut *B* relicum *O* ut] ait *B* 20 et primitias *om.* *BF* uerbi gratia *K*¹ 21 et uende (uinde *K*¹) *β* 22 talionum *β* conuitiorum *BK*¹ 24 congeminationem *BF*

quae fuerit inrogata nostram patientiam uult probari et ad duplicis dispendii tolerantiam paratos esse nos praecipit, qui te percusserit, inquiens, in dextera maxilla tua, praebe illi alteram. et illi qui uult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, remitte ei et pallium. illa inimicos odio habendos, haec ita diligendos esse decernit, ut pro ipsis etiam deo semper censeat supplicandum.

XXXIII. Quisquis igitur hoc euangelicae perfectionis culmen ascenderit, iste profecto supra omnem legem tantarum uirtutum meritis sublimatus et uniuersa quae per Moysen praecepta sunt quasi parua despiciens tantum sub gratia saluatoris se esse cognoscit, cuius adiutorio se ad illum sublimissimum statum intellegit peruenisse. non ergo dominatur in eo peccatum, quia caritas dei quae diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis omnem alterius cuiusquam rei excludit adfectum, nec potest aut uetita concupiscere aut imperata contemnere, cuius totum studium totumque desiderium diuino amori semper intentum usque adeo uilium rerum oblectatione non capitur, ut etiam
2 his quae concessa sunt non utatur. in lege autem, in qua coniugiorum iura seruantur, quamuis cohibita luxuriae euagatio uni tantum feminae mancipetur, tamen nequaquam possunt carnalis concupiscentiae aculei non uigere, et difficile est ut ignis, cui etiam studiose pabula suggeruntur, ita praefixis terminis includatur, ut non etiam extra euagatus amburat quidquid adtigerit. cui etiamsi sua illa ita semper occurrat

2 Mt. 5, 39—40 7 cf. Mt. 5, 44 15 Rom. 5, 5

1 fuerint K^2Z inrogatae *β* nostra patientia *BF* 2 toller. K^1 praecepit *B* 3 dexteram *Z* maxillam K^2Z tua *om. β* 4 illi et alteram *O* in B^1: *om. rell.* 5 tonicam *β* 6 hodio F^1 7 etiam *om. βr* 8 suplicandum *K* 9 Dum quisquis *β* 13 cognuscit *K* 15 dei *om. β* defusa K^1 16 que data K^1 17 cuiusque *βv* 18 inperata *O* 19 deuino K^1 22 cohebita K^1 luxoriae B^1K^1Z 27 quicquid *O* illa ista *O*

obiectio, ut exaestuare extrinsecus non sinatur, tamen etiam
dum cohibetur incendit, quia uoluntas ipsa culpabilis est et
ad uelocissimos adulteriorum raptatur excessus consuetudo
concubitus. ceterum quos gratia saluatoris sancto incorrupti- 3
onis amore flammauerit, ita omnes carnalium desideriorum
spinas dominicae caritatis igne consumunt, ut nec tepens
fauilla uitiorum refrigerium integritatis inminuat. legis ergo
famuli licitorum usu ad inlicita prolabuntur, gratiae participes,
dum licita contemnunt, inlicita non nouerunt. sicut autem
uiuit in coniugii amatore peccatum, ita etiam in eo qui decimas
suas ac primitias tantum redhibere contentus est. necesse est
enim eum, dum tardat aut neglegit, aut in qualitate earum
aut quantitate aut in cotidiana distributione peccare. qui 4
enim iubetur ea quae sua sunt infatigabiliter indigentibus
ministrare, quamlibet ea summa fide ac deuotione dispenset,
tamen difficile est ut non laqueos peccatorum frequenter
incurrat. in illis uero qui consilium domini non spreuerunt,
sed omnem substantiam suam pauperibus praerogantes sumpta
cruce sua largitorem gratiae subsequuntur, peccatum non
potest dominari. non enim eum sacratas iam Christo opes et
quasi alienas pia distributione pecunias dispensantem infidelis
seruandi uictus cura mordebit nec elemosynae hilaritatem
abiget maesta cunctatio, quia quod semel totum obtulit deo,
id iam alienum sine propriae necessitatis recordatione aut
angusti uictus timore dispergit, qui se certus est cum ad
desideratam peruenerit nuditatem multo magis a deo quam
uolucrem caeli esse pascendum. e contrario is qui substantiam 5
retinens mundialem aut decimas fructuum suorum atque pri-
mitias aut partem pecuniarum constrictus legis antiquae

2 cum *O* 5 omnis K^1 9 norunt *Z* 11 rethibere B^1 *FO* redibere *Z* · 12 enim *om.* *B* eorum *B* 13 aut quantitate *BF*: aut in quant. *Oβv* cottid. K^2Z 17 dei *O* 18 prorogantes FKZ^1 19 caelestis gratiae *Oβv* subsecuntur BOK^1Z 21 dispensantem *post* enim eum *habent* *βc* infideli *B* 22 e(ae-)limosinae B^1F elemosinae B^2O elymosinae *K* 23 abicit *K* addicit *Z* *corr.* 26 perueniret *F* 27 his $B^1F^1OK^1$

sanctione distribuit, licet peccatorum suorum ignem maxime hoc elemosynae rore restinguat, tamen, quantauis opes suas magnanimitate dispenset, inpossibile est ut se ad plenum eruat a dominatione peccati, nisi forte per gratiam saluatoris
6 cum re etiam ipsum adfectum deposuerit possidendi. pari modo non potest non cruento peccati imperio famulari, quicumque oculum pro oculo, dentem pro dente ex praecepto legis eruere aut odio habere inimicum suum mauult, quia necesse est eum, dum talionis uicissitudine ulcisci suam optat iniuriam, dum contra inimicos odii amaritudinem seruat, furoris atque irae perturbatione semper accendi. quicumque uero sub euangelicae gratiae inluminatione uersatur, ac malum non resistendo superans sed ferendo dexteram percutienti maxillam etiam alteram praebere uoluntarius non moratur, uolenti aduersum se de tunica litigium conmouere remittit et pallium, quique diligit inimicos suos et orat pro calumniantibus
7 sibi, hic peccati reppulit iugum ac uincla disrupit. non enim uiuit sub lege, quae non interimit seminaria peccatorum (unde non inmerito de ipsa beatus apostolus reprobatio, inquit, fit praecedentis mandati propter infirmitatem eius et inutilitatem: nihil enim ad perfectum perduxit lex, et dominus per prophetam et dedi, inquit, eis praecepta non bona, et iustificationes, in quibus non uiuent in eis), sed sub gratia, quae non ramos tantum nequitiae amputat, sed ipsas penitus radices noxiae uoluntatis euellit.

XXXIIII. Quisquis ergo perfectionem euangelicae studuerit tenere doctrinae, hic sub gratia constitutus peccati dominatione

7 cf. Ex. 21, 24 13 cf. Mt. 5, 39—40 19 Hebr. 7, 18—19 22 Ezech. 20, 25 (LXX)

2 elymosinae *B* ęlimosynae *F* elemosine *O* 8 aut] ut *F* uult *F* 9 uicissitudinem *F*[1]*O* 10 odio *Z* 11 perturbationem *B*[1]*F*[1] 13 ferendo *BFO*: refendo *K* perferendo *Z corr.* dextram *BO* 15 et uolenti *Oβv* liticium *K*[1] 17 uincula *F* 18 interemit *F*[1]*OK*[1] 19 inquid *BFOβ*[1] 22 dedit *O* inquid *BFOK*[1]*Z* 26 uoluptatis *O*

non premitur: hoc est enim esse sub gratia, quae a gratia
mandantur inplere. quicumque uero perfectionis euangelicae
plenitudini subiectus esse noluerit, non ignoret se, quamuis
baptizatus sibi uideatur ac monachus, non esse sub gratia,
sed legis adhuc uinculis praepeditum peccati pondere prae-
grauari. propositum namque est eius, qui omnes a quibus 2
receptus fuerit gratia adoptionis adsumit, non destruere, sed
superaedificare, nec euacuare, sed adimplere Moysaicas sancti-
ones. quod nonnulli penitus ignorantes et consiliorum atque
exhortationum Christi magnificentiam neglegentes ita prae-
sumptiuae libertatis securitate soluuntur, ut non solum Christi
praecepta tamquam ardua non adtingant, uerum etiam illa
ipsa, quae illis incipientibus paruulisque Moysaica lege mandata
sunt, uelut antiquata contemnant, illud quod apostolus
execratur noxia libertate dicentes: peccauimus, quia non
sumus sub lege sed sub gratia. qui ergo nec sub gratia 3
est, quia nequaquam dominicae doctrinae culmen ascendit,
nec sub lege, quia etiam ipsa illa paruula legis mandata non
suscepit, hic duplici peccatorum oppressus imperio ob hoc
solum gratiam Christi percepisse se credit, ut per noxiam
libertatem ab eo fieret alienus, in illud incidens quod apostolus
Petrus ne incurramus denuntiat: quasi liberi, inquit, agite,
et non quasi uelamentum habentes malitiae liber-
tatem. beatus quoque apostolus Paulus uos enim, inquit,
in libertatem uocati estis, fratres, id est ut absoluti

15 Rom. 6, 15 22 I Pet. 2, 16 24 Gal. 5, 13

2 perfectioni euang. plenitudinis O 3 ignorat B 4 babtizatus BO ac] nec B^1 7 adsumpsit BF adsumsiht O dextruere O distruere K^1Z 8 mosaicas $BF\beta$ mosaycas O 10 exortationum BFO neclegentes K^1 presumtiue BO praesumptiua β 12 ipsa illa βv 13 parbolisquae B^1 paruolisquae B^2F parbolisque O mosaica $F\beta$ mosayca BO 14 contempnant K^1 quod] quoq; F 15 exegratur B^1 exsecratur β peccamus F^1 peccabimus O *Vulg.* 17 ad dominicae $O\beta v$ ascenderit B 18 ipsa *om.* B parbola B^1O^2 paruola B^2F parabola O^1 21 hab F^1 a deo O^2 apostulus B 22 enuntiat βc inquid $BFOK^1Z$ 23 uelamen βv *et Vulgata* 24 paulus *om.* F inquid $BFOK^1Z$

sitis a dominatione peccati, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, id est frustrationem legalium
4 praeceptorum credatis esse licentiam uitiorum. haec uero libertas quia nusquam nisi ibi sit tantum ubi dominus commoratur, Paulus apostolus docet dominus, inquiens, spiritus est: ubi autem spiritus domini, ibi libertas. quapropter ignoro utrum hunc beati apostoli sensum, sicut hi qui experti sunt sapiunt, exprimere atque elucidare potuerim: unum scio apertissime illum etiam sine expositione cuiusquam omnibus reserari, qui πρακτικήν, id est actualem perfecte tenuerunt disciplinam. non enim laborabunt, ut quod iam operando didicerunt intellegant disputando.

XXXV. GERMANVS: Obscurissimam quaestionem et multis etiam ut putamus incognitam apertissime reuelasti. unde ut hoc quoque profectui nostro adicias deprecamur, ut cur interdum etiam propensius ieiunantibus nobis et exhaustis atque defectis uehementiores pugnae corporis excitentur, diligenter edisseras. nam plerumque etiam expergefacti e somno cum deprehenderimus nos sordidi liquoris contagium pertulisse, ita deicimur conscientia, ut ne ad ipsam quidem consurgere orationem fiducialiter audeamus.

XXXVI. THEONAS: Studium quidem uestrum, quo perfectionis uiam non transitorie, sed plene atque perfecte desideratis adtingere, infatigabiliter nos disputationi huic prouocat inhaerere. nec enim de exteriore castimonia et circumcisione manifesta, sed de illa quae in occulto est diligenter inquiritis, scientes in hac uisibili carnis continentia perfectionis plenitudinem non inesse, quae haberi uel per necessitatem uel per

5 II Cor. 3, 17

1 in uocatione *F* in occasione *β* 2 frustationem *B* 5 apostulus *B* 7 hii *BFO*[2]*KZ*[1] 8 atque] ad te *B*[1] lucidare *B*[1] (*fort.* aut elucidare *fuit in archetypo codicis B*) 9 illud *BF* 10 πρακικην *B* 11 tenuerint *βv* 15 quur *O* 16 nobis... 17 defectis *om. BF* 17 excitantur *B* 18 expergiti *β* 19 sordidi liquoris *BF*: sordidi liquoris (corporalis ueneni *m. 2*) *O* corporalis (corporis *K*[1]) ueneni *βv* 24 disputationi huic nos *β* 25 circumcisionem *K*[1] 28 non] quae *K*[1]

hypocrisin etiam ab infidelibus potest, sed in illa cordis
uoluntaria et inuisibili puritate, quam beatus apostolus ita
praedicat: non enim qui in manifesto, Iudaeus, neque 2
quae in manifesto in carne, est circumcisio, sed
qui in occulto, Iudaeus, et circumcisio cordis
spiritu non littera, cuius laus non ex hominibus
sed ex deo est, qui solus scilicet cordium secreta rimatur.
tamen quia satisfieri desiderio uestro ad plenum non potest
(breue enim quod superest spatium noctis ad indagandam
hanc abstrusissimam non sufficit quaestionem), congruum reor
ut interim differatur. sensim namque haec et corde ab omni 3
cogitationum strepitu penitus absoluto ut a nobis proferri, ita
uestris debent mentibus intimari, quae sicut propter communem
purificationem oportet inquiri, ita nisi ab eo qui donum integritatis expertus est tradi adsignarique non possunt. non enim
quaeritur quid inanium argumenta uerborum, sed quid interna
conscientiae fides et maior uis ueritatis inculcet. et idcirco 4
de emundationis huius scientia atque doctrina nec proferri
aliquid nisi ab experto nec transfundi quicquam potest nisi
in cupidissimum et ualde sollicitum ueritatis ipsius amatorem,
qui non eam uacuis nudisque sermonibus sciscitando, sed totis
animi uiribus adnitendo optet adtingere, scilicet non studio
loquacitatis infructuosae, sed desiderio purificationis internae.

3 Rom. 2, 28–29

1 hypocrisim β^1 2 quam cum β 3 praedicet K^2Z qui] quę B^1 4 quae] qui OK^1 5 circumcisione *BFO* 6 in spiritu βv: *at cf. Tischendorfii adnotat. ad locum Pauli* 9 brebe B^1 11 sensu F^2 13 uentris K^1 debet *BFO* communem *BF*: communem (conscientie *m. 2*) *O* conscientiae βv 15 potest *B corr.* 16 uerborum] uirtutum β quid *om.* β 17 maior uis] maioris *F* 18 mundationis *F* emundationes K^1 20 et ualde] ualdeque $O\beta v$ ueritatis *BFO*: uirtutis βv *cf.* §. 3 22 anime *B* 23 infructuosam BF^1 puritatis βv internae. Explicit (liber *add.* B^2F conlatio *add.* *O*) abbatis theone (theona* *B* theonas *O*) de remissione quinquagensimae (quinquages. *BO* quinquagesimi *F*). Incipit (incipiunt *Z*) eiusdem de nocturnis inlusionibus $BFO\beta$ (β *addit*: capitula)

XXII.

CONLATIO ABBATIS THEONAE SECVNDA.

DE NOCTVRNIS INLVSIONIBVS.

CAPITVLA.

I. De iterato ad abbatem Theonam reditu nostro eiusque exhortatione.

II. Commemoratio interrogationis nostrae, cur maiorem abstinentiam maior interdum carnis inpugnatio consequatur.

III. Quod triplici ratione proueniat genitalis fluxus egestio.

IIII. Interrogatio, an ad sacrosanctam conmunionem accedere liceat nocturna inlusione pollutos.

V. Responsio, quando reatum contrahat passio dormientis.

VI. Quod nonnumquam etiam inimici factione haec contingat inlusio.

VII. Quod numquam dignum se conmunione dominica quispiam debeat iudicare.

VIII. Obiectio, eo quod omnes dominica communione priuandi sint, si nullus est absque peccato.

VIIII. Responsio, eo quod multi sancti esse possint, nemo tamen absque peccato nisi Christus.

X. Quod solus filius dei absque ullo peccati uulnere uicerit temptatorem.

6 exortatione *BFO* 7 quur *FO* 8 subsequatur *βv* 11 sacrosanctum *BF* 12 pollutus *BO* pollutis *βv* 13 contrahit *β* 16 indignum *Z* quispiam dominica *B* 18 eo *om.* *BFO*[1] omnis *K*[1] 19 est *om.* *O* 21 tamen *om.* *Oβ*

I. Post dies ferme septem Quinquagensimae sollemnitate transacta cum in ipso noctis initio, id est post synaxin uespertinam promissae disputationis expectatione suspensi sancti Theonae cellulam fuissemus ingressi, alacer senex hilari uultu ac blando nos prior sermone conpellans, mirabar, inquit, ardentissimum studium uestrum his septem diebus absolutionem propositae quaestionis potuisse differre et debitori suo, praecipue non roganti, dilationem tanti temporis praestitisse. iustissimum proinde est, ut quia ultro mihi benignitas uestra 2
tam largas concessit indutias, ego quoque moram in debiti redhibitione non faciam. grata namque est huius faenoris occupatio, quae maiora dum soluitur augmenta conquirit et

7 Rom. 7, 19

1 similitudinem *O* 3 similitudinem *K*[1] 8 uolo hoc *B* 11 quaestionis. Expliciunt capitula *BF* Finiunt capitula *β* Incipit conlatio abbatis theonae de nocturnis inlusionibus (Incipit *add.* *K*[1]) conlatio ·V· *β*: *om.* *BF* Explicit capitula. Incipit conlatio uicesima soda *O* 12 fere *F*[2] quinquagesimae *BFO* *ut solent* solemn. *B*[1] *K* 13 in *om.* *βr* id est *om.* *F* sinaxin *BFO* synaxim *β* 16 inquid *B*[1]*FOK*[1]*Z* 18 praecipiae *F* 21 inducias *β* 22 redibitione (d *in ras. m. 2*) *B et K*[2]*Z* rethibitione *FO* faenoris *F*: foen. *BK*[2]*Z* fenoris *OK*[1] 23 aucmenta *K*[1]

non solum percipientem ditat, uerum etiam non inminuit largientem. duplices siquidem congregat quaestus rerum spiritalium dispensator, quia non solum in illius qui audit profectu, uerum etiam in sua disputatione compendia summa consequitur, non minus semet ipsum ad desiderium perfectionis
3 accendens, dum instruit auditorem. quamobrem uester ardor meus profectus est, uestra sollicitudo mea conpunctio est. nam utique et ipse nunc mente torperem nihilque in meo corde de his quae expetistis retractarem, nisi me uester ardor atque expectatio ad recordationem rerum spiritalium excitaret quodammodo dormientem. et idcirco proferatur in medium quaestio, si uidetur, cuius pridem pro angustia temporis absolutionem procrastinare maluimus.

II. Hoc enim, nisi fallor, inquisitio uestra conplexa est, cur interdum remissius iucundantes leuioribus carnis huius aculeis titillemur et nonnumquam districtius abstinentes adflicto exhaustoque corpore incentiuis acrioribus urgueamur, ita ut, quemadmodum patefecit uestra confessio, expergefacti repperiamus nos umorum naturalium egestione respersos.

III. Huius ergo infestationis triplicem causam nostri prodidere maiores, quae modum temporis constituti intempestiuis inrumpat excessibus. aut enim superflua escarum nimietate congeritur aut per incuriam mentis elabitur aut inimici inludentis insidiis prouocatur. primum igitur gastrimargiae, id est uoracitatis uel gulae uitium hanc redundantiam obsceni umoris extrudit. nam et cum districtioris abstinentiae tempore statum polluit puritatis, non de praesenti ut putatis inedia,

1 etiam nihil (non O) in(im-)minuit largienti (largiente Z^1) $O\beta v$ 3 quia BFO^1: lucrum enim $O^2\beta v$ 4 profectum K^1 dispensatione O compendia summa *om.* βv 8 torporem F^1O^1 9 expetistis B: expetitis *rell.* feruor $O\beta v$ 10 exspect. B spectatio β suscitaret $FO\beta v$ 11 dormitantem βv 13 malluimus B 14 ni βv quur FO 15 ieiunantes βv 16 destrictius FO 17 exaustoque B^1FO urgeamur (e *in ras. m. 2*) Z 18 expergiti β 19. humorem F^1 humorum $B^2F^2O\beta$ 21 instituti Z 24 castrimargiae BK^1 25 gula B^1 guilae F^1 O uitio K^1 26 humoris $O\beta$ cum et β destrict. F^1O

sed de nimietate praeteritae saturitatis effunditur. quod enim 2
per uoracitatis ingluuiem concretum fuerat in medullis, necesse est ut per pruritum, certe per ignorantiam quamuis magno ieiunio tabefacti corporis egeratur. quamobrem non solum lautioribus epulis abstinendum, sed etiam a uilioribus cibis aequali est continentia temperandum: immo ipsius etiam panis et aquae satietas est cauenda, ut possit diu in nobis adquisita corporis puritas permanere atque imitari quodammodo intemeratam spiritus castitatem, licet nos necesse sit confiteri interdum etiam absque ulla mentis industria uel per temperiem corporum uel per aetatis maturitatem quosdam rarius sordidari uel certe fluxus istius egestione non pollui. sed alterius meriti 3
est qui pacem inerti felicitate consequitur, alterius qui triumphum gloriosis uirtutibus promeretur: huius enim potentia uitiorum omnium debellatrix digna miraculo est, illum, quem boni necessitas in sua tuetur ignauia, dignum magis dixerim miseratione quam laude. secunda inpuri illius 4
profluuii causa est, si mens spiritalibus studiis atque exercitiis uacuata nec disciplinis interioris hominis instituta quendam sibi segnitiae situm per consuetudinem continui torporis obduxerit, aut cum sordidarum cogitationum minutias non cauendo ita illam cordis sublimissimam puritatem segniter concupiscit, ut omnem perfectionis et castimoniae summam in sola credat exterioris hominis castigatione consistere. cuius erroris atque socordiae uitio consequenter eueniet, ut non solum multimoda cogitationum peruagatio inuerecunde atque procaciter secretum mentis inrumpat, sed etiam pristinarum omnium passionum intra eam semina perseuerent. quae quam- 5

3 uel certe B^2 aut certe Z^2*v* *cf. I, 12* 6 etiam ipsius *O* 8 adque *B* interematam *F* 10 abque *F* propter temperiem *BF* 13 inherti *BF* 16 boni necessitas] facultas boni O^2*βv* dignum] censendum *βv* (*Z in marg. m. 2*: al c̃secutũ) 17 miseratione] securitatem *β* securitate *v* laudem K^2*Z* 18 profllui in causa B^1F^1 20 segnitiae K^2*Zr*: signitiae K^1 segnitiem B^1F^1*O* seguitiei B^2F^2*c* 22 sublimissam B^1 signiter K^1 24 credat] quadam *O* 25 adque socordiae *ex* ad quaeso cordiae *F* 28 eum *β*

diu in eius adytis delitescunt, quamuis rigido corpus ieiunio
castigetur, tamen nihilominus dormientem inlecebrosis phantas-
matibus inquietant, quibus ante legitimi temporis cursum
non iam ex naturae necessitate, sed adhuc ex fraude nequitiae
obsceni eliciantur umores, qui non tam inanitate carnis quam
mentis circumspectione atque uirtute, si inhiberi penitus
nequeunt, saltim ad illam egestionis simplicem qualitatem
auxiliante dei gratia perducuntur. ideoque in primis discursus
sunt sensuum cohercendi, ne mens istis excessibus adsuefacta
6 ad foediora incitamenta luxuriae somnians pertrahatur. tertia
causa est, cum per ordinatam quidem atque sollicitam
continentiae disciplinam contritione cordis et corporis per-
petuam castimoniae puritatem optamus adquirere, sed nos
utilitati carnis ac spiritus egregie consulentes fraudulentissimi
hostis ita inpugnat inuidia, ut, dum deicere fiduciam con-
scientiae nostrae nosque uelut reatu aliquo humiliare conatur,
illis praecipue diebus, quibus maiore integritatis merito
desideramus diuino placere conspectui, absque ullo quidem
carnis pruritu mentisue consensu nec per inlusionem phantas-
matis alicuius, sed tamen simplici fluxus illius egestione nos
polluat, ut a sacrosancta conmunione deterreat: licet in quos-
dam incipientium et quorum corpora necdum longa ieiuniorum
castigatione tenuata sunt ob hoc diabolica factione haec euenire
credatur inlusio, ut, cum eos intentioribus ieiuniis studere
cognouerit, omnes eorum conatus hac arte subuertat, ut, dum
se non solum nihil ad puritatem corporis districtiore ieiunio
profecisse, uerum etiam grauius sentiunt fuisse pulsatos,
magistram incorruptionis ac puritatis altricem abstinentiae
7 districtionem tamquam aemulam perhorrescant. quapropter

1 aditis *codd.* delitiscunt *BFOK*[1]*Z* quae quamuis *B*[1] ieiunium *K*[1] 2 fantasm. *codd.* 3 quibus] quarum *KZ*[1] 5 humores *B*[2]*β* humore *O* 7 saltem *FO* 9 coercendi *βv* 10 luxoriae *Z* 19 consensum *OK*[1] fantasm. *codd.* 21 polluat *Z*: polluit *rell. v* 22 corum *O* 23 ab *F* 26 destrictiore *B*[1]*FO* 27 proficisse *FK*[1]*Z* 28 uictricem *O* 29 destrictionem *BF* perorrescant *B*[1]*O*

nosse debemus non idcirco nos tantum ab unoquoque uitio debere purgari, quia suis perturbationibus nostrum occupet sensum, sed quia non contentum sit solum absque aliorum consortio dominari, sed intromisso omnium uitiorum diriore collegio subditam sibi mentem multiplicata captiuitate populetur. et idcirco gastrimargia uincenda est non propter se tantum, ne scilicet onerosa nos uoracitate conrumpat, nec propter hoc solum, ne carnalis concupiscentiae nos igne succendat, sed ne etiam iracundiae uel furoris atque tristitiae ceterarumque omnium passionum faciat esse mancipia. nam cum nobis esca 8
ac potus uel minus uel tardius uel neglegentius ministratur, si gulae dominatione deprimimur, consequens est ut etiam iracundiae stimulis incitemur. et rursus uoluptuosis saporibus demulceri absque filargyriae peste non possumus, per cuius superfluos adparatus magnis luxuria gaudet inpendiis. filargyria uero, cenodoxia atque superbia et omnium multitudo uitiorum indiuidua societate iunguntur, atque ita unumquodque uitium, si uigere in nobis uel solum coeperit, etiam ceteris subgerit incrementa.

IIII. GERMANVS: Dispensatione dei credimus hanc quaestionem in medium fuisse prolatam, ut illud, quod uerecundia interrogandi fiduciam cohibente numquam potuimus edoceri, nunc oportunitate conlationis causaeque ipsius ordine prouocati sciscitari fiducialiter audeamus. si igitur eo tempore, quo accedi oportet ad sacrosancta mysteria, senserimus nos somnii inlusione pollutos, praesumenda est an uitanda illa salutaris escae sacrosancta perceptio?

V. THEONAS: Omni quidem industria, quantum in nobis est,

2 occupent *BFO*[1] 5 duplicata *BF* 6 grastimargia *F* castrimargia *B*[2]*K*[1] 7 honerosa *BO* 9 adque *B* 11 negligentius *Fβ* 12 guilae *F*[1]*O* deprimemur *F* depraemimur *K*[1] 14 filargiriae *BO* pilargiriae *F* 15 apparatos *B*[1] luxoria *B*[1]*Z* luxurię *O* filargiriae *B* filargiria *F* filargirie *O* filargyriae *K*[1] 16 cenodoxiae atque superbiae *B*[1] 17 adque *B* 19 subgerit *O*: suggerit *rell.* 21 medio *β* 24 quone *B*[1] 25 misteria *O* somni *BO*

studere debemus, ut inmaculatam castimoniae puritatem illo uel maxime tempore teneamus, quo uenerandis adsistere optamus altaribus, et uigilantissima circumspectione praecauendum est, ne carnis integritas praecedente tempore custodita in ea praecipue in qua nos ad communionem
2 salutaris conuiuii praeparamus nocte fraudetur. uerum si hostis ille nequissimus, ut nobis caelestis remedii subtrahat medicinam, custodiae sopitae mentis inluserit, ita dumtaxat, ut nullo reprehensibili interueniente prurit u, nullo oblectationis contaminetur adsensu, sed egestionem aliquam pro natura per necessitatem conpulsam aut certe inpugnatione diaboli absque sensu uoluptatis elicitam ad inpedimentum nostrae sanctificationis obtenderit, possumus et debemus ad gratiam salutaris cibi confidenter accedere. sin uero nostro uitio haec fuerit egesta concretio, conuenientes conscientiam nostram illud apostolicum formidemus: *qui manducauerit panem et biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini. probet autem se ipsum homo, et sic manducet de pane illo et de calice*
3 *bibat. qui enim manducat et bibit panem et calicem domini indigne, iudicium sibi manducat et bibit non discernens corpus*, id est nequaquam illum caelestem cibum a communium escarum uilitate secernens nec talem esse diiudicans, quem non nisi pura liceat mente uel carne praesumere. denique infert: *ideo inter uos multi infirmi et inbecilli, et dormiunt multi*, spiritalem scilicet infirmitatem ac mortem ex hac principaliter dicens praesumptione generari. multi enim, qui eum inlicita usur-

16 I Cor. 11, 27—29 25 l. c. 30

7 in nobis *O* 8 custodiae B^1F^1: custodia B^2F^2 custodiam *O* *βv*: *at cf. cap. 10, 1 et XXIII, 6, 1* 10 aliquam .. 11 conpulsam] aut naturali necessitate profusam (propulsam *v*) *βv cf. cap. 6, 4 et 5. XII, 8, 2* 14 haec *om. BF* 15 gesta *F* 16 panem *om. B* 18 autem *BF*: primum *O* autem primum *βv* ipse *Oβ* 19 ut sic B^1 20 panem ... 21 domini *om. βv* 22 corpus *BFβ*: corpus dñi *Ov* 26 inbeccilli *B* im(in-)bicilli K^1Z spiritales ... infirmitates *Oβv* 27 mortes *Oβv* specialiter O^2*βv*

patione praesumunt, infirmantur fide et inbecilli sunt mente,
passionum scilicet languoribus inuoluti, et dormiunt somno
peccati, ab hoc sopore letali nequaquam salutari sollicitudine
resurgentes. deinde sequitur: quodsi nosmet ipsos iudica- 4
remus, non utique iudicaremur: hoc est si nosmet
ipsos perceptione sacramentorum, quotienscumque peccati
uulnere praeuenimur, iudicaremus indignos, inpenderemus
utique studium, ut per paenitudinis emendationem ad eam
digne possemus accedere, et non tamquam indigni seuerissimis
infirmitatum flagris castigaremur a domino, ut uel sic con-
puncti ad remedia nostrorum uulnerum recurramus, ne digni
praesentis saeculi breuissima correptione non habiti in futuro
simul cum huius mundi peccatoribus condemnemur. quod etiam 5
in Leuitico euidenti denuntiatione praecipitur: omnis mundus
manducabit carnes, et anima quaecumque comederit de carnibus sacrificii salutaris quod est domini, in qua est inmunditia, peribit coram domino. in Deuteronomio quoque a spiritalibus castris inmundus similiter mystice segregatur: si quis, inquit, inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, et non reuertetur, priusquam ad uesperam abluetur aqua: et post solis occasum regredietur in castra.

VI. Verum ut manifestius adprobetur, quod etiam inimici factione nonnumquam haec eliciatur inpuritas: nouimus fratrem, qui cum castimoniam cordis et corporis summa circumspectione atque humilitate promeritam iugiter possideret ac nequaquam nocturnis ludificationibus temptaretur, quotienscumque

4 l. c. 31   14 Lev. 7, 19—20 (LXX)   19 Deut. 23, 10—11

1 inbeccilli *B* imbicilli *K*'*Z*   2 langoribus *O*   et] sed *O*   4 diiudicaremus *B*'*v et Vulgata*   5 neutique *O*   7 penderemus *B*'   8 eam (*scil.* perceptionem) *BF*': ea *F*'*Oβv*   9 possimus *Oβ*   10 fragris *F*'   castigamur *F*   11 recurramur *B*'   15 manducauit *BK*'   17 in quo *β*   18 ab *O*   19 mistice *FO*   quis *BFO*: fuerit *βv*   inquid *BFOK*'*Z*   21 foris extra *O*   22 abluetur (λούσεται) *β*: lauetur *BFO et Vulgata*   28 quotiensque *β*

se tamen ad percipiendam communionem dominicam praeparasset, inmundo fluxu dormiens foedabatur. qui cum multo se tempore a sacrosanctis mysteriis trepidus abstineret, tandem hanc ad seniores detulit quaestionem, remedium inpugnationum ac doloris sui medicabili eorum consilio consecuturum se esse
2 confidens. sed cum primam causam morbi huius spiritalium medicorum doctrina discuteret, quae solet ex abundanti ciborum praesumptione descendere, eamque memorato fratri deprehenderent non inesse, atque hanc inlusionem nequaquam uitio saturitatis constaret emergere, eo quod nec fratris nota districtio nec sollemnium dierum quibus illa pollutio contingebat specialis exceptio hoc illos pateretur opinari, ad secundam huius ualitudinis causam ilico transtulerunt inquisitionis indaginem, discutientes ne animae forsitan culpa caro exhausta ieiunio inpuris inlusionibus urgueretur, quibus etiam districtissimi uiri, cum paululum elati de sui corporis fuerint puritate, per superbiae uitium polluuntur, quod scilicet donum praecipuum dei, id est corporis castitatem, humanis se uirtutibus
3 obtinuisse crediderunt. interrogatus igitur utrum de industria sua ita se capacem huius crederet esse uirtutis, ut ope diuini non egeret auxilii, summa hunc impium ille sensum execratione detestans cum se humiliter adstruxisset ne ceteris quidem diebus corporis puritatem retinere potuisse, nisi diuina in omnibus gratia fuisset adiutus, illi confestim ad causam tertiam recurrentes occultas diabolicae factionis insidias peruiderunt, probantesque nec animae culpam esse nec carnis sacrosanctis eum epulis debere misceri confidentissime censuerunt, ne

4 inpugnationis *βc* 6 primum *BF* 7 discurreret *O* habundanti *B* 9 adque B^1 11 destrictio B^1O distr. nec] districtione *βc* 12 secundam] solam *BFO* 13 ualetudinis B^1 *FO* 14 indagem *β* exausta B^1FO 15 urguebatur K^1 destrict. B^1F^1O 16 paulolum *β* 17 uitio K^1 18 uiribus *βv*: *at cf. contra Nestor. I, 1, 1* cassatis uirtutibus *de Hercule frustra aduersus hydram pugnante* 19 abstinuisse *F* crediderunt *BFO*: crediderint *βv* de industria sua ita se (se *om. O*) *BFO*: industriam suam ita *βv cf. VIIII, 7, 2* 21 summam B^1F^1 ille *om. βv* exsecr. *β* 22 detestant *K* abstraxisset BF^1 *O* nec *O*

scilicet, si in hac obstinatione durasset, uersutis maligni hostis laqueis obligatus sanctificationis et corporis Christi particeps esse non posset et per hanc fraudem medicina remedii salutaris in perpetuum fraudaretur. quo facto ita omnis dia- 4
bolicae factionis scena detecta est, ut mox uirtute dominici corporis protegente illa praeteritae inlusionis consuetudo cessaret. in quo inimici dolus euidenter apparuit et exposita est pariter ac probata sententia seniorum, quae plerumque hunc inpurissimum fluxum non carnis nec animae uitio, sed aduersarii factiosa docuit ludificatione conpelli. ut ergo fallax imaginatio somniorum, inlectrix egestionis inpurae, uel in perpetuum uel certe, ut secundum humiliorem siue communem dixerim statum, certis mensibus ignoretur, post illam fidem, qua de dei specialiter gratia puritatis donum iugiter sperare nos conuenit, escae potusque est nimietas castiganda. horum 5
namque redundantia istiusmodi umores propensius gigni necesse est, et quoniam concreti non possunt non egeri atque ab ipsius naturae lege propelli, sub occasione cuiuscumque pruritus atque inlusionis emergunt. escarum uero satietate subtracta consequens est illas quoque inmundas egestiones tardius generari. et ita fit, ut quemadmodum fluxus earum, ita etiam inlusio dormientes uel rarius uel subtilius inquietet, quia non tam egestio ex imaginatione quam imaginatio ex egestionis nimietate descendit. quapropter si uolumus ab inlusionum 6
istarum inlecebris liberari, omni uirtute nobis est enitendum, primum ut fornicationis passione deuicta iuxta beatum apostolum non regnet peccatum in nostro mortali corpore, ad oboediendum concupiscentiis eius, secundo quoque ut ipso inlecebroso corporis motu sedato penitus ac sopito

27 Rom. 6, 12

1 hanc *K*[1] uersuti *BF* 3 possit *β* medicinam *OK*[1] 5 domini *β* 10 propelli *βv*: *cf. cap. 5, 2* 14 quia *O* 16 humores *B*[2]*Oβ* 17 et *O*: qui *βv om. BF* congregati *BF* adque *B* 18 prope illi *F* cuiusque *β* 23 tam ... quam *BF*: tam ... sed *O* solum ... sed *βv* egestiones *K*[1] 28 ut ipso quoque *βv*

nequaquam exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, tertio ut interiore quoque homine nostro ab illa libidinis titillatione omnimodis ac medullitus mortificato exhibeamus nos deo tamquam ex mortuis uiuentes, et ita per hunc profectum peruenientes ad perpetuam quietem corporis nostri exhibeamus etiam membra
7 nostra arma iam non libidinis, sed iustitiae deo. in qua nobis castimoniae puritate fundatis peccatum non dominabitur. non enim sumus sub lege, quae dum licita nuptiarum iura commendat, etiam illum cuius ministerio opus inlicitae fornicationis expletur in nostris medullis nutrit ac reseruat ardorem, sed sub gratia, quae dum incorruptionem uirginitatis insinuat, etiam istum innoxium ac simplicem corporis motum et ipsius quoque liciti coitus interimit uoluptatem. atque ita cunctis inpurissimae conluuionis umoribus arefactis egregii ac laudabiles eunuchi qui per Esaiam praedicantur effecti merebimur illam quae promittitur eis beatitudinem possidere: haec enim ait dominus eunuchis: qui custodierint sabbata mea, et elegerint quae uolui, et tenuerint foedus meum: dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius quam filiis et filiabus: nomen sempiternum dabo eis,
8 quod non peribit. qui sunt isti filii et filiae, quibus in tantum isti praeferuntur eunuchi, ut etiam locum ac nomen melius accepturi esse dicantur, nisi illi sancti, qui sub ueteri testamento in coniugiorum copula permanentes per obseruantiam mandatorum in adoptionem filiorum dei non inmerito peruenerunt? quod etiam nomen est illud, quod eis uelut praecipuum quiddam uice remunerationis summae promittitur,

1 l. c. 13 4 l. c. 6 l. c. 8 l. c. 14 12 l. c. 18 Esai. 56, 4—5

7 libidini *βc* 8 peccatum in nobis iam (iam *om.* O^1) non *Oβv* 11 nutret *F* 14 interemit F^1 uoluntatem *Oβ* 15 adque *B* humoribus $B^1FO\beta$ 16 esayam *O* 17 merebitur K^1 20 dabo eis *eras. in B* 25 uetere β^1 28 uelud *B* 29 quoddam OK^1

nisi hoc quod Christi uocabulo dicimur esse censendi? de quo nomine etiam alibi idem propheta et seruos suos, inquit, uocabit nomine alio. in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in deo amen: et qui iurat in terra, iurabit in deo amen, et iterum: et uocabitur, inquit, tibi nomen nouum, quod os domini nominabit. quique pro hac cordis et corporis 9
puritate etiam illa praecipua ac singulari beatitudine perfruentur, ut illud iugiter canticum canant, quod nemo alius sanctorum canere potest nisi isti soli, qui sequuntur agnum quocumque uadit: uirgines enim sunt et cum mulieribus se non coinquinauerunt. proinde si ad hanc sublimissimam uirginum gloriam uolumus peruenire, omni uirtute incorruptionem mentis ac spiritus excolamus, ne in illarum insipientium uirginum numero conlabamur, quibus idcirco non fuit reputata uirginitas, quia conmixtione carnali inmunes sese tantummodo seruauerunt et ob hoc uirgines quidem, sed fatuae nuncupantur, quia deficiente in uasis earum oleo puritatis internae claritas ac splendor corporalis uirginitatis extinguitur. interioris enim fotu ac pabulo puritatis sub- 10
ministrari necesse est etiam exteriori homini castitatem eamque iugiter ad perseuerantiam perpetuae incorruptionis animari. et ideo fatuae licet uirgines gloriosum sponsi thalamum cum illis prudentibus non merentur intrare, quae integrum spiritum suum et animam et corpus sine querella in die domini nostri Iesu Christi conseruauerunt. illi namque sunt ueri atque incorrupti uirgines Christi, illi admirabiles atque egregii repu-

2 Esai. 65, 15—16   5 Esai. 62, 2   11 Apoc. 14, 4
15 cf. Mt. 25   25 cf. I Thess. 5, 23

1 dicemur *BF* dicimus *O* dicuntur *r*   2 etiam] etiam et *O* et *β*   profeta *F*   3 inquid *BFK¹Z*   uocauit B^1F^1 uocaui F^2 4 benedicitur B^1F 5 iurauit B^1F dño *O*   6 inquid *B* $F\beta^1$ 7 nominabit *O*: nominauit *rell.* *v*   8 puritatem F^1O perfruuntur *B*   9 cantent *O*   10 secuntur BOK^1Z 12 quoinquin. B^1O sublimissam B^1 16 fuit *BFOr*: sit *β* est *c*   17 se B^1OZ^2 18 eorum *Bβr*   23 licet *BFO*: illae *βv*   25 querela F^2Z diem *K*   26 adque B^1

tantur eunuchi, non qui metuunt et quibus non libet fornicari nec qui inpudicitiae reprimunt frena, sed qui ipsam quoque minimam mentis titillationem et tenuissima libidinis incitamenta uicerunt et eo usque adtenuauerunt illum carnis ut ita dixerim sensum, ut non solum ex commotione eius nulla oblectatione, sed ne exigua quidem titillatione tangantur.

VII. Tanta autem cor nostrum humilitatis debemus uallare custodia, ut hanc definitionem perpetua sensuum stabilitate teneamus, nequaquam nos posse ad tantum purificationis meritum peruenire, ut licet haec quae supra dixi per gratiam dei omnia fecerimus, indignos nos tamen communione corporis
2 sacri esse credamus: primum quia caelestis illius mannae tanta maiestas est, ut nemo hac lutea carne circumdatus pro suo merito eius edulium et non ex gratuita domini largitate percipiat, deinde quia nullus ita circumspectus in huius mundi potest esse conflictu, ut eum saltim rara uel leuia peccatorum tela non feriant, quia inpossibile est ut non aut ignorantia, aut neglegentia, aut per obreptionem, aut per cogitationem, aut per necessitatem, aut per obliuionem, aut somno peccetur. nam etsi tam praeclarum quis uirtutum culmen ascenderit, ut apostolicum illud non iactanter exclamet: mihi autem pro minimo est ut a uobis diiudicer aut ab humano die: sed neque memet ipsum diiudico: nihil enim mihi conscius sum, tamen sciat se sine peccato esse non
3 posse. neque enim frustra idem doctor adiunxit: sed non in hoc iustificatus sum, id est non si ego iustum me esse credidero, ueram confestim iustitiae gloriam possidebo, uel quia me conscientia mea nullius peccati reprehensione

21 I Cor. 4, 3—4 25 l. c. 4

1 et] sed *βv* non *om.* *BFO* 3 nimiam *B* 4 extenuauerunt *O^2βv* 8 difinit. *Z* perpetuae *B^1* 11 dignos *Z^1* 12 esse sacri *F* 16 saltem *FO* 18 neglig. *FZ* *post* neglegentia *add.* *O^2βv*: aut uanitate aut obreptione aut cogitatione aut necessitate aut obliuione peccetur *βv*: *cf. XI, 9, 6 XX, 12, 2* 19 per *ante* obliuionem *om.* *FO* 20 tam *B^1*: ad tam *rell.* 22 iudicer *O* homano *B^1* 23 iudico *O* 24 sum] suum *F* sine] absque *βv* 27 possedebo *K^1*

conpungit, idcirco nullius sordis contagione fuscatus sum: multa enim etiam meam conscientiam latent, quae cum sint mihi incognita uel obscura, deo nota atque manifesta sunt. ideoque subiciens ait: qui autem me diiudicat, dominus est, id est ab illo solo, quem secreta cordium non latent, ueri iudicii in me profertur examen.

VIII. GERMANVS: Supra dictum est non nisi sanctos caelestium sacramentorum debere esse participes, nunc adicitur inpossibile esse homini ut inmunis sit penitus a delicto. si nullus ergo liber a noxa, nullus sanctus: si nullus sanctus, consequens est ut homo cui sanctitas deest mysteriorum Christi particeps esse non possit, regnum etiam caelorum sperare non debeat, quod solis sanctis dominus pollicetur.

VIIII. THEONAS: Multos quidem esse sanctos ac iustos negare non possumus, sed inter sanctum et inmaculatum multa distantia est. aliud est enim esse quempiam sanctum, id est diuino cultui consecratum: hoc enim nomen non solum hominibus, sed etiam locis et uasibus templi atque lebetibus scriptura adtestante conmune est. aliud est autem esse absque peccato, 2
quod unius domini nostri Iesu Christi singulariter conuenit maiestati, de quo etiam apostolus uelut praecipuum quid ac speciale pronuntiat dicens: qui peccatum non fecit. satis enim uilem atque indignam eius praeconiis laudem quasi inconparabile ac diuinum ei aliquid adsignauit, si etiam nos inlibatam ab omni peccato exigere possumus uitam. rursum apostolus ad Hebraeos: non enim habemus, inquit, pontificem qui non possit conpati infirmitatibus nostris,

4 l. c. 22 I Pet. 2, 22 26 Hebr. 4, 15

2 etiam *om.* *βr* 3 adque B^1 4 ait *om.* *Oβc* me] me inquid *β(c)* iudicat *O* 6 uerum *βv* proferetur *Oβv* 8 adicitur (i *eras.*) *F et* B^2 9 delecto K^1 10 noxia B^1 noxa nullus est (est *om.* *O*) sanctus et consequens est *Oβv* *cf.* *XXIII, 17, 5* 11 mist. *O* 18 uasibus *B*: uasculis *rell.* *v* leuitibus B^1FO lebetis *β* scribtura K^1 21 hac K^1 23 adque *B* 25 inlabatam K^1 rursus Z^1v 26 hebreos *BFβ* ebreos *O* inquid $BFOK^1Z$

temptatum autem per omnia secundum simili-
3 *tudinem absque peccato.* si igitur terrenae humilitatis
nostrae cum illo excelso diuinoque pontifice haec potest esse
communio, ut etiam nos absque ulla peccati offensione tem-
ptemur, cur in illo hoc apostolus uelut unicum ac singulare
suspiciens tanta eius meritum ab uniuersis hominibus diuisione
discreuit? hac ergo sola ab omnibus nobis exceptione distin-
guitur, quia nos non absque peccato, illum sine peccato constat
4 fuisse temptatum. quis etenim hominum, quamuis fortis atque
bellator sit, hostilibus tamen telis plerumque non pateat, quis
uelut inpenetrabili carne circumdatus tantis proeliorum periculis
sine periculo misceatur? ille autem solus *speciosus forma
prae filiis hominum* condicionem mortis humanae cum
uniuersa carnis fragilitate suscipiens nullius umquam est
sordis maculatus adtactu.

X. Temptatus est enim secundum similitudinem nostram
gastrimargiae primum uitio, ut ei callidus ille serpens eo
ordine, quo Adam ante seduxerat, esurienti escae desiderio
conaretur inludere, *si filius* inquiens, *dei es, dic ut lapides
isti panes fiant.* sed nullum recipiens ex hac temptatione
peccatum, cum ei facultas indubitata subpeteret, respuit cibum
quem deceptionum artifex ingerebat, dicens: *non in pane
solo uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit*
2 *de ore dei.* temptatus est etiam cenodoxia secundum simili-
tudinem nostram, cum ei diceretur: *si filius dei es, mitte
te deorsum.* sed subdola diaboli suggestione non captus
est et uanissimum seductorem etiam scripturarum obiectione
confutans *non temptabis,* inquit, *dominum deum tuum.*

12 Ps. 44, 3 19 Mt. 4, 3 22 l. c. 4 25 l. c. 6
28 l. c. 7. Deut. 6, 16

2 igitur] ig. etiam *Oβv* 5 quur *BFO* uelud *B* 6 suspiciens O^1K^2Z: suscipiens BFO^2K^1r uniuersis *om.* *βc* 7 haec OK^1 nobis *om.* O^1 8 qui *B* 9 adque *B* 11 uelud *B* praeliorum *B* 13 condit. *Bβ* 17 castrimargiae *B* et ut ei *BFO* 18 esurientem *BFO* esuriente K^1 21 subpeteret *O*: supp. *rell.* 22 deceptionis *βv* 23 solo pane *BF* 25 dictum est *βv* 26 diabuli *B* suggessione *O* 28 inquid *BFOZ*

temptatus est etiam tumore superbiae secundum similitudinem
nostram. cum ei a diabolo promitterentur omnia regna mundi
et gloria eorum: sed inrisa atque obiurgata est uanitas
temptatoris. respondit enim ei: uade retro Satanas:
scriptum est: dominum deum tuum adorabis et
illi soli serues. his autem testimoniis edocemur, ut 3
fraudulentis suggestionibus inimici nos quoque similiter
memoria scripturarum debeamus obsistere. rursum temptatus
est superbia secundum similitudinem nostram, ut idem insidi-
arum artifex regnum, quod oblatum ab ipso ante respuerat,
per homines ei moliretur ingerere. sed absque peccato insidias
temptantis inrisit: cum enim cognouisset Iesus quod
uenturi essent ut raperent eum et facerent eum
regem, fugit iterum in montem ipse solus. temptatus 4
est secundum similitudinem nostram, cum uerberatus flagris,
cum alapis caesus, cum sputamentorum horrore respersus est,
cum ad extremum pertulit crucis exquisita supplicia. sed
nullis non dicam umquam contumeliis, uerum ne suppliciis
quidem ad tumorem uel leuissimae indignationis inpulsus
est, qui in patibulo constitutus misericorditer proclamauit:
pater, ignosce eis: non enim sciunt quid faciunt.

XI. Quemadmodum uero et illud accipietur, quod eum apostolus in similitudine carnis peccati uenisse commemorat, si etiam nos nullius peccati labe pollutam habere possumus carnem? nam et hoc de illo, qui solus est absque peccato, tamquam singulare memoratur: misit deus filium suum in similitudine carnis peccati, quia ueram atque

4 Mt. 4, 10   12 Ioh. 6, 15   21 Luc. 23, 34
26 Rom. 8, 3

2 diabulo *BF*   3 adque *B*   uanitas *BFO*: nequitia *βv*
4 retro *om.* B^2*Oβ et Vulg.*   5 est *BFK*: est enim *OZv et Vulg.*
7 fraudolentis suggestionebus *Z*   suggessionibus *O*   8 subsistere *K*
Z^1 resistere Z^2 10 ab ipso oblatum *βv*   15 fragris F^1
16 alapis *BFO*: palmis *βv*   sputamtorum B^1: sputorum *rell. v*
18 umquam non dicam *βv*   20 quia *Oβv*   22 accipitur *O*
23 apostolos F^1 similitudinem *BFO*   24 nulla *βv*   laue
F   27 similitudinem *O*   adque B^1

integram suscipiens substantiam carnis humanae non ipsum
peccatum in ea, sed similitudinem peccati suscepisse credendus
2 est. similitudo enim non ad carnis ueritatem secundum pra-
uum quorundam haereticorum sensum, sed ad peccati est
imaginem referenda. erat enim in ipso uera quidem caro,
sed absque peccato, similis scilicet peccatrici. illud siquidem
ad humanae substantiae pertinet ueritatem, hoc uero ad uitia
3 refertur et mores. habebat similitudinem carnis peccati, cum
uelut homo ignarus ac pro cibo sollicitus percontaretur: quot
panes habetis? sed sicut peccato nequaquam caro illius,
ita nec anima ignorantiae subiacebat. denique statim euan-
gelista subiungit: hoc autem dicebat Iesus temptans
eos: ipse autem sciebat quid esset facturus. habebat
carnem similem peccatrici, cum uelut sitiens a Samaritana
muliere posceret potum. sed non erat peccati sorde polluta,
quia e contrario mulier prouocata est petere aquam uiuam,
quae illam numquam sitire permitteret, sed fieret in ea fons
4 aquae salientis in uitam aeternam. habebat carnis istius
ueritatem, cum dormiret in naui. sed ne pariter nauigantes
peccati similitudine fallerentur, surgens increpauit uen-
tos et mare, et facta est tranquillitas magna. con-
muni cum omnibus sorte peccato subditus uidebatur, cum
diceretur de ipso: hic homo si esset propheta, sciret
utique quae et qualis mulier tetigerit pedes eius.
sed peccati non habuit ueritatem, quia blasphemam cogitati-
onem arguens Pharisaei statim mulieris peccata dimisit.
5 peccatricem cum ceteris carnem gerere putabatur, cum uelut
homo in mortis discrimine constitutus et inminentium supplici-
orum terrore perculsus oraret: pater, si possibile est,

9 Marc. 6, 38 12 Ioh. 6, 6 14 cf. Ioh. 4, 7 sqq. 20 Mt. 8, 26 23 Luc. 7, 39 29 Mt. 26, 39

4 hereticorum *codd.* 9 percunctaretur *KZ*[1] quod *O* 13 eum *βv* ipse autem] ipse enim *βv et Vulg.* 14 uelud *B* 17 illam] illa *F* 24 qualis *BF*[2]*Oβ*: qualis est *F*[1] 25 plasph. *B* blasf. *K* blasfemiam *O* 26 farisei *K* mulieri *O* 27 cum *ante* ceteris *om.* *F*

transeat a me calix iste, et: tristis est anima mea usque ad mortem. sed peccati contagium nesciebat illa tristitia, quia uitae auctor mortem formidare non poterat. ait enim: nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam a me ipso: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.

XII. In hoc ergo ille homo, qui natus ex uirgine est, magna a cunctis qui ex utriusque sexus conmixtione producuntur distantia segregatur, quod cum omnes nos non similitudinem, sed ueritatem peccati in carne gestemus, ille non ueritatem, sed similitudinem peccati in uerae carnis adsumptione suscepit. denique licet scriptum de eo in Esaia propheta Pharisaei 2 apertissime meminissent, qui peccatum non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius, tamen ita similitudine carnis peccati fallebantur, ut dicerent: ecce homo uorax et potator uini, publicanorum et peccatorum amicus, et ad illum qui inluminatus fuerat caecum: da gloriam deo: nos enim scimus quoniam hic homo peccator est, et ad Pilatum: nisi esset hic homo peccator, non eum tradidissemus tibi. huius igitur 3 rei quae illi tantum singularis ac propria est aequalitatem sibi blasphemae superbiae crimine uindicabit, quisquis esse se sine peccato ausus fuerit profiteri. consequens enim est ut similitudinem carnis peccati et non ueritatem peccati habere se dicat.

XIII. Ceterum iustos ac sanctos uiros non esse inmunes a culpa manifeste scriptura pronuntiat dicens: septies enim

1 l. c. 38 4 Ioh. 10, 18 13 Esai. 53, 9. I Pet. 2, 22 15 Mt. 11, 19 17 Ioh. 9, 24 19 Ioh. 18, 30 27 Prov. 24, 16

5 ponendi eam *BOβ*: pon. animam meam *F* et *om. β* 8 a *om. BFOKZ*[1] producimur *βv* 9 destantia *K*[1] nos non *O*: non *rell. v* 12 scribtum *Z* esaya *O* isaia *Z*[1] profeta *O* farisaei *FK* farisei *O* 13 nec *βv* 14 ista *O*: *om. β* similitudinem *OK*[1] 20 eum tibi *F* 21 in tantum *O* 22 blasf. *K* blasfemię *O* uindicauit *K*[1] quisque *β* se esse *Oβ* 26 a culpa inmunes *O* 27 scribtura *Z*

cadit iustus et resurgit. quid enim aliud est cadere quam peccare? et tamen cum dicatur septies cadere, pronuntiatur nihilominus iustus nec iustitiae eius praeiudicat lapsus fragilitatis humanae, quia multum interest inter sancti et
2 peccatoris hominis lapsum. aliud enim est admittere mortale peccatum et aliud est cogitatione, quae peccato non caret, praeueniri, uel ignorantiae aut obliuionis errore aut facilitate otiosi sermonis offendere, aut ad punctum infidelitatis uitio interna theoria aliquid haesitare, aut subtili quadam cenodoxiae titillatione pulsari, aut necessitate naturae aliquantisper a summa perfectione reccidere. haec enim sunt septem lapsuum genera, in quibus licet uir sanctus nonnumquam cadat, tamen iustus esse non desinit: quae quamuis leuia uideantur ac parua, tamen faciunt eum sine peccato esse non posse. habet enim pro quibus cotidianam gerens paenitudinem et ueniam ueraciter debeat postulare et pro suis indesinenter orare
3 peccatis dicens: dimitte nobis debita nostra. et ut euidentissimis probemus exemplis et errasse nonnullos sanctorum et tamen a sua non discessisse iustitia, certe ille beatissimus et apostolorum eximius Petrus quid aliud credendus est fuisse quam sanctus, praesertim id temporis quo ei a domino dicebatur: beatus es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis. et tibi dabo claues regni caelorum: et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in caelis: et quodcumque solueris super
4 terram, erit solutum et in caelis. quid hac dominica laude praeclarius, quid hac potestate ac beatitudine potest

17 Mt. 6, 12   22 Mt. 16, 17 et 19

1 resurget *β*   5 aliut *BO*   est enim *Zc*   8 infidelitatis uitio interna *BF*: in fide *O* in fidei *βv*   11 reccidere *F*: reccedere B^1 recedere B^2Z^2 recidere KZ^1 descendere *O*   12 licet uir sanctus *BF*: uir sanctus licet *O* sanctus licet *β*   14 facient *BF*   15 cottid. *β*   19 non discessisse a sua *B*   20 apostulorum B^1 alius *F*   22 symon *B*   23 reuelabit F^1O 24 in caelis est *FO βv et Vulg.*   26 ligatum et in *β*   27 et *om. β.* (*cf. eundem Matthaei locum Nest. III, 14*)

esse sublimius? et tamen post paululum, cum ignorans mysterium passionis tantae utilitati humani generis inscius obuiaret dicens: absit a te, domine: non erit tibi hoc, meretur audire: uade post me, satanas: scandalum es mihi, quia non sapis ea quae dei sunt sed ea quae hominum. numquidnam cum his eum uerbis ipsa aequitas increparet, aut nequaquam cecidisse aut in sanctitate atque iustitia non permansisse credendus est? quid illo etiam tempore, 5
numquid ruinam manifeste negandus est pertulisse, quo inminente persecutorum metu ter dominum negare conpulsus est? sed confestim paenitudine subsequente amarissimis lacrimis maculam tanti criminis abluendo sanctitatis atque iustitiae merita non amisit. de ipso igitur ac de eius similibus sanctis illud etiam quod per Dauid canitur debemus accipere: a domino gressus hominis diriguntur: et uiam eius uolet nimis. cum ceciderit iustus, non conturbabitur: quia dominus subponit manum suam. cuius 6
enim gressus a domino diriguntur, quid aliud potest esse quam iustus? et tamen de hoc ipso dicitur: cum ceciderit, non conlidetur. quid est cum ceciderit, nisi 'cum lapsum peccati alicuius incurrerit'? non conlidetur, inquit, id est nequaquam diu obprimetur incursione peccati, sed licet ad praesens uideatur elisus, tamen diuino quod inplorat erectus auxilio celeri resurrectione stabilitatem iustitiae non amittet, uel etiamsi ad praesens per fragilitatem carnis amiserit, manus dominicae subpositione reparabit. nec enim esse sanctus 7
desinit post ruinam, qui cum se fiducia operum suorum iusti-

3 l. c. 22 4 l. c. 23 10 cf. Mt. 26, 70 sqq. 14 Ps. 36, 23—24

1 paulolum *β* 2 mist. *O* utilitatis *BFO* utilitate *K*[1] humanę *B*[1] 3 obiaret *F* 4 ilico meretur *O* 7 atque] et *O* 8 quid] quo *β* 9 quod *B*[1] 13 meritum *Oc* 14 per] a *βv* 15 dirigentur *B et Vulgata* 16 nimis *om. BF* iustus *om. βv* conturbabitur *BFO*: conlidetur *βv* 17 quia] quoniam *O* 18 quid] quo *K*[1] 21 inquid *BFOK*[1]*Z* id est *om. BF O*[1] 22 obpremetur *O*[1] opprimitur *β* 23 electus *K* 24 amittet *r*: amittit *codd. c* 26 dominica *Z* reparauit *K*[1] 27 post ruinam desinit *B*

ficari non posse cognoscat et a tantis peccatorum nexibus credat sola domini gratia liberandum, cum apostolo proclamare non desinit: infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

XIIII. Nam cum apostolus Paulus inaestimabilem abyssum puritatis resistentibus cogitationum aestibus penetrari ab homine non posse cognoscens diu uelut per profunda iactatus ante dixisset: non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago, et rursum: si autem quod nolo, hoc facio, iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum, et: condelector legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis, omnino uel sua uel naturae ipsius fragilitate perspecta, tam inmensae altitudinis uastitate conterritus, ad tutissimum portum diuini confugit auxilii, et quasi de nauigii sui oneribus mortalitatis oppressi naturali infirmitate desperans ab eo cui inpossibile nihil est naufragiorum remedia deprecatur, cum quodam miserabili uociferans heiulatu: infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? statimque absolutionem, quam desperauit de inbecillitate naturae, de dei benignitate praesumpsit confidenter adiungens: gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

3 Rom. 7, 24—25 9 l. c. 19 10 l. c. 20 12 l. c. 22—23 22 l. c. 24 25 l. c. 25

1 peccatori *F* 3 liberauit *BF* 6 inextimabilem abissum *O* 8 per] uel *O* 12 condilector K^1 lege F^1 16 omnino] omni *βv* 17 prespecta *O* uastitatem K^1 18 et *om.* *F* 19 naufragii *BFO* oppressi K^1v: oppressus BFK^2Z obpressus *O* 20 disperans *Z* 21 deprecatur *BF*: deprecamur *O* deposcit *βv* *cf. XIII, 6, 4* 22 eiulatu OK^2Z liberauit *BF* 23 obsolut. *F* 24 inuecillitate *F* inbicill. *Z* 25 confidenter adiungens *om.* *BF*

XV. GERMANVS: Multi hunc apostoli locum ita intellegi debere definiunt, ut hoc eum non ex sua, sed ex peccantium persona dixisse confirment, eorum scilicet qui uolentes semet ipsos a corporalibus inlecebris et uoluptatibus abstinere obstricti uitiis pristinis et oblectatione carnalium passionum captiuati semet ipsos cohibere non possunt, dum inolita consuetudine uitiorum uelut inmiti quadam tyrannidis dominatione depressi ad libertatem pudicitiae respirare non possunt. quomodo enim 2
beato apostolo, quem ad summum perfectionis totius culmen certum est peruenisse, illud poterit conuenire quod dicit: *non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago*, illud etiam quod subiungit: *si autem quod nolo, hoc ago, iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum*, nec non etiam hoc: *condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati quod est in membris meis*? in quo igitur haec 3
personae possunt apostoli coaptari? quid enim est boni quod ille non potuerit inplere, et e contrario quid illud est mali quod nolens et odiens tamen cogente natura inuitus admiserit? ad quam uero peccati legem electionis uas, in quo Christus dominus loquebatur, potuit captiuus abduci? qui cum omnem inoboedientiam et *omnem extollentem se aduersus deum altitudinem* captiuasset, de semet ipso cum fiducia proclamabat: *bonum agonem certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cetero reposita est mihi iustitiae corona, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex.*

10 l. c. 19 12 l. c. 20 14 l. c. 22—23 22 cf. II Cor. 13, 3 24 II Cor. 10, 5 26 II Tim. 4, 7—8

4 et *BFO*: ac *βv* 5 passionum carnalium *Oβr* 6 solita *BF* 9 apostulo *B*[1] 11 odii *B*[1]*FO* 12 subiunxit *O corr.* 14 condilector *K*[1] 15 lege *B*[1] 17 deducentem *F* 18 quod *BFO*: quae *βv cf. XXIII, 13, 4* 19 apostolicae *βv* 20 potuit *B* quod *O* 24 aduersum *O* 25 dominum *FO* 26 proclamat *F* 28 corona iustitiae *BF* (*non O*)

XVI. THEONAS: Intrantem me tutissimum silentii portum rursus ad inmensum profundissimae quaestionis pelagus reuocare conamini. sed oportunitatem fidae stationis amplexi hic interim cursu tam longae conlationis emenso taciturnitatis ancoram iaciemus, ut crastina die, si tamen nulla uis tempestatis obstiterit, flatu prosperi spiritus explorato disputationis uela pandamus.

2 inmensium *B*[1] pelagum *β* 5 anchoram *BF*[1]*K*[1] hancoram *O* 6 obsisteret *F* obsteterit *K*[1] 7 pandamus. Explicit (*om.* *F*) abbatis theonae conlatio (conl. abb. theone *O*) secunda de nocturnis inlusionibus *BFOβ* Incipit eiusdem tertia de anamarteto (anamarthetо *B* anamarieton *O*: de an. *om.* *K*) *BFOK*: *om.* *Z* Incipiunt capitula eiusdem (de tertia conlati *add.* *Z*) *BFZ*: *om.* *K* Incipit capitulatio *O*

XXIII.

CONLATIO ABBATIS THEONAE TERTIA.

DE ANAMARTETO.

CAPITVLA.

I. Disputatio abbatis Theonae de eo quod apostolus dicit: non enim quod uolo facio bonum.
II. Multa bona apostolum consummasse.
III. Quid sit uere bonum, quod apostolus semet ipsum perficere non posse testatur.
IIII. Bonitatem humanam atque iustitiam non esse bonam, si diuinae bonitati ac iustitiae conferatur.
V. Neminem summo illi bono intentum esse iugiter posse.
VI. Quod lippis similes sint hi qui se credunt esse sine peccato.
VII. Quod hi, qui pronuntiant esse hominem posse sine peccato, duplici in hoc agantur errore.
VIII. Quod paucorum sit intellegere peccata.
VIIII. Qua cautione memoriam dei monachus debeat custodire.
X. Quod hi qui ad perfectionem tendunt in ueritate humilientur et dei gratia semper se sentiant indigere.

6 Rom. 7, 19

7 apostolus *BF* 10 adque *B* 11 nisi *O* non conferatur *B* conferantur *β* 12 illo *O* 14 similis *K*[1] sint *FO*: sunt *rell.* hii *codd.* 16 hii *codd.* posse hominem *β* 17 aguntur *O* 18 VIII. Quod hii qui pronuntiant esse peccata (*sic!*) *β*: *nempe librarius aberrauerat ad cap. 7* 20 hii *codd.* 21 se semper *B* *ante* semper *rasura in F* se *om. O*

XI. Expositio illius sententiae: condelector enim legi dei secundum interiorem hominem et cetera.
XII. Item illius: scimus autem quoniam lex spiritalis est et cetera.
XIII. Item illius: scio autem quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum.
XIIII. Obiectio, quod neque infidelium personis conueniat neque sanctorum quod ait: non enim quod uolo facio bonum et cetera.
XV. Responsio ad obiectionem propositam.
XVI. Quid sit corpus peccati.
XVII. Quod sancti omnes ueraciter inmundos se et peccatores esse confessi sunt.
XVIII. Etiam iustos et sanctos sine peccato non esse.
XVIIII. Quod in ipsa quoque orationis hora peccatum declinari uix possit.
XX. A quibus sit peccati euacuatio et uirtutum discenda perfectio.
XXI. Quod licet agnoscamus nos sine peccato non esse, non debeamus tamen nosmet ipsos a dominica conmunione suspendere.

I. Reuersa igitur luce cum ad perscrutandam abyssum apostolicae quaestionis summa a nobis senex conpelleretur instantia, ita effatus est. testimonia quibus probare conamini

1 Rom. 7, 22 4 l. c. 14 6 l. c. 18 9 l. c. 19

1 condilector K^1 2 lege *B* legem *O* 5 cetera *BFO*: reliqua *βv* 18 discernenda *BFO* 22 suspendere. Expliciunt capitula. Incipit liber *BF* Explicit capitula. Incipit conlatio uicesima ·III· *θ* Finiunt capitula de animarteto (anem. *Z*). Incipit conlatio tertia abbatis theonae de animarteto (anem. *Z*) conlatio ·VI· *β* 23 abissum *O* 25 contamini B^1F^1

apostolum Paulum non ex sua, sed pro peccatorum dixisse persona: non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago, uel illud: si autem quod nolo, hoc facio, iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum, uel quod sequitur: condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis, e contrario euidenter ostendunt peccatorum personae haec non posse omnimodis conuenire, sed ad solos quae dicta sunt adtinere perfectos et eorum tantum qui apostolorum merita subsequuntur congruere castitati. ceterum quo pacto hoc peccatorum per- 2
sonae poterit conuenire quod dicitur: non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago? sed ne illud quidem: si autem quod nolo, hoc facio, iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. quis enim delinquentium nolens se adulteriis fornicationibusque contaminet? quis inuitus proximo tendat insidias? quis ineuitabili necessitate cogatur, ut falso testimonio hominem opprimat furtoue decipiat, ut alterius spolia concupiscat uel sanguinem fundat? quin immo, ut scriptum est, humanum 3
genus diligenter intentum est ad nequitiam a iuuentute sua. in tantum enim omnes uitiorum amore flagrantes desiderant inplere quae cupiunt, ut etiam peruigili cura oportunitatem conmittendi sceleris aucupantes etiam timeant ne libidinum satietate tardius potiantur, et de ignominia

2 l. c. 3 l. c. 20 5 l. c. 22—23 14 l. c. 19 16 l. c. 20 22 Gen. 8, 21 (LXX)

1 sed pro *BF*: sed O^1*c* sed ex O^2*βr* *cf. XIII, 14, 9* ut creatoris nostri clementiae mortale aliquid non pro aequalitate pietatis, sed ex aliqua indulgentiae similitudine conparemus 3 odii *O* 5 condilector K^1 10 omnis modis F^1*O* 11 pertinere *O* 12 subsecuntur *O* 15 odii *O* nec *v* 24 ut in *O* omnes *om.* *BF* more *BF* 25 flaglantes F^1 fraglantes *O* 26 conmittendis cleris *F* aucupantes .....27 potiantur] aucupentur *βv* 27 et *O*: ac *β* *om.* *BF*

sua et criminum cumulo gloriantes secundum sententiam
obiurgantis apostoli laudem sibi quandam de confusione con-
4 quirant. quos etiam Hieremias propheta non solum non nolentes
nec cum requie cordis et corporis flagitiorum crimina perpetrare,
uerum etiam in tantum eos adserit laboriosis conatibus ut ad
effectum eorum perueniant desudare, ut a letali scelerum
adpetitu nec obsistentibus eis arduis difficultatibus reuocentur,
5 dicens: ut inique agerent, laborauerunt. illud quoque
quis dixerit peccatoribus conuenire: itaque ego ipse mente
seruio legi dei, carne autem legi peccati, quos nec
mente nec carne deo seruire manifestum est? aut quemadmodum
hi qui corpore peccant mente seruiant deo, cum uitiorum
fomitem caro ex corde concipiat et ipse auctor utriusque
naturae fontem atque originem peccatorum ex eo pronuntiet
emanare de corde, inquiens, procedunt cogitationes
malae, adulteria, fornicationes, furta, falsa testi-
6 monia et cetera? quamobrem euidenter ostenditur nullo
modo hoc de peccatorum intellegi posse personis, qui non
solum non oderunt, sed etiam diligunt mala et in tantum
deo nec mente nec carne deseruiunt, ut ante delinquant mente
quam carne, et priusquam corporis expleant uoluptatem, prae-
ueniantur mentis suae cogitationumque peccato.

II. Superest igitur ut uirtutem sensus ex intimo dicentis metiamur adfectu, et quid beatus apostolus dixerit bonum quidue conparatione eius pronuntiauerit malum non nuda significatione uerborum, sed eodem quo ille discutiamus intuitu,

2 cf. Phil. 3, 19 8 Hierem. 9, 5 9 Rom. 7, 25 15 Mt. 15, 19

3 iheremias *O* 4 cordis et *om.* *βr* flagitiorum eius *β*: fl. eos *c* 7 eis *scripsi*: eos *B* *om.* *FOβv* arduis difficultatibus *om.* *F* 9 peccatori *BF* 10 autem lege *B* 11 aut] ut *K*[1] quemammodum *B* 12 hii *BFOKZ*[1] qui *om.* *βr* peccent corpore *βr* peccant corpore *c* seruiant *K*[1]*Zr*: seruiunt *BFOK*[1]*c* 16 fornicationes furta *om.* *BF* falsa testimonia *om.* *Oβv* (*cf. Inst. VI, 2*) 21 carne] corpore *βv* corporis] carnis *βv* 22 suae *om.* *βc* 23 uirtutum *FKZ*[1] 24 metiamus *K*[1] adfectu *K*: aff. *rell.* 25 conparationi *BF* non] nec *BFO*[1]

intellectum quoque eius secundum dignitatem pronuntiantis
ac meritum perscrutemur. tunc enim sententias deo inspirante
prolatas secundum propositum ac uoluntatem eius conpre-
hendere poterimus, cum eorum a quibus promulgatae sunt
statum ac meritum perpendentes non uerbo, sed experimentis
parem induerimus adfectum, pro cuius qualitate sine dubio
uel concipiuntur uniuersi sensus uel sententiae proferuntur.
quamobrem quid sit principaliter bonum quod apostolus non 2
potuerit perficere cum uellet, diligentius indagemus. multa
enim nouimus bona, quae beatum apostolum omnesque illius
meriti uiros et habuisse per naturam et adquisisse per gratiam
negare non possumus. est enim bona castitas, laudabilis
continentia, miranda prudentia, larga humanitas, circumspecta
sobrietas, modesta temperantia, pia misericordia, sancta iustitia:
quae omnia in apostolo Paulo eiusdemque consortibus ita plena
atque perfecta fuisse non dubium est, ut uirtutum magisterio
potius quam uerborum ab eis religio doceretur. quid quod 3
iugi ecclesiarum omnium cura ac peruigili sollicitudine semper
exusti sunt? quantum hoc misericordiae bonum, quanta per-
fectio est, pro scandalizantibus uri, cum infirmantibus infirmari!
cum ergo tantis apostolus abundauerit bonis, quid illud sit
boni, cuius perfectione caruerit, non poterimus agnoscere, nisi
in illum quo ipse locutus est profecerimus adfectum. omnes 4
itaque quas diximus eum habuisse uirtutes quamuis uelut
gemmae splendidissimae atque pretiosae sint, tamen si prae-
claro illi atque praecipuo margarito, quod ille euangelicus
negotiator inquirens uniuersis quae possidet uenditis conparare
desiderat, conferantur, ita earum meritum reuilescit atque

20 cf. II Cor. 11, 29 26 cf. Mt. 13, 46

1 intellectu *K* pronuntiantes *OKZ*^{1}*c* 4 potuerimus *O* 5 exprimentis *F* 6 adfectum *K*: aff. *rell.* 7 conpuniuntur *B*^{1} 9 proficere *F* 14 subrietas *K*^{1} 15 in *om.* *BF* (*non* *O*) eiusque *βv* 17 potius quam uerborum magisterio *βv* relegio *B*^{1}*K*^{1} 19 profectio *B*^{1} 21 egro *B*^{1} habundauerit *BF* quod *O* sit] est *βc* 23 est] siht *O* profic. *B*^{1}*K*^{1}*Z* adfectum *K*: aff. *rell.* 26 praecipio *K*^{1} 28 ita in *O* eorum *KZ*^{1}*c*

contemnitur, ut eis sine cunctatione distractis unius tantum boni possessio locupletet bonorum innumerabilium uenditorem.

III. Quid ergo est unum quod illis tantis tamque innumeris bonis tam inconparabiliter praeponatur, ut spretis abiectisque omnibus solum debeat possideri? nimirum illa pars optima, cuius magnificentiam ac perpetuitatem cum relicto susceptionis atque humanitatis officio Maria praelegisset, ita praedicatur a domino: Martha Martha, sollicita es et turbaris circa multa: paucis uero opus est aut etiam uno. Maria bonam partem elegit, quae non auferetur ab ea. una ergo est theoria, id est contemplatio dei, cuius merito omnia iustificationum merita, uniuersa uirtutum studia postponuntur. et illa quidem omnia, quae in apostolo Paulo fulsisse praediximus, non solum bona et utilia, uerum etiam
2 magna atque praeclara sunt. sed sicut uerbi gratia stagni metallum, quod alicuius utilitatis et gratiae putabatur, fit argenti contemplatione uilissimum et rursum auri conparatione meritum euanescit argenti, aurum quoque ipsum gemmarum conlatione contemnitur et ipsarum nihilominus quamuis insignium multitudo gemmarum unius margariti uincitur claritate, ita illa omnia merita sanctitatis quamuis non solum ad praesens bona et utilia sint, uerum etiam donum aeternitatis adquirant, tamen si diuinae contemplationis meritis conferantur, uilia atque ut ita dixerim uendibilia censebuntur. et ut hanc eandem conparationem etiam scripturarum confirmet auctoritas, nonne de uniuersis quae a deo creata sunt generaliter scriptura pronuntiat dicens: et ecce omnia quae fecit deus, bona

8 Luc. 10, 41—42 27 Gen. 1, 31 (LXX)

1 contempnitur *K*^{1}*Z* 4 expretis *BF*^{1} 5 obtima *BO* 6 magnificentia ac perpetuitate *BF* susceptiones *F*^{1} 7 humilitatis *O corr.* 9 plurima *Z* aut (*siue* ut) *eras. in F* 11 ea. De theoria *BFO* (*nota ex marg. inrepserat*) ergo et sola est *O*^{2} *βv* cui *Oβv* 12 omnium *B* 13 apostulo *B* 19 contemplatione *O* contempnitur *Z* 20 margariti uincitur claritate *BFOr*: margaritae candore superatur *βc* 21 ad praesens non solum *BFO* 22 sunt *O* 24 uendiuilia *B*^{1} 26 createę *F*^{1}

ualde, et iterum: *uniuersa quae fecit deus bona in tempore suo?* haec igitur quae in praesenti non solum 3
bona simpliciter, uerum etiam cum additamento ualde bona pronuntiantur (sunt enim re uera in hoc mundo commorantibus nobis aut ad usum uitae aut ad corporis medicinam aut ad aliquam causam ignotae nobis utilitatis adcommoda uel certe in eo etiam ualde bona, quod faciunt nos *inuisibilia dei a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspicere, sempiternam quoque uirtutem eius ac diuinitatem* ex tanta tamque ordinata molitione fabricae mundialis et omnium quae in ea sunt subsistentia contemplari), haec tamen omnia nec boni nomen tenebunt, si futuro illi saeculo conparentur, ubi nulla bonorum inmutatio, nulla est uerae beatitudinis formidanda corruptio. cuius mundi ita 4
beatitudo describitur: *erit lux lunae sicut lux solis, et lux solis septempliciter sicut lux septem dierum.* magna igitur haec et praeclara intuitu atque mirifica si futuris ex fide promissionibus conferantur, continuo uanitas apparebunt dicente Dauid: *omnia sicut uestimentum ueterescent. et sicut opertorium mutabis ea, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* ergo quia nihil est per semet ipsum stabile, nihil inmutabile, nihil bonum nisi deitas sola, omnis uero creatura, ut beatitudinem aeternitatis uel inmutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem et gratiam consequuntur, tenere meritum bonitatis creatori suo conlata non possunt.

IIII. Quodsi etiam manifestioribus adhuc testimoniis huius sententiae rationem uoluerimus adstruere, nonne cum multa pronuntiari bona in euangelio legerimus, et arborem bonam

1 Sir. 39, 16 (LXX) 7 Rom. 1, 20 15 Esai. 30, 26
19 Ps. 101, 27—28

5 nobis ut K^1 nobis ait Z^1 6 adconmoda *O* 9 conspicere et *O* 11 omnia *F* 18 repromissionibus $O^2\beta v$ 20 oporturium B^1 23 omnes uero creaturae $O\beta v$ 26 consecuntur *O* consequentur β 27 conlatae $B^2(v)$

et thesaurum bonum et bonum hominem et bonum seruum, quia non potest, inquit, arbor bona malos fructus facere et bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et: euge, serue bone et fidelis, et utique hos omnes secundum se bonos esse non dubium sit, si respiciamus ad bonitatem dei, nullus eorum pronuntiabitur bonus dicente domino: nemo bonus nisi solus deus?
2 cuius intuitu etiam ipsi apostoli, qui electionis merito bonitatem generis humani multis excesserant modis, mali esse dicuntur, domino ad eos ita loquente: si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester qui in caelis est dabit bona petentibus se. denique sicut bonitas nostra supernae bonitatis intuitu in malitiam uertitur, ita etiam iustitia nostra diuinae conlata iustitiae panno menstruatae similis deputatur dicente Esaia propheta: sicut pannus menstruatae
3 uniuersae iustitiae nostrae. et ut aliquid adhuc euidentius inferamus, legis quoque ipsius praecepta uitalia, quae dicitur data per angelos in manu mediatoris, et de qua idem apostolus: itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum, si perfectioni euangelicae conferantur, minime bona diuino pronuntiantur oraculo. ait enim: et dedi eis praecepta non bona, et iustitias, in quibus non uiuent in eis. apostolus quoque ita noui lumine testamenti gloriam legis adfirmat obtundi, ut euangelici conparatione fulgoris nec glorificandam esse proclamet dicens: nam nec gloriosum est id quod

2 Mt. 7, 18 3 Mt. 12, 35 4 Mt. 25, 21 7 Luc. 18, 19 10 Mt. 7, 11 16 Esai. 64, 6 19 Gal. 3, 19 20 Rom. 7, 12 23 Ezech. 20, 25 (LXX) 27 II Cor. 3, 10

1 thesaurum bonum nam et *β* 2 inquid *BFOK²Z* fructos *O* 3 bonos *Z¹* bono] pono *K¹* 4 bone serue *β* 5 sit] est *B* 10 si] sic *K¹* cum *O* 11 bona data dare *B²v* 13 nostrę *B¹* 16 esaya *O* prof. *F* 19 dicuntur *β* data *BF*: ordinata *Oβv et Vulgata* 20 quidem *F et B s. l. m. 2*: inquit (inquid *K¹*) *Oβv* 26 ut eam *Oβv* glorificatam *Oβv* 27 pronuntiet *βv*: *cf. cap. 6, 1*

glorificatum est propter excellentem gloriam.
quam conparationem etiam in parte contraria, id est in pecca- 4
torum meritis conpensandis scriptura conseruat, ut eos qui
multo minus peccauerunt impiorum conlatione iustificet dicens:
iustificata est Sodoma ex te, et iterum: quid enim
peccauit soror tua Sodoma? et: iustificauit animam
suam auersatrix Israhel, conparatione praeuari-
catricis Iudae. ita igitur et uniuersarum merita uirtutum,
quae superius conprehendi, cum per se bona atque pretiosa
sint, tamen theoreticae claritatis conparatione fuscantur.
multum etenim sanctos quamuis bonorum operum, terrenis
tamen studiis occupatos a contemplatione sublimis illius boni
retrahunt ac retardant.

V. Nam quis eripiens inopem de manu fortiorum
eius et egenum et pauperem a diripientibus eum,
quis conterens molas iniquorum et de medio dentium
eorum rapinas extorquens in ipso intercessionis opere
diuinae gloriam maiestatis quieta mente suspiciat? quis ali-
moniam pauperibus subministrans aut aduenientium turbas
beniuola humanitate suscipiens in eo temporis puncto, quo
pro necessitatibus fratrum sollicita mente distenditur, inmensi-
tatem supernae beatitudinis speculetur, et cum praesentis
uitae angoribus curisque concutitur, futuri saeculi statum
eleuato e terrenis contagiis corde prospiciat? unde beatus 2
Dauid solum hoc bonum homini esse definiens deo iugiter
inhaerere desiderat dicens: mihi autem adhaerere deo
bonum est: ponere in domino spem meam. quod
etiam Ecclesiastes a nemine sanctorum sine querella perfici

5 Ezech. 16, 52. 49 6 Hierem. 3, 11 14 Ps. 34, 10
16 Iob 29, 17 (LXX) 26 Ps. 72, 28

3 scribtura K^1 4 peccauerint *Oβ* 7 isrł *Z* 9 adque *B* 10 theorecae (u *supra*) *B* 12 occupatus K^1 sublimis] summi *βv* 14 fortioris *O* 15 deripientibus *O* 18 suscipiat *BF* 20 tempores K^1 24 e *B*: et FO^1 a $O^2βv$ 25 hominis *F* 27 domino *BF*: deo *O* domino deo *βv et Vulgata* 28 sanctorum *B*: iustorum *rell. v* querela $B^2F^2K^2Z$

posse pronuntians quia non est, inquit, iustus homo in
3 terra, qui faciat bonum, et non peccabit. quis enim
umquam quamuis praecipuus omnium iustorum atque sanctorum
huius corporis uinculis conligatus summum hoc bonum ita
possidere potuisse credendus est, ut numquam a diuina con-
templatione discedens ne paruo quidem tempore ab eo qui
solus bonus est terrenis cogitationibus putetur abstractus? qui
umquam nullam cibi, nullam indumenti aliarumue carnalium
rerum gesserit curam, numquam de fratrum susceptione, de
loci conmutatione, de cellulae extructione sollicitus aut opem
aliquam humani concupierit adiumenti aut inopiae sterilitate
uexatus illam sententiam dominicae increpationis incurrerit:
ne solliciti sitis animae uestrae quid manducetis,
4 neque corpori uestro quid induamini? denique illum
ipsum apostolum Paulum, qui omnium sanctorum laborem
passionum numerositate transcenderat, nequaquam hoc inplere
potuisse confidenter adstruimus, ipso in Actibus apostolorum
discipulis adtestante: ipsi scitis quoniam ad ea quae
mihi opus erant et his qui mecum sunt ministra-
uerunt manus istae, uel cum Thessalonicensibus scribens
in labore et fatigatione nocte et die operatum se
fuisse testatur. quibus licet magna eidem meritorum stipendia
pararentur, tamen mens eius quamuis sancta atque sublimis
non poterat non ab illa caelesti theoria intentione terreni
5 operis aliquando diuelli. denique cum se tantis actualibus
ditari fructibus cerneret et e contrario theoriae bonum corde
pensaret ac uelut in una lance tantorum laborum profectum,

1 Eccles. 7, 21 (LXX) 13 Mt. 6, 25 18 Act. 20, 34
21 II Thess. 3, 8

1 pronuntiat $K^{2}Z$ inquid *BFO*: *om.* *β* homo iustus *βv*
2 peccabit *O*: peccauit $F^{1}β$ peccat F^{2} peccet *B* 3 umquam *om.*
BF (*non O*) 8 umquam nullam (nullam umquam *O*) cibi nullam
BFO: numquam ullam cibi ullam *βv* 10 structione *βv* 11 hu-
manam *B* inopia *B* sterelitate $B^{1}FOK^{2}Z$ 14 quod *O*
ipsum illum *βv* 17 actis B^{1} 20 tesalonic. *B* thesalonic. *F*
21 ac die *BF* 25 ac talibus *BFOv*

in altera delectationem diuinae contemplationis adpenderet, diu examine pectoris sui quodammodo castigato, dum illum hinc laborum stipendia inmensa delectant, illinc desiderium unitatis et inseparabilis Christi societatis etiam ad resolutionem carnis inuitat, anxius tandem proclamat et dicit: quid eligam ignoro. coartor autem e duobus, desiderium habens dissolui et cum Christo esse, multo enim melius: permanere autem in carne magis necessarium
propter uos. cum igitur multis modis boni huius excellentiam 6
cunctis etiam praedicationis suae fructibus praetulisset, tamen caritatis, sine qua nemo dominum promeretur, contemplatione submittitur ac propter illos, quibus adhuc lac uelut nutricula uberibus euangelicis inmulgebat, diuulsionem a Christo sibi quidem noxiam sed ceteris necessariam non recusat. etenim ad electionem huius potissimum rei illa nimia pietatis uirtute conpellitur, qua pro salute fratrum suorum, si esset possibile, etiam ultimum anathematis malum optat se incurrere.
optabam enim, inquit, ipse ego anathema esse a 7
Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati secundum carnem, qui sunt Israhelitae, hoc est: uellem ego non solum temporalibus, uerum etiam perpetuis addici poenis, dummodo omnes si fieri posset homines Christi consortio fruerentur: certus etenim sum utiliorem Christo et mihi omnium salutem esse quam meam. bonum ergo hoc summum, id est dei conspectu frui et Christo iugiter inhaerere ut perfecte apostolus posset adipisci, dissolui optat hoc corpore, quod

5 Phil. 1, 22—24 18 Rom. 9, 3—4 26 cf. Phil. 1, 23

2 peccatoris *F*O^1 quodadmodo B^1F 3 hanc F^1 laborem *B* 4 et *om.* *BF*O^1 inseperabilis *Z* societatis *β*: societas *BFOv* 5 ancxius K^1 tamen *B* elegam B^1 9 *post* uos *in v cap. 6 incipit* 11 contemplationi K^2Z 13 inmulcebat $β^1$ 14 quidem sibi *B* 15 delectionem *B*F^1 16 quam *K* 17 optat se *BF*: obtasset *O* optasset *βv cf. VIIII, 18, 3* 18 optabam *B*: optarem *rell. v* inquid B^1FOK^2Z ego ipse *B* 20 isralitę *F* 21 solum *om.* *BF* 22 posset B^2Oc: potens B^1F possit *βr* 23 uiliorem *F* 24 *post* meam in *BF*O^1 *cap. 6 incipit* hunc B^1F^1O 25 conspectui *F* 26 possit *βv* hoc *BFO*: a *βv*

caducum et multis fragilitatis suae necessitatibus inpeditum
non potest a Christi consortio non auelli. inpossibile est enim
etiam menti, quae tam crebris distenditur curis, tam uariis,
tam molestis angoribus praepeditur, diuino frui semper intuitu.
quod enim tam pertinax sanctorum studium, quod tam arduum
potest esse propositum, cui non aliquando ille uersutus insidi-
8 ator inludat? quis ita solitudinis secreta sectatus est et uni-
uersorum mortalium consortia declinauit, ut numquam cogi-
tationibus superfluis laberetur et intuitu rerum uel occupatione
actuum terrenorum ab illa quae uere sola et bona est dei
contemplatione decideret? quis tantum spiritus umquam potuit
retinere feruorem, ut non interdum lubricis cogitationibus ab
ipsa quoque orationis intentione translatus repente de caelestibus
ad terrena conrueret? quis nostrum, ut cetera peruagationum
tempora praetermittam, non illo etiam momento, quo deo
supplicans ad sublimia erigit mentem, quodam stupore con-
lapsus etiam per id uel inuitus offendat, per quod sperabat
9 ueniam delictorum? quis, inquam, tam exertus ac uigilans est,
ut dum psalmum deo canit numquam ab scripturae sensu eius
animus abducatur? quis tam familiaris deo tamque coniunctus,
qui apostolicum illud imperium, quo sine intermissione orare
nos praecipit, uel uno die se gaudeat exsecutum? quae licet
omnia nonnullis, qui sunt crassioribus uitiis inuoluti, leuia
atque a peccato paene aliena uideantur, scientibus tamen
perfectionis bonum etiam minimarum rerum multitudo grauis-
sima est.

VI. Velut si in aliquam magnam domum multis sarcinis, instrumentis, uasculis inpeditam unum integra uisuum acie

21 cf. I Thess. 5, 17

2 uelli *F* 5 studio B^1F 6 cui] qui *F* 7 et *O*: *om.* *BFβ* uniuersorumque *β* 9 lauaretur *F* et *om.* *β* 11 deciderit *Oβv* 12 ab *om.* *β* 14 corruerit $O^2βv$ 17 intuitus *B* offendit *F* 18 exercitus O^1 19 ab *om.* *O* 20 obducatur *K* 22 praecepit $O^2β$ executum *O* 24 a *om.* O^1K^1 26 *post* grauissima est *in BF cap. 7, in Oβ cap. 6 incipit* 28 instrumentis uasculis sarcinis *βv* uisum *BFO*

perspicacem, alterum cui oculorum lumen obtuderit lippitudo pariter ponamus ingressos, nonne cum ille, cui ad uidenda omnia hebens obsistit obtutus, nihil illic aliud esse confirmet nisi armaria, lectos, scamna, praesepia et quidquid non tam oculis speculantis quam manibus palpantis occurrerit, e contra hic, qui clarissimo luminum sidere etiam occulta rimatus est, multa illic minutissima et quae uix possint etiam numero conprehendi inesse proclamet, quae si aliquando in unum cumulum congregentur, paucorum quae ille palpauerat magnitudinem numerositate conpensent aut etiam forte transcendant? ita igitur etiam sancti atque ut ita dicamus uidentes, quibus 2
summum perfectionis est studium, etiam illa, quae uelut tenebrosus animi nostri non intuetur aspectus, in semet ipsis sagaciter deprehendunt acerrimeque condemnant, usque adeo ut qui, sicut nostrae uidetur incuriae, ne tenui quidem peccati naeuo candorem uelut niuei corporis fuscauerunt, multis sibi maculis uideantur aspargi, si non dicam uanae cogitationis inprobitas in atria mentis inrepserit, sed uel psalmi qui dicendus est recordatio orationis tempore intentionem supplicantis auerterit. si enim, inquiunt, cum a quolibet sublimi 3
homine non dicam pro uita ac salute nostra, sed etiam pro alicuius lucri conmodo supplicamus, totam in eum carnis et mentis aciem defigentes de nutu eius trepida expectatione

1 obtunderit B^2OK^1 2 ingressus B^1F 3 hebens (habens F^1 ebes *O*) obsistit *BFO*: hebes (haebis K^1) erit *β* confirmet] extimet O^2 aestimet *βv* 4 quicquid OK^1 5 pallantis K^1 occurrit *O* 6 sidere *BFOr*: uigore *βc* 8 pronuntiet $O^2βv$: *cf. cap. 4, 3* 10 forte *BO*: portę *F* fortasse *βv* 11 etiam *om. βv*: *cf. cap. 1, 3* dicam $O^2βv$ 13 intuitur B^1FK^1 14 contemnant B^1 15 tenuis *Oβv* 16 neuo *codd.* uelut niuei corporis *B F*: conscientiae *βv* neuo purae candorem conscientiae nrę *O cum ras. unius fere uersus* (*uidetur eras.* uelut nibei corporis) fuscaberint *O* 17 aspergi $B^2FOβ$ cogitationes F^1K^1 18 inprouitas B^1 salmi *O* 19 subplicantis K^1Z 20 auerteret *F* a quolibet sublimi homine (homini *O*) *BFO*: sublimi homini *βv* 22 carnis et mentis *BFO*: mentis et corporis *βv* 23 exspectatione *BK*

pendemus, non mediocriter formidantes ne quod forte ineptum aut incongruum uerbum misericordiam audientis auertat, tum deinde si nobis in foro ac iudicum saecularium tribunalibus constitutis, adsistente etiam e contra aduersario, in media persecutione atque conflictu tussis, excreatus, risus, oscitatio, somnus obrepserit, quanta in perniciem nostram uigilantis-
4 simus inimicus seueritatem iudicis conmouebit inuidia: quanto magis, cum illi occultorum omnium cognitori pro inminenti perpetuae mortis periculo supplicamus, praesertim cum e diuerso callidus seductor pariter et criminator adsistat, intenta atque sollicita oratione iudicantis pietas inploranda est! nec iniuste non solum leui peccato, sed etiam grauissimo crimine inpietatis adstringetur, qui precem deo fundens subito a conspectu eius quasi ab oculis non uidentis nec audientis cogitati-
5 onis inprobae uanitatem secutus abscedat. illi autem, qui oculos cordis sui contegunt crasso uelamine uitiorum ac secundum sententiam saluatoris uidentes non uident et audientes non audiunt neque intellegunt, uix in recessibus pectoris sui etiam illa quae magna et capitalia sunt crimina contemplantur, nullas autem cogitationum subreptiones, sed neque illos in se lubricos occultosque pruritus, qui mentem tenui atque subtili suggestione conpungunt, nec captiuitates animae suae possunt purgatis obtutibus intueri, sed inuerecundis semper cogitationibus euagantes nec dolere norunt, cum ab illa contemplatione quae singularis est distrahuntur, nec habent quod se doleant amisisse, quippe qui mentem suam ingruentibus ut libitum est cogitationibus

17 Mt. 13, 13

1 pendimus *BFO* 3 ac *BFO*K^1: aut K^2*Zv* 4 e *om.* *O* e contra *om.* *β* 5 persecutione *B*: prosecut. *rell.* *v* tusis *F* excreatus *B*: execratus *F* screatus *Oβv* 6 quanta K^2*v*: quantam *rell.* 7 seueritate *BF* conmouebit *F*: comm. *rell.* inuidiam *BF* 11 indicantis K^1 12 non solum non *β* 13 adstringemus *O* adstringitur *β*(*v*) 14 cogitationes K^1 15 abscesserit *βv* 17 uideant $F^1β^1$ 18 audient *B* 19 peccatoris F^1 sunt et capitalia *βv* 22 adque *B* 24 dolore *O*

expandentes nihil habent propositum, quod principaliter teneant uel quod omnimodis concupiscant.

VII. Haec sane nos in hunc errorem causa praecipitat, quia anamarteti, id est inpeccantiae ipsius uirtutem penitus ignorantes existimamus nullam omnino culpam ex istis otiosis ac lubricis cogitationum excursibus nos posse contrahere, sed hebitudine stupefacti et uelut oculorum caecitate percussi nihil in nobis nisi capitalia crimina contemplamur eaque tantummodo credimus euitanda, quae legum quoque saecularium seueritate damnantur, a quibus si nos inmunes uel paululum senserimus, nihil in nobis esse peccati protinus arbitramur. proinde ab illo uidentium numero segregati, quia minutias 2
multarum sordium quae intra nos congestae sunt non uidemus, nequaquam salubri conpunctione mordemur, si sensum nostrum interpellauerit aegritudo tristitiae, nec dolemus nos uanae gloriae suggestione pulsari, nec de emissa tardius uel tepidius oratione deflemus, nec reputamus ad culpam cur psallentibus uel orantibus nobis aliquid aliud quam ipsa oratio uel psalmus occurrerit, nec illud horremus, quod multa, quae uel loqui uel agere coram hominibus pudet, non erubescimus uel ad horam corde concipere, quod diuino nouimus patere conspectui, nec pollutionem turpium somniorum larga fletuum ablutione purgamus, nec lugemus quod in ipsa elemosynae pietate, cum 3
uel fratrum necessitatibus subuenimus uel alimonia pauperibus ministramus, serenitatem nostrae hilaritatis obnubilat auara cunctatio, nec feriri nos ullo credimus detrimento, cum derelicta memoria dei ea quae sunt temporalia atque corrupta

1 expendentes K^1 3 Kăp VIII *B* VIII *F* qui *BF* 4 anamarteti *B* anamarthiti *β* 7 ebitudine B^1 ebetudine *O* uelud *B* 10 a *om.* *β* paulolum *β* 11 in nobis esse *B*: nobis inesse *rell.* *v* *post* arbitramur *in* *BF* *cap. 9, in* O^1*β* *cap. 8 incipit* 13 egeste *O* adgesta KZ^1 adgestę Z^2(*v*) 15 nos *B*: *om.* *FOβv* uana *F* 16 gloriae subtili suggestione (-em *O*) O^2*βv* pulsati *Oβv* tepidus *F* 17 quur *FO* sallentibus *O* 19 orremus B^1*FO* 23 elimosinae *B* aelimosynae *F* elemosine *O* 24 alimonia B^1FO^1: alimoniam B^2O^2*βv* 25 obnubit *β* 27 adque *B* corrupta *BF*: corporea *Oβv*

cogitamus, ita ut nobis satis congrue Salomonis illud aptetur eloquium: feriunt me, sed non dolui: et deluserunt me, ego autem nesciui.

VIII. E contra hi qui summam totius uoluptatis et gaudii et beatitudinis suae in diuinarum ac spiritalium rerum tantum contemplatione constituunt, cum ab ea inuiti uel paululum uiolentis cogitationibus abstrahuntur, uelut quoddam in se sacrilegii genus praesentis paenitudinis puniunt ultione, ac uilissimam creaturam, ad quam sit detortus mentis intuitus, creatori suo se praetulisse lugentes paene dixerim inpietatis sibi crimen adscribunt, et licet ad conspiciendam diuinae gloriae claritatem oculos cordis sui summa alacritate conuertant, tamen etiam breuissimas carnalium cogitationum tenebras non ferentes, quidquid ab illo uero lumine mentis aspectum retrahit,
2 execrantur. denique cum hunc beatus apostolus Iohannes adfectum cunctis uellet infundere, filioli, inquit, nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. si quis diligit mundum, non est caritas dei in illo: quia omne quod in mundo est concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum est et superbia uitae, quae non est ex patre, sed ex mundo est. et mundus perit et concupiscentia eius: qui autem facit uoluntatem dei, manet in aeternum. fastidiunt ergo sancti uniuersa quibus mundus iste subsistit, sed inpossibile est ut non ad ea uel breui cogitationum rapiantur excessu,

2 Prov. 23, 35 (LXX) 16 I Ioh. 2, 15—17

1 satis congrue *om.* βc salamonis *O* solomonis K^1 2 feriunt β: f•erunt (i *eras.*) *F* ferierunt *Bv* ferierut *O* 4 *codd. praeter* O^2 *non distinguunt* hii $BFOKZ^1$ 5 tantum *om.* β 6 ,hab F^1 uel inuiti uel *BFO* paulolum β 7 in se *om.* *O* 8 praesenti βv 9 intuitu *F* 14 quicquid B^2OK^2 15 exsecrantur β ihoannes *O* 16 adfectum *K*: affectum *rell.* uellet cunctis *O* inquid B^1FOK^1Z 18 illo *BFO*: ipso βv 20 carnis est et *BF* est *post* oculorum *om.* *BO cum Vulgata* 22 periit *FO* 23 fastidunt β 24 in quibus $O\beta v$ subsistit] uersatur βv 25 uel *om.* *BFO*

nullusque etiamnunc hominum excepto domino et saluatore nostro naturalem peruagationem mentis ita defixam semper in dei contemplatione continuit, ut numquam ab ea raptus mundanae cuiusquam rei dilectione peccaret, dicente scriptura: sidera ipsa non sunt munda in conspectu eius, et iterum: si in sanctis suis non confidit, et in angelis suis repperit prauitatem, siue ut emendatior translatio habet: ecce inter sanctos eius nemo inmutabilis, et caeli non sunt mundi in conspectu eius.

VIIII. Recte igitur sanctos, qui memoriam dei stabiliter retinentes quasi per extentas in sublime lineas suspenso feruntur incessu, schoenobatis, quos uulgo funambulos uocant, dixerim conparandos, qui summam suae salutis ac uitae in angustissimo funiculi illius tramite conlocantes atrocissimam se mortem protinus incursuros esse non ambigunt, si uel exigua pes eorum titubatione deuiauerit aut modum illius salutaris directionis excesserit. qui dum arte mirifica aërios 2 gressus per inania moliuntur, si illam angustiorem uestigio semitam non cauta atque sollicita moderatione seruauerint, terra, quae omnibus uelut naturalis est basis et solidissimum cunctis ac tutissimum fundamentum, fit illis praesens ac manifesta pernicies, non quia illius natura mutetur, sed quia illi ad eam praecipiti carnis pondere delabuntur. ita etiam indefessa illa dei bonitas inmutabilisque substantia ipsa quidem neminem laedit, sed nos declinando a summis atque ad ima tendendo nobis ipsi consciscimus mortem, immo ipsa declinatio mors efficitur declinanti. uae enim inquit eis, quoniam 3 recesserunt a me: uastabuntur, quoniam praeuari-

4 Iob 25, 5 6 Iob 15, 15 (LXX) 27 Os. 7, 13

2 defixus *βv* 3 contemplationem *B*¹*F*¹ 10 Kăp X *B* X *F* 12 socenouatis (h) *B* s.chenouatis *F* iscenouatis *O* scenobatis *β* funanbulos *β* 13 suae *om.* *BF* 19 non cauta] incauta *O* 21 firmamentum *βr* 22 pernities *B* nature *B* 23 dilabuntur *B*²*F*²*β* delebuntur *O* 25 summos *K*¹ adque *B* 26 ipsis *Oβv* conciscimus *B*¹ 27 inquid *BFOK*¹*Z*

cati sunt in me, et iterum: uae eis cum recessero ab eis. arguet namque te malitia tua, et auersio tua increpabit te. scito, et uide quam malum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum. funiculis namque peccatorum suorum unusquisque constringitur. ad quos satis conpetenter a domino increpatio illa dirigitur: ecce, inquit, omnes uos accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, et in flammis, quas succendistis, et iterum qui incendit, inquit, malitiam, peribit ab ea.

X. Cum ergo semet ipsos cotidie sentiant sancti terrenae cogitationis pondere praegrauatos ab illa mentis sublimitate decidere et inuitos, immo uero etiam nescientes in legem peccati mortisque transduci atque, ut cetera praetermittam, illis saltim quae superius conprehendi bonis quidem ac iustis, sed tamen terrenis a conspectu dei operibus auocari, habent profecto pro quibus ad dominum iugiter ingemescant, habent pro quibus in ueritate humiliati atque conpuncti non uerbis tantum, sed adfectu se pronuntient peccatores et ueniam pro omnibus, quae cotidie superati fragilitate carnis incurrunt, a gratia domini iugiter postulantes ueras paenitentiae lacrimas indesinenter effundant, quippe qui uideant isdem ipsis se pro quibus continuo dolore uexati sunt etiam usque ad ultimum

1 Os. 9, 12 2 Hierem. 2, 19 4 Prov. 5, 22 7 Esai. 50, 11 10 Prov. 19, 9 (LXX)

2 arguit *β* 3 increpauit *BFK*[1] quam *scripsi* (*cf. cap. 16, 1*): qua *B* quia *rell. v* (*Vulgata*) 4 relinquisse *BF* 5 suorum peccatorum *βv*: *cf. XXIIII, 24, 2* 7 inquid *B*[1]*FOK*[1]*Z* accenditis *β*: *cf. XXIIII, 24, 2* 10 inquid *BFOK*[1]*Z* 11 Kap XI *B* XI *F* quotidie *O* cottidie *β* 13 decedere *BF*[1] inmo *F* 14 adque *B*[1] 15 saltem *FO* 17 deum *βv* ingemiscant *B*[1]*K*[1] 18 adque *B* 19 tantummodo *O*[1]*βv* effectu *B*[1] semet ipsos *O*[1]*βv* beniam ueraciter *O*[1] 20 cottidie *Z* cordis *BFO* 21 penitentiae *codd.* 22 effundunt *β* uedeant *F*[1] hisdem *Oβ* 23 ultimum uitae (u. sue *O*) finem] deum iugiter ingemescant *β* (*uerba repetita e uersu 17*)

uitae finem aestibus inuolutos etiam ipsas supplicationes suas
offerre se sine cogitationum anxietate non posse. experti 2
igitur se humanis uiribus desideratum finem obsistente carnis
sarcina adtingere non ualere neque illi praecipuo summoque
bono secundum cordis sui desiderium posse coniungi, sed ab
eius intuitu captiuos ad mundana transduci, ad gratiam dei,
qui impios iustificat, conuolantes cum apostolo prote-
stantur: infelix ego homo: quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? gratia dei per dominum nostrum
Iesum Christum. sentiunt enim se bonum istud quod
uolunt non posse perficere, sed in illud quod nolunt quodque
oderunt malum, id est cogitationum motus uel curas carnalium
rerum semper incurrere.

XI. Et condelectantur quidem legi dei secundum
interiorem hominem, qui uisibilia uniuersa transcendens
conatur deo soli semper uniri, sed uident aliam legem in
membris suis, id est in natura humanae condicionis
insertam, quae repugnans legi mentis eorum captiuum
pertrahit sensum uiolenta lege peccati, conpellens scilicet eum
relicto illo principali bono terrena cogitatione submitti. quae 2
quamuis necessaria atque utilis uideatur, cum dispensatione
religiosae cuiuspiam necessitatis inpenditur, conparatione tamen
illius boni, quod sanctorum omnium oblectat intuitum, mala
utique ab eis ac fugienda decernitur, quia per eam quoquo
modo uel ad medicum tempus ab illius perfectae beatitudinis

7 Rom. 4, 5 8 Rom. 7, 24—25 14 Rom. 7, 22 16 l. c. 23

1 subplicationes *β* 2 ancxietate *K*[1] 4 adtingere non ualere] non posse contingere *βv* 6 captiuus *K*[1] 8 liberauit *B* 9 dominum nostrum] dn *F* per Iesum Christum dominum nostrum *v* 11 in *om.* *Oβc* 12 uel] et *βv* curam *Oβv* corporalium *βv* 13 incurrens *F* incidere *βr* 14 Kp XII *B* XII *FO*[1] 15 uisibili *F* 16 semper soli *B* uidens *B*[1]*FO* 17 suis] meis *F* condit. *BZ* 18 repugnat *KZ*[1] captiuum *om.* *β* 19 eum] eos *β* 20 terrenae cogitationi (-nis *B*[1]) *Br* cogitationes *F*[1] 21 corpori utilis *βc* dispensationi *βr* 22 relegiosae *K*[1] 24 quia] qui *βv*

gaudio retrahuntur. uere enim lex peccati est, quam humano generi praeuaricatio sui induxit auctoris, per illius noxam in quem lata est aequissimi iudicis illa sententia: *maledicta terra in operibus tuis: spinas et tribulos germinabit tibi, et in sudore uultus tui edes panem tuum.*
3 haec, inquam, est lex membris omnium inserta mortalium, quae repugnat legi mentis nostrae eamque a diuino arcet intuitu, quaeque maledicta terra in operibus nostris post agnitionem boni ac mali cogitationum spinas coepit ac tribulos germinare, quarum aculeis naturalia uirtutum semina praefocantur, ne illum panem nostrum, qui *de caelo descendit* quique *confortat cor hominis*, edere absque sudore uultus nostri possimus. omne igitur humanum genus huic generaliter legi sine ulla exceptione subicitur. nullus enim est quamuis sanctus, qui supra dictum panem non cum sudore uultus sui et sollicita cordis intentione percipiat. ceterum communi isto pane multi, ut uidemus, diuites sine ullo uultus sui sudore uescuntur.

XII. Quam etiam legem beatus apostolus spiritalem adserit dicens: *scimus autem quia lex spiritalis est: ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato.* spiritalis enim est lex haec quae iubet nobis, ut in sudore uultus nostri comedamus panem illum uerum *qui de caelo descendit*, sed nos carnales efficit uenundatio illa peccati.
2 quod rogo istud cuiusue peccatum est? sine dubio Adae, cuius praeuaricatione atque ut ita dicam negotiatione damnosa

3 Gen. 3, 17—19 11 Ioh. 6, 33 12 Ps. 103, 15
20 Rom. 7, 14 23 Ioh. 6, 33

4 germinauit *F* generabit *O* 6 membris *om. F* 7 a *om. O* 8 quaeque *BFO*[1]: quā *O*[2] qua *β* et qua *r* quae *c* 10 naturalia uirtutum] carnis (caritatis *m. 2*) obtunsa (a *in ras.*) *β* 11 discendit *F* 12 uultus nostri sudore *βv* 13 *post* possimus *in v cap. 12 incipit* 15 panem *om. F* 19 Kp̄ XIII *B* XIII *FO*[1] 21 uenūdatus *O* 22 haec *om. βr* quam *K*[1] 23 illum panem *βv* de *om. O* 24 effecit *O*[2] fecit *βv* uenumdatio *O* 25 adeę *O* 26 adque *B*

fraudulentoque conmercio uenditi sumus. omnem enim prolem
suam serpentis persuasione seductus inliciti cibi perceptione
distractam iugo perpetuae seruitutis addixit. hic namque mos
solet inter uendentem ementemque seruari, ut is qui se alieno
cupit dominio mancipare, pretium pro iactura propriae liber-
tatis et addictione perpetuae seruitutis a suo consequatur
emptore. quod etiam inter Adam atque serpentem manifestis- 3
sime uidemus impletum. ille enim a serpente pretium liber-
tatis suae esu interdictae arboris capiens a naturali libertate
discessit illique maluit semet ipsum perpetua dedere seruitute,
a quo uetiti pomi letale pretium fuerat adsecutus: qua deinceps
condicione constrictus non inmerito omnem posteritatis suae
progeniem perpetuo eidem cuius effectus est seruus subdidit
famulatu. quid enim aliud seruile coniugium potest procreare
quam seruos? quid ergo? numquid emptor iste uersutus et
callidus domino uero atque legitimo ius dominationis eripuit?
non ita est. neque enim sic ille omne peculium dei unius 4
fraudis dolositate peruasit, ut potentiam dominii sui uerus
dominator amitteret, qui ipsum quoque emptorem quamuis
refugam uel rebellem tamen iugo deprimit seruitutis: sed quia
omnibus rationabilibus creaturis arbitrii libertatem creator
indulserat, eos, qui se contra fas edacis concupiscentiae trans-
gressione uendiderant, inuitos ad ingenitam libertatem reuocare
non debuit. abhorret siquidem ab illo iustitiae ac pietatis
auctore, quidquid bonitati aequitatique contrarium est. malum 5
enim fuerat si concessae libertatis beneficium reuocasset,
iniustum si liberum hominem potentia sua opprimens atque
captiuans libertatis acceptae pontificium exequi non siuisset,
cuius salutem in futura tunc saecula reseruauit, ut recto

1 fraudolentoque *β* conmertio *FO* commertio *rell.* 3 perpetuo *O* 4 his F^1O 5 mancipari *O* pretium] aliquid pretii (praecii K^1) *Oβv* 7 adque *B* 8 a *om.* *F* 10 dedere] uendere *β* 12 condit. BK^1Z 15 emtor *FO* 18 domini B^1 FOK^1 24 adhorret B^1 25 quicquid *O* bonitate Z^1 27 si *om.* *F* adque *B* 28 pontificium] priuilegium $O^2βc$ exsequi *β* siniset *O*

6 ordine conpleretur statuti temporis plenitudo. oportebat enim
eius subolem tamdiu sub auita condicione durare, quousque
eam de originalibus uinculis liberatam in antiquum libertatis
statum prioris domini gratia pretio sui sanguinis reformaret,
quam potuit etiam tunc saluare, sed noluit, quia eum decreti
sui inrumpere sanctionem aequitas non sinebat. uis nosse
causam uenditionis tuae? audi ipsum redemptorem tuum per
Esaiam prophetam apertissime proclamantem: quis est liber
repudii matris uestrae, quo dimisi eam? aut quis
est creditor meus, cui uendidi uos? ecce in iniqui-
tatibus uestris uenditi estis, et in sceleribus
7 uestris dimisi matrem uestram. uis etiam euidenter
agnoscere, cur te iugo seruitutis addictum redimere potentiae
suae uirtute noluerit? audi quid ad superiora, quibus eisdem
famulis peccatorum causam uoluntariae uenditionis exprobrat,
adiecerit: numquid adbreuiata et paruula facta est
manus mea, ut non possim redimere? aut non est
in me uirtus ad liberandum? sed quid huic potentissi-
mae misericordiae eius semper obstiterit, idem propheta
demonstrans ecce, inquit, non est adbreuiata manus
domini ut saluare nequeat, neque adgrauata est
auris eius ut non exaudiat: sed iniquitates uestrae
diuiserunt inter uos et deum uestrum, et peccata
uestra absconderunt faciem eius a uobis ne ex-
audiret.

XIII. Quia ergo carnales nos fecit et spinis ac tribulis condemnauit illa dei prima maledictio, nosque ita iniquo

8 Esai. 50, 1 16 l. c. 2 20 Esai. 59, 1—2

2 sobolem *Fβ* auita *βr*: habita *BFc* adita *O* condit. *Bβ* 3 eam de *BFOr*: eandem *βc* orienalibus *K*[1] anticum *O* 5 quam *BF*: quam pietatis instinctu (instinctum *O*) *Oβv* 7 tuae] tui *Z* 8 esayam *O* profetam *F* liber *BF*: iste liber *Oβv* 9 quo] quod *B*[1] 13 quur *FO* 15 peccatorum *om. β* uind. *K*[1] 16 paruola *F* parbola *O* 17 possit *O* 19 obsisterit *F* obtiuerit *O* profeta *F* 20 inquid *BFOK*[1]*Z* 23 et *post* uestrum *om. β* 26 Kăp XIIII *B* XIIII *F non distinguit O* quia] quasi *BF* 27 condamnauit *F* condempnauit *Z* in quo *B*

pater noster conmercio uenundauit, ut bonum quod uolumus agere nequeamus, dum diuulsi a memoria summi dei ea quae humanae fragilitatis sunt cogitare conpellimur, dum puritatis amore flagrantes incentiuis naturalibus, quae penitus ignorare uellemus, etiam inuiti plerumque conpungimur: scimus quia 2
non habitat in carne nostra bonum, id est huius quam diximus theoriae atque puritatis perpetua iugisque tranquillitas, sed factum est in nobis istud pessimum ac lugubre diuortium, ut, cum mente legi dei seruire uelimus, numquam scilicet uolentes a claritate diuina dimouere conspectum, tamen carnalibus tenebris circumfusi quadam lege peccati ab eo quod bonum nouimus cogamur auelli, scilicet ad curas cogitationesque terrenas ab illa mentis celsitudine decidentes, ad quas nos lex peccati, id est illa sententia dei non inmerito condemnauit, quam primus delictor excepit. et inde est quod beatus 3
apostolus, cum apertissime fateatur ineuitabili se uel omnes sanctos peccati huius necessitate constringi, tamen neminem eorum ob hoc esse damnandum audenter enuntiat dicens: nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. lex enim spiritus uitae in Christo Iesu liberauit me a lege peccati et mortis: id est cotidiana gratia Christi omnes sanctos suos ab hac lege peccati et mortis, in qua iugiter nolentes incurrere coguntur, cum remissionem debitorum suorum dominum deprecantur, absoluit. uidetis ergo non ex persona peccatorum, sed ex illorum qui 4
uere sancti atque perfecti sunt hanc beatum apostolum prompsisse sententiam: non enim quod uolo facio bonum,

5 Rom. 7, 18 19 Rom. 8, 1—2 27 Rom. 7, 19

1 condemnabit *O* uenumdedit *v* 4 fragrantes F^{1} fraglantes *O* 5 uellemus *BFO*: uellimus β^{1} uelimus $\beta^{2}v$ *post* conpungimur *in O cap. 13 incipit* 8 in nobis *om.* β lucubre *F* 9 ut] et *BF* uellimus $B^{1}K^{1}Z$ 10 alacritate B^{1} 14 condempnauit *Z* 15 delictor] peccator *O* 16 quum *O* inebitabili F^{1} inhabitabili K^{1} 18 ob *om.* *O* 22 cottid. β 23 quam βv uel nolentes $O\beta v$ coguntur incurrere $O\beta v$ uel quum *O* 24 remissione *codd.* a domino $O\beta v$ *fort. recte* precabantur *O* praecatur *K* precantur *Z* absolui $O\beta$ 26 prumpsisse *F* promisse *O*

sed quod odi malum, hoc ago, et: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati quod est in membris meis.

XIIII. GERMANVS: Neque eorum qui capitalibus criminibus implicantur neque apostoli uel illorum qui ad eius profecere mensuram hoc dicimus congruere posse personis, sed de his proprie hoc intellegi debere censemus, qui post dei gratiam agnitionemque ueritatis a carnalibus se uitiis abstinere cupientes antiqua adhuc consuetudine uelut naturali lege in membris suis uiolentissime dominante ad inolitam passionum concupiscentiam pertrahuntur. usus enim et frequentia delinquendi uelut lex efficitur naturalis, quae membris humanae infirmitatis inserta adfectus animae necdum plenis uirtutum studiis eruditae, sed adhuc rudis ac tenerae ut ita dixerim castitatis captiuos rapit ad uitia, ac morti eos antiqua lege subiciens iugo peccati dominantis addicit, non sinens eos bonum quod diligunt puritatis adipisci, sed potius malum quod execrantur exercere conpellens.

XV. THEONAS: Non parum uestra profecit opinio: siquidem etiam uos ipsi adstruere iam coepistis in illorum persona qui omnino peccatores sunt hoc penitus stare non posse, illis autem qui se a uitiis carnalibus abstinere contendunt proprie conuenire. quos quoniam a peccatorum iam numero segregastis, consequens est ut etiam fidelium atque sanctorum paulatim coetibus inseratis. quae enim genera peccatorum istos dicitis posse conmittere, quibus si fuerint post gratiam baptismatis inuoluti, rursum per cotidianam Christi gratiam liberentur?

1 l. c. 23

1 odii *O*   3 quod *BFβ*: quae *Ov*   5 Kāp XV *B* XV *F*   6 proficere *B¹FOβ*   8 hoc *om. O*   intelligi *O*   10 consuetudinem *F*   11 nolitam *F*   12 retrauntur *O*   et *BF*: hac *O* ac *βv*   14 adfectus *K*: aff. *rell.*   18 exsecrantur *β*   20 Kāp XVI *B* XVI *F*   profecit *Br*: proficit *FOβc*   21 uos etiam *O*   23 propie *F*   24 a *om. O*   segregatis *FO*   25 adque *B*   27 habt. *O*   28 cottid. *Z*

aut de quo mortis corpore apostolus dixisse credendus est:
quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia
dei per Iesum Christum dominum nostrum? nonne 2
manifestum est, sicut uos quoque ipsos ueritas conpulit confiteri,
non de illis capitalium criminum membris quibus stipendium
aeternae mortis adquiritur, id est homicidii, fornicationis,
adulteriorum, ebrietatis, furtorum atque rapinarum, sed de
illo praedicto cui gratia Christi cotidiana succurrit corpore
memorari? quisquis enim post baptismum et scientiam dei
in illud mortis corpus inruerit, sciat se non cotidiana gratia
Christi, id est facili remissione, quam momentis singulis
exoratus dominus noster erroribus nostris donare consueuit,
sed aut diuturna adflictione paenitudinis ac poenali dolore
purgandum aut certe pro his in futurum aeterni ignis suppliciis
addicendum, ita eodem apostolo pronuntiante: nolite falli:
neque fornicarii neque idolis seruientes neque
adulteri neque molles neque masculorum concubitores
neque fures neque auari neque ebriosi neque
maledici neque rapaces regnum dei possidebunt.
aut quae ista lex est militans in membris nostris, quae repugnet 3
legi mentis nostrae, cumque nos resistentes atque captiuos in
lege peccati ac mortis abduxerit eique nos fecerit carne seruire,
nihilominus mente legi dei seruire permittat? nec enim hic
puto legem peccati flagitia designare aut de supra dictis
intellegi posse criminibus, quae si quis facit, legi dei mente
non seruit, a qua necesse est eum animo ante desciscere quam

2 l. c. 24—25 15 I Cor. 6, 9—10

1 apostulus FK^1 2 liberauit BFK^1 4 conplusit O conpellit β 5 quibus] per quem O per quae βv 7 adque B^1 8 quotid. O cottid. β corpori Z^1 9 memorare O babt. O 10 illum B^1FO cottid. β 12 noster] non BFK^1 13 diurna O^1 14 futuro βr aeternis K^1 15 apostulo B^1 16 fornicari O 18 neque fures *om.* F 20 est ista lex $O\beta v$ repugnat $B^1\beta$ 21 adque B^1 22 legē K adduxerit O 23 nicil minus O lege BF 24 designari K^1 aut] aut hoc $FO\beta v$ de supra *om.* KZ^1 25 intelligi O 26 disciscere B^1F descisere O^1 discedere O^2

aliquid eorum carne conmittat. quid est enim seruire legi
4 peccati, nisi illa quae a peccato imperantur inplere? quod
ergo peccati genus est, quo cum se tanta sanctitas atque
perfectio sentiat captiuari, gratia tamen Christi non ambigat
liberandam dicens: infelix ego homo: quis me liberabit
de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum
Christum dominum nostrum? quam, inquam, membris
nostris legem inesse firmabitis, quae abstrahens nos a lege
dei et captiuans in lege peccati infelices nos potius faciat
quam nocentes, ut non aeternis suppliciis addicamur, sed
quasi de interrupto beatitudinis gaudio suspiremus et auxilia-
torem qui nos ad id retrahat inquirentes cum apostolo procla-
memus: infelix ego homo: quis me liberabit de cor-
5 pore mortis huius? abduci namque captiuum in lege peccati
quid est aliud quam in effectu peccati atque opere permanere?
aut quod aliud principale dabitur bonum quod sancti explere
non possint, nisi id, ad cuius conparationem ut supra diximus
uniuersa nec bona sunt? equidem nouimus multa esse in hoc
mundo bona praecipueque pudicitiam, continentiam, sobrie-
tatem, humilitatem, iustitiam. misericordiam, temperantiam,
pietatem: sed haec omnia et summo illi bono paria esse non
possunt et perfici non dicam ab apostolis, sed etiam a medi-
ocribus possunt, et a quibus inpleta non fuerint, aut aeterno
supplicio puniuntur aut grandi ut supra dictum est labore
6 paenitentiae, non cotidiana Christi gratia liberantur. superest
igitur ut hanc apostoli sententiam soli sanctorum personae
recte fateamur aptari, qui in hanc quam praediximus incur-

5 Rom. 7, 24—25 13 l. c. 24

1 lege *B* 2 ea *Oβv* 3 adque B^1 5 liberandum *βv* liberauit B^1F 7 in membris *O* 8 abstrahans *B* abtrahens *O* 9 in *om.* *βc* faciat potius *O* 10 addicamus *K* 12 ad id] ab id *O* ex his *BF* redimat *O* apostulo B^1 13 liberauit B^1F 14 legē KZ^1 15 aliut B^1 aliud est *F* effectum B^1 adque B^1 16 aliut *BO* datur *O* 17 possunt *O* 18 ***bona nec bona (nec *eras.*) *F* et quidem *Oβc* 19 subrietatem K^1 21 illo *O* bona B^1 22 ut perfici *B* 25 cottid. *β* 26 ut] utrum *β* 27 abtari *O*

rentes cotidie peccati, non criminum legem de statu salutis suae certi non praecipitantur in facinus, sed ut saepe dictum est de contemplatione diuina ad miseriam cogitationum corporalium deuoluti uerae illius beatitudinis bono plerumque fraudantur. si enim se per hanc membrorum suorum legem cotidianis sentirent sceleribus inligari, non utique de felicitatis amissione, sed de innocentiae causarentur, nec diceret apostolus Paulus *infelix ego homo*, sed 'inpurus' aut 'scelestus ego homo', nec de corpore mortis huius, hoc est de condicione mortali, sed a flagitiis atque criminibus carnis huius uellet absolui. sed quia se pro condicione fragilitatis humanae sen- 7
serat captiuatum, id est abductum ad sollicitudines curasque carnales, quae lex peccati et mortis operatur, ingemescens super hac quam inuitus incurrerat lege peccati confestim recurrit ad Christum et praesentissima gratiae eius redemptione saluatur. quidquid ergo lex illa peccati, quae spinas et tribulos cogitationum curarumque mortalium naturaliter gignit, etiam in apostolici pectoris terra sollicitudinis germinarit, ista lex gratiae mox auellit. *lex enim*, inquit, *spiritus uitae in Christo Iesu liberauit te a lege peccati et mortis.*

XVI. Hoc ergo ineuitabile corpus est mortis, in quo perfecti quique qui gustauerunt *quam suauis est dominus* cotidie reuoluti sentiunt cum propheta *quam malum sibi et amarum sit discedere a domino deo suo.* hoc est corpus mortis, quod a caelesti eos intuitu retrahens ad terrena

8 l. c. 19 Rom. 8, 2 22 Ps. 33, 9 23 Hierem. 2, 19

1 quotidie *O* cottidie *β* 2 saepe *om.* *β* 3 temporalium *O* 5 per *BFOr*: in *βc* 6 quotid. *O* cottid. *β* 9 de *post* nec *om.* *O* id est *O* de *om.* *O* conditione *BZ*, *item infra* 10 adque *B*[1] 11 huius humane *O* 13 ingemiscens *B*[2]*F*[2]*K*[2] 14 supra *BF* incurreret *K*[1] 15 pretiosissima *BF* 16 quicquid *Oβ*[2] peccati illa *F* 18 in *om.* *O* sollicitudines *K*[1] germinaret *BFK*[1] germinaberit *O* 19 inquid *BFOK*[1]*Z* 20 liberabit *O* te *BF*: me *Oβv et Vulgata* a peccati• lege (a *eras.*) *F* 21 Kap XVII *B* XVII *F* ineuitale *F* quo *BFr*: quod *Oβc* 22 quique] quidem *O* gustauerint *K*[1] quotidie *O* cottidie *β* 23 reuoliti *K*[1] quum *O*

deducit, quod psallentes eos atque in oratione prostratos uel humanas effigies uel sermones uel negotia uel actus facit
2 superfluos retractare. hoc est corpus mortis, quo aemulantes angelicam sanctitatem et uolentes domino iugiter inhaerere perfectionem tamen huius boni, quia mortis corpus obsistit, inuenire non possunt, sed faciunt malum quod nolunt, id est traducuntur mente etiam ad illa quae ad profectum uirtutum perfectionemque non pertinent. denique ut hoc de sanctis atque perfectis sibique similibus se dixisse beatus apostolus euidenter exprimeret, digito quodammodo semet ipsum tantum designans continuo infert itaque ego ipse, id est qui haec
3 pronuntio, meae, non alterius conscientiae latebras pando. hoc sane elocutionis genere familiariter uti apostolus solet, si quando uult se specialiter designare, sicut ibi: ipse ego Paulus obsecro uos per mansuetudinem et modestiam Christi, et rursum: nisi quod ego ipse non grauaui uos, et iterum: sed esto, ego ipse non grauaui uos, et alibi: ego ipse Paulus dico uobis: si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, et ad Romanos: optabam enim anathema esse ipse ego a
4 Christo pro fratribus meis. potest autem non absurde etiam sic accipi, ut expressius cum emphasi pronuntietur itaque ego ipse, id est quem nostis esse apostolum Christi, quem tota suspicientia ueneramini, quem creditis summum esse atque perfectum et in quo loquitur Christus, cum mente seruiam legi dei, carne tamen legi peccati seruire me fateor,

11 Rom. 7, 25 14 II Cor. 10, 1 16 l. c. 12, 13 17 l. c. 16 18 Gal. 5, 2 20 Rom. 9, 3 23 Rom. 7, 25

1 adque *B* 3 quo *scripsi*: quod *codd.* c propter quod *r* 4 euangelicam *BF* angelica *O* 5 quia] quam *O* 10 tantum *BF* (*cf. infra* se specialiter): tactuque *Oβv* 11 id est] idem *O* 12 hac non *O* 14 se *om. O* 16 ego *om. O* 18 ipse ego paulus *Oβ* 19 prodeerit *O* 20 obtabam *BO* ego ipse anathema esse *βv* 22 accepi *K*[1] expresius *F* praescius *β* (*add. in marg.* uel pressius) enfasi *BFO* εμφασι *β* 23 ipse ego *β* 24 quam creditis *F*[1] 25 adque *B*[1]*FO* 26 lege dei *B* lege peccati *BF*[1]

hoc est distentione condicionis humanae interdum de caelestibus ad terrena deuoluor et ad curas humilium rerum mentis meae altitudo prolabitur: per quam peccati legem ita momentis singulis me sentio captiuari, ut quamuis inmobili circa legem dei desiderio perseuerem, nullo tamen modo uim huius captiuitatis euadere posse me sentiam, nisi confugero semper ad gratiam saluatoris.

XVII. Et idcirco cotidianis suspiriis sancti omnes pro hac substantiae suae fragilitate conpuncti, dum cogitationum uarietates et conscientiae suae latebras ac penetralia perscrutantur, suppliciter clamant: non intres in iudicio cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, et illud: quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis fiduciam habebit se mundum esse a peccato? et iterum: non est iustus homo in terra, qui faciat bonum, et non peccabit, sed et illud: delicta quis intellegit? et ita infirmam hominum 2
inperfectamque iustitiam ac misericordiae dei semper indiguam esse censuerunt, ut unus ex his, cuius iniquitates atque peccata deus misso de altari ignito uerbi sui carbone purgauit, post illam mirificam contemplationem dei, post intuitum sublimium Seraphin et reuelationem sacramentorum caelestium dicat: uae mihi, quia uir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito. qui, sicut arbitror, labiorum suorum inmunditiam ne tunc 3
quidem fortasse sensisset, nisi ueram perfectionis et integram puritatem contemplatione dei meruisset agnoscere, cuius intuitu

11 Ps. 142, 2 13 Prov. 20, 9 (LXX) 15 Eccles. 7, 21 (LXX) 17 Ps. 18, 13 23 Esai. 6, 5

1 conditionis *BOZ* 2 reuolbor *O* 5 modo tamen *Q* 6 sententiam *F*[1]*O*[1] 8 Kăp XVIII *B* XVIII *F* cottid. *β* 9 suae *om.* *O* 11 iudicium *β*[1]*v* 14 habere se *O* 16 facit *O* peccet *B* peccauit *F* sed et ... 17 intellegit *om.* *Oβv* 18 misericordia *K*[2]*Zc* indiguam *Oβ*[2]: indigam *r* indignam *rell.* *c* 19 censuerunt *BF*: sentiunt *β* senserunt *Ov* peccata adque iniquitates *B* 20 ignoto *K*[1] 21 sublimis *BF* 22 seraphin *FOK*[1]: serafin *B* seraphim *K*[2]*Zv* 25 suorum labiorum *O* nec *B*[2]*v*

pollutionem suam sibi ante incognitam repente cognouit. cum
enim ait: uae mihi, quia uir pollutus labiis ego
sum, de suorum hoc eum labiorum, non de populi pollutione
confessum id quod sequitur manifestat: et in medio populi
4 polluta labia habentis ego habito. sed etiam cum
orans peccatorum quasi uniuersalium inmunditiam confitetur,
non iniquorum tantum, sed etiam iustorum plebem generali
supplicatione conplectitur dicens: ecce tu iratus es, et
peccauimus: in ipsis fuimus semper, et saluabimur.
facti sumus ut inmundus omnes nos, tamquam
pannus menstruatae uniuersae iustitiae nostrae.
rogo quid euidentius hac potest esse sententia, qua non unam
tantum, sed uniuersas iustitias nostras propheta conplexus et
circumspiciens omnia, quae uel inmunda uel horrida iudicantur,
quia nihil in hominum conuersatione sordidius neque inpurius
potuit repperire, panno eas conparare maluit menstruatae.
5 frustra ergo manifestissimae ueritati spinosae obiectionis
acumen opponitur, sicut paulo ante dixistis: 'si nemo sine
peccato, nullus est sanctus, si nemo sanctus, nullus ergo
saluabitur'. hoc enim prophetae testimonio potest nodus huius
quaestionis absolui: ecce, inquit, tu iratus es, et peccauimus: id est cum elationem nostri cordis uel neglegentias
auersatus tuo nos auxilio denudasti, confestim nos uorago
absorbuit peccatorum, uelut si quis splendidissimo solis diceret
elemento: 'ecce tu obcubuisti, et nos ilico tenebrosa contexit
6 obscuritas'. et tamen cum hic sanctos peccasse dicat et non
solum peccasse, sed etiam in ipsis semper permansisse peccatis,

8 Esai. 64, 5–6 18 XXII, 8 21 Esai. 64, 5

1 quum *O* 2 mihi quia uir pollutus .... §. *8 fin.* fragilitatis humanae *desunt in Z, uno folio deperdito* 9 saluauimur *K*[1] 10 inmundi *O* 11 pannum *O* 12 hoc *F* quia *B*[1] quam *O* 13 profeta *F* 16 repperiri *B*[1]*K*[1] 17 obiectiones *K*[1] 19 sanctus si *BF*: sanctus et si *OKv* nemo est sanctus *O* 21 inquid *B*[1] *FOK*[1] et] et nos *K* 22 quum *O* cordis nostri *O* negligentias *FK*[2] neglientias *K*[1] 25 obcubuisti *K*[1]: occub. *rell.* 26 quum *O* sanctus peccasse se *OKv* 27 mansisse *O*

non desperat penitus de salute, sed subicit: in ipsis fuimus
semper, et saluabimur. hanc ego sententiam ecce tu
iratus es, et peccauimus illi apostolicae conparabo:
infelix ego homo: quis me liberabit de corpore
mortis huius? rursum quod propheta subiungit in ipsis
fuimus semper, et saluabimur consequentibus apostoli
congruit uerbis: gratia dei per Iesum Christum domi-
num nostrum. similiter etiam illud eiusdem prophetae uae 7
mihi, quia uir pollutus labiis ego sum, et in medio
populi polluta labia habentis ego habito uidetur
supra dictos sapere sermones: infelix ego homo: quis me
liberabit de corpore mortis huius? itemque quod
sequitur in propheta et ecce uolauit ad me unus de
Seraphin, et in manu eius carbunculus (siue cal-
culus), quem forcipe tulerat de altari. et tetigit
os meum, et dixit: ecce hoc tetigi labia tua, et
auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum munda-
bitur tale est ut Pauli uideatur ore prolatum, qui ait: gratia
dei per Iesum Christum dominum nostrum. uidetis 8
ergo quemadmodum omnes sancti non tam ex persona populi
quam ex sua et peccatores se ueraciter fateantur et tamen
nequaquam de sua salute desperent, sed iustificationis pleni-
tudinem, quam pro condicione fragilitatis humanae consequi
se posse diffidunt, de gratia domini et miseratione praesumant.

XVIII. Neminem uero in hac uita quamuis sanctum inmunem esse a debitis peccatorum etiam magisterium nos edocet saluatoris, qui discipulis suis perfectae orationis formulam

1 l. c. 2 l. c. 4 Rom. 7, 24 5 Esai. 64, 5 7 Rom. 7, 25 8 Esai. 6, 5 11 Rom. 7, 24 13 Esai. 6, 6—7 18 Rom. 7, 25

1 disperat *OK* 2 ergo *O* 4 liberauit *B*¹*F* 5 rursumque *O* id quod *OKv* 12 liberauit *BFK*¹ 14 seraphyn *F* carbunculus siue *om. O* 15 altare *K*¹ 16 tetigit *O*¹*K et Vulgata* 19 dn̄m nr̄m ih̄m xp̄m *K* 20 populi] pauli *F* 22 desperant *OK*¹ iustificationes *K*¹ 23 conditione *B* 24 se *om. BF* presumat *O* praesumunt *βc* 25 Kap XVIIII *B* XVIIII *F* XVII *K*¹ 26 delictis *O*

tradens inter reliqua illa sublimia sacratissimaque mandata,
quae, quoniam non nisi sanctis perfectisque sunt tradita, malis
et infidelibus conuenire non possunt, hoc iussit interseri: et
dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus
2 debitoribus nostris. si ergo uera haec et a sanctis pro-
fertur oratio, sicut indubitanter credere nos oportet, quis tam
contumax et praesumptor, tam superbia diabolici furoris elatus
poterit inueniri, qui sine peccato se esse pronuntians non
solum maiorem se apostolis credat, uerum etiam ipsum quasi
ignorantiae aut uanitatis arguat saluatorem, ut scilicet aut
nescierit esse posse aliquos inmunes a debitis, aut frustra
docuerit eos quos scierit orationis istius remedio non egere?
sed cum regis sui praecepta seruantes omnes omnino sancti
cotidie dicant dimitte nobis debita nostra, si uerum
dicunt, uere nemo est inmunis a culpa, si autem fingunt,
3 aeque uerum est eos mendacii non carere peccato. unde etiam
ille sapientissimus Ecclesiastes uniuersos actus et humana
studia mente percurrens sine ulla exceptione pronuntiat: quia
non est iustus homo in terra, qui faciat bonum, et
non peccabit: id est nemo in hac terra tam sanctus, tam
diligens, tam intentus uel potuit umquam uel poterit inueniri,
qui uero illi ac singulari bono ita iugiter ualeat inhaerere,
ut non cotidie ab eo distractum se sentiat deliquisse. qui
tamen cum pronuntietur inmunis a noxa esse non posse, iustus
esse nihilominus non negatur.

XVIIII. Quisquis itaque anamarteton, id est inpeccantiam naturae adscribit humanae, non inanibus uerbis, sed conscientiae

3 Mt. 6, 12   14 l. c.   18 Eccles. 7, 21 (LXX)

2 quae *om.* *KZ*[1]   4 dimittemus *F*[1]   6 indubitante *F* nos credere *O*   7 tamque superbia *K*[2]*Zr*   8 potuit *F*   10 ignorantiae et *O*   11 aliquos esse posse *O*   12 stius *O*   13 cuum *O*   14 quotidie *O* cottidie *β*   15 dicant *B*[1]*F*   fingunt] fallunt *Oβv*   17 eclesiastes *BK*   actos *K*[1]   20 peccauit *B*[1]*F*   21 unquam *O*   inuenire *O*   22 ualet *O*   23 ut] et *B*[1] quotidie *O* cottidie *β*   24 quum *O*   26 Kăp XX *B* XX *F* XVIII *OK*[1]   anamartheton *BFβ* anam*arteti (h *eras.*) *O corr.*

suae nobiscum testimonio ac probatione confligat et tunc
demum se absque peccato esse pronuntiet, cum se ab hoc
summo bono senserit non auulsum: immo uero quisquis con-
siderans conscientiam suam, ut non dicam amplius, unam
saltim synaxin sine ulla uerbi uel facti uel cogitationis inter-
pellatione se deprehenderit celebrasse, absque peccato se esse
pronuntiet. proinde quia his omnibus otiosis ac superfluis
rebus uolucrem humanae mentis excursum fatemur carere non
posse, per hoc utique consequenter sine peccato nos non esse
ueraciter confitemur. nam quantauis circumspectione unus- 2
quisque cor suum seruare contendat, numquam id secundum
desiderium spiritus sui repugnante carnis condicione custodiet.
quanto enim magis profecerit mens humana et ad sinceriorem
contemplationis peruenerit puritatem, tanto se inmundiorem
quasi per speculum suae puritatis inspiciet, quia necesse est
ut, dum animus ad sublimiorem se extendit intuitum et maiora
quam agit prospiciens concupiscit, illa in quibus est ut inferi-
ora semper ac uiliora despiciat. plura siquidem denotat 3
sincerior obtutus paritque sibi maiorem reprehensionis dolorem
inreprehensibilis uita et multiplicat gemitus atque suspiria
emendatio morum et aemulatio adtenta uirtutum. nemo enim
illo in quo profecerit gradu potest esse contentus et quantum
quis fuerit mente purgatior, tanto se sordidiorem uidens magis
humilitatis quam elationis inuenit causas, quantoque pernicius
ad sublimiora conscenderit, tanto amplius praeuidet sibi
superesse quo tendat. denique ille apostolorum eximius, 4
quem diligebat Iesus, recumbens supra pectus eius,
hanc quasi ex dominico protulit corde sententiam: si dixeri-

27 Ioh. 13, 23 28 I Ioh. 1, 8

1 confligant K^1 2 quum *O* se *om.* *β* 3 senserim K^1 5 psaltim *O* sinaxim *BF* sinaxin *O* 7 pronuntiat *O* quia pro his *B* 8 uoluerem *F* 11 seruare cor suum *O* 12 desiderium *B* carnis] carnis sui *B* conditione *Bβ* 13 proficerit $β^1$ 14 tatem tanto se inmundiorem ...... *XXIIII, cap. 9* extrahendum bouem tuum non patitur *desunt in Z*: *intercidit quaternio integer* 16 ut *om.* *K* 17 prospicientes F^1 19 parique B^1F sibimet *O* 22 proficerit B^1FOK^1 23 purgatus *O* 24 inueniet causam *O* pertinacius *O* 25 sibimet *O* 28 protulerit *O*

mus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est. itaque si dicentes nos non habere peccatum ueritatem, id est Christum non habemus in nobis, quid aliud proficimus, nisi ut nos hac ipsa professione ex peccatoribus sceleratos atque impios adprobemus.

XX. Postremo si cordi est uerius explorare, utrum possibile sit humanae substantiae anamarteton possidere, a quibus hoc manifestius discere poterimus quam ab his qui carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis, et quibus uere crucifixus est mundus? qui cum de cordibus suis non solum radicitus uitia uniuersa conuulserint, uerum etiam cogitationes ac memoriam peccatorum conentur excludere, nihilominus tamen cotidie fideliter profitentur ne una quidem hora macula se posse carere peccati.

XXI. Nec tamen ex eo debemus nos a dominica communione suspendere, quia nos agnoscimus peccatores, sed ad eam magis ac magis est propter animae medicinam ac purificationem spiritus auide festinandum, uerumtamen ea humilitate mentis ac fide, ut indignos nos perceptione tantae gratiae iudicantes remedia potius nostris uulneribus expetamus. alioquin nec anniuersaria quidem digne est praesumenda communio, ut quidam faciunt, qui in monasteriis consistentes ita sacramentorum caelestium dignitatem et sanctificationem ac meritum metiuntur, ut aestiment ea non nisi sanctos atque inmaculatos debere praesumere, et non potius ut sanctos mundosque nos
2 sua participatione perficiant. qui profecto maiorem arrogantiae praesumptionem, quam declinare sibi uidentur, incurrunt, quia uel tunc cum ea percipiunt dignos se esse perceptione diiudicant.

8 Gal. 5, 24 10 l. c. 6, 14

4 profecimus *BF* 5 adque *BF* 6 Kăp XXI *B* XXI *F* XVIIII *K*[1] 7 anamarteton *O*: anamartheton *rell.* 13 cottidie *K* 14 carcere *F*[1]: *om. K* 15 Kăp XXII *B* XXII *F* 17 ac *post* medicinam] et *OKv* 18 ea] ex *K*[1] 20 expetemus *F* expectemus *O* expectamus *K*[1] alioqui *K*[1] 21 anniuersario *K* 23 dignitate et sanctificatione *BF* 24 mentiuntur *O* extiment eam *O* 25 ut *om. K* 26 perficiat *BFO* 28 quum *O* esse *BF*: eius *OKv*

multo autem iustius est ut cum hac cordis humilitate, qua credimus et fatemur illa sacrosancta mysteria numquam pro merito nos posse contingere, singulis ea dominicis ob remedium nostrarum aegritudinum praesumamus, quam ut uana persuasione cordis elati uel post annum dignos eorum participio nos esse credamus. quapropter ut haec intellegere et fructuose 3
tenere possimus, misericordiam domini, ut nos ad perficienda haec adiuuet, adtentius inploremus, quae nequaquam ita ut ceterae humanae artes praecedente quadam ratione uerborum, sed actu potius et experientia praeeunte discuntur, quaeque rursum nisi tam conlationibus spiritalium uirorum frequenter examinata fuerint et polita quam documentis et cotidiana experientia sollicite uentilata, aut obsolescunt incuria aut otiosa obliuione depereunt.

2 sancta *O* sacrosanctam *K*¹ misteria *BO* 4 persuasione] presumtione *O* 5 participio *OK*²*v*: participium *K*¹ participatio *B*¹ participatione *B*²*F* 6 intellig. *O* 12 quam etiam *O* cottid. *K* 14 depereunt. Explicit abbatis theonae (-ne *BF*) conlatio tertia (·III· *FK*: de anamarthethon *add.* *BF*) Incipit abbatis (abb̄ de *B*) abrahae conlatio (conlatio abbatis abbraham *K*) de mortificatione *BFK* Explicit conlatio abbatis theone de anamartesis. Conlatio abbatis abraham de mortificatione *O* Incipiunt capitula *BF* Incipit capitula eiusdem *O* Capitulationes *K*

XXIIII.

CONLATIO ABBATIS ABRAHAE.

DE MORTIFICATIONE.

CAPITVLA.

I. Quomodo abbati Abrahae cogitationum nostrarum arcana prodiderimus.

II. Quomodo senex nostros patefecerit errores.

III. De qualitate locorum, quae ab anachoretis expeti debeant.

IIII. Quae a solitariis operationum genera eligi debeant.

V. Quod euagatione corporis grauetur magis quam releuetur cordis anxietas.

VI. Ad quam conparationem cogitationes suas monachus debeat custodire.

VII. Interrogatio, cur obesse nobis parentum uicinia putaretur, quae in Aegypto consistentibus non obesset.

VIII. Responsio, quod non omnibus conueniant omnia.

VIIII. Quod hi possint parentum uiciniam non timere, qui abbatis Apollo mortificationem potuerint aemulari.

X. Interrogatio, an obsit monacho, si ei a parentibus necessaria suggerantur.

5 habrahae *F* abbahae K^1 6 archana *BO* prodiderimur arcana *K*(*r*) 7 nostros senex *Kc* patefecit *BF* 8 locorum *BFO*: locorum ac status *K* anachoritis *O* expleti F^1 10 genere legi BF^1 genera debeant eligi (elegi K^1) *Kv* 11 grauiter K^1 12 reueletur F^1K^1 14 debeant K^1 15 quur *BO* 16 egipto *BO* 18 hii *codd.* uicinia *BFO* 19 appollo *B* 20 ei *BFO*: et *K*

XI. Responsio, quid sanctus Antonius super hoc pronuntiauerit.
XII. De utilitate operationis et otii detrimento.
XIII. Fabula de tonsoris mercede conposita ad inlusiones diaboli cognoscendas.
XIIII. Interrogatio, unde nobis talium cogitationum error inrepserit.
XV. Responsio de tripertito animae motu.
XVI. Rationabilem animae nostrae partem esse corruptam.
XVII. Quod infirmior pars animae diabolicis temptationibus prima subcumbat.
XVIII. Interrogatio, an utili desiderio maioris silentii retraheremur ad patriam.
XVIIII. Responsio de inlusione diaboli, eo quod uastioris solitudinis requiem repromittat.
XX. Quam utilis sit remissio in aduentu fratrum.
XXI. Quomodo euangelista Iohannes utilitatem remissionis ostendisse dicatur.
XXII. Interrogatio, qualiter intellegendum sit quod in euangelio dicitur: iugum meum suaue est et onus meum leue est.
XXIII. Responsio cum expeditione sententiae.
XXIIII. Cur amarum iugum et graue onus domini sentiatur.
XXV. Quid utilitatis conferat temptationum incursio.
XXVI. Quemadmodum perfecte renuntiantibus centuplum in hoc mundo repromittatur.

20 Mt. 11, 30

1 quod *B*   5 diabuli *B*   diabolicas *ex* diabolico *K*   9 rationalem *B*   fuisse *K*   10 diaboli *O*   11 subcumbat K^1: succumbat *rell.*   12 retraemur *O*   retrahamur *K*   14 responsio *om.* BFO^1 diabuli *B*   diabolica *ex* diabolico *K*   eo *om.* *K*   20 euangelium K^1 suaue est et BFO^2: suaue et $O^1\beta v$ 21 honus *B*   meum *om.* *F*   est *post* leue *om.* *BFO*   22 quum *O*   expositione O^2K 23 XXIIII *om.* *K*   quur *BFO*   24 XXIIII *K*   offerat *B*   25 XXVI *om.* *K*   26 repromittatur. Expliciunt capitula *BF*   Explicit capitulatio. Incipit liber uicesimus ·IIII· *O*   Finiunt capitula abbatis abbraham. Incipit conlatio abbatis abbrahae de mortificatione conlationes (nes *deleu. m. 2*) ·VII· *K*

I. Quarta atque uicensima ista conlatio abbatis Abraham Christo fauente procuditur, omnium seniorum traditiones atque statuta concludens: qua uestris orationibus consummata illorum uiginti quattuor seniorum, qui in sancta Apocalypsi coronas suas agno offerre dicuntur, numero mystice congruente cunctarum promissionum nostrarum debitis nos credimus absoluendos. si qua proinde gloria hi uiginti quattuor seniores nostri ob institutionis suae meritum fuerint coronati, illi qui pro salute mundi immolatus est agno prostratis sunt capitibus oblaturi: ipse enim et illis tam eximium sensum et nobis qualemcumque sermonem, quo tanta profunditas promeretur, propter honorem nominis sui donare dignatus est. et necesse est ut ad auctorem bonorum omnium muneris sui merita referantur, cui hoc ipso debetur amplius quo magis soluitur.
2 igitur ad hunc Abraham inpugnationem cogitationum nostrarum anxia confessione detulimus, qua ad repetendam prouinciam nostram atque ad reuisendos parentes cotidianis animae aestibus urguebamur. hinc etenim nobis maxima desideriorum nascebatur occasio, quod tanta religione atque pietate parentes nostros praeditos recordabamur, ut eos nequaquam inpedituros nostrum propositum praesumeremus, hoc iugiter mente uoluentes, quod profectum magis ex illorum essemus adsiduitate capturi, nullaque nos corporalium rerum sollicitudine, nullis prospiciendi uictus distentionibus occupandos, illis adfatim omnem cum gaudio praebitionem nostrae
3 necessitatis explentibus. insuper etiam spe inanium gaudiorum

4 Apoc. 4, 4

1 adque B^1 uicensima K^1: ui|uicesima *B* uicesima *FOK*[2] 2 fabente B^1O procluditur BF^1O adque B^1 3 instituta O^2Kr que *O* quia K^1 4 XXIIII *BF*, *item infra* apocalipsi BK^1 apocalipsin *O* 5 numeri K^1 misticę *O* 7 absoluendos] liberandos *Kv* hii B^1FOK senes *OKr* 9 prostratis *Fr*: prostrati *BO* subiectis *Kc* 10 enim et] et enim B^1 illi statim K^1 13 bonorum operum omnium OK^1 14 cui .... soluitur *om.* *BF* quo] quã *O* 16 qua] quia *OKv* prouintiam *B* 17 adque B^1 quotid. *O* cottid. *K* 19 relegione B^1K^1 adque *B* 20 eis *Kc* 21 inpedituros *om.* *Kc* praeponeremus *Kc*

animas pascebamus, credentes nos fructum maximum percepturos de conuersione multorum, qui uelut nostro essent ad uiam salutis exemplo ac monitis dirigendi. tunc praeterea ipsorum locorum situs, in quibus erat maioribus nostris auita possessio, ipsarumque amoenitas iucunda regionum ante oculos pingebatur, quam grate et congrue solitudinis spatiis tenderetur, ita ut non solum delectare monachum possent secreta siluarum, sed etiam maxima uictus praebere conpendia. quae 4 omnia praedicto seni cum secundum fidem conscientiae nostrae simpliciter panderemus, nec iam inpugnationum uim tolerare nos posse, nisi nobis per illius medicinam dei gratia subuenisset, profusis lacrimis testaremur, tacitus ille diuque cunctatus atque ad extremum grauiter ingemescens ait.

II. Necdum uos desideriis renuntiasse mundanis nec mortificasse concupiscentias pristinas cogitationum uestrarum prodit infirmitas. nam sicut desidiam cordis uestri desideriorum uestrorum peruagatio protestatur, hanc peregrinationem ac parentum absentiam, quam mente potius suscipere debuistis, carne tantummodo sustinetis. sepulta enim haec omnia ac de cordibus uestris euulsa penitus iam fuissent, si uel rationem ipsius abrenuntiationis uel principalem solitudinis causam in qua consistimus cepissetis. ideoque uos illa otii aegritudine 2 sentio laborare, quae in Prouerbiis ita notatur: in desideriis est omnis otiosus, et iterum: desideria pigrum occidunt. nam et nobis poterant haec quae commemorastis carnalium commodorum non deesse conpendia, si credidissemus ea nostro conuenire proposito aut talem ex illis amoenitatum

23 Prov. 13, 4 (LXX) 24 Prov. 21, 25

1 anime *O* animum *Kv* paschebamur *O* fructum nos *Kv* 2 conuersatione *BFO* 3 salutis se *B*¹ tum *OKv cf. cap. 9, 4*
ł habita
4 auita *O*: auita *K* habita *BF* 5 ipsaque *K* iocunda *B* *K*² 7 possint *Kc* 13 adque *B*¹ ingemiscens *B*²*K* ait *BF* ita respondit *Ov*: *om.* *K* 14 necdum inquit *K*² 16 uestri et *B*² *fort. scrib.* desidia c. uestri et 22 cepissetis *O*: coepissetis *BFKv* illa uos *K* 25 potuerant *K* 26 conpendia] carnalia *K*¹ 27 ea *om.* *O* tale *B*

uoluptatibus fructum nobis iudicassemus posse conferri, qualis
iste est qui de hoc locorum squalore et corporis contritione
conquiritur. nec sumus ita parentum solacio destituti, ut nobis
desint qui de suis substantiis sustentare nos gaudeant, nisi
nobis illa sententia saluatoris occurrens quidquid ad fotum
huius pertinet carnis excluderet, qua dicitur: qui non reli-
querit (siue oderit) patrem et matrem et filios et
3 fratres, non potest meus esse discipulus. quodsi
parentum quoque praesidio essemus omnimodis desolati, uel
potentum mundi istius obsequia deesse non possent, qui
promptissima largitate necessitatibus nostris cum omni grati-
arum actione subministrare gauderent. quorum munificentia
sustentati parandi uictus sollicitudine careremus, nisi nos
uehementer illa prophetica maledictio deterreret. nam male-
dictus, inquit, homo, qui spem suam ponit in homine,
et: nolite confidere in principibus. potuimus etiam
cellulas saltim nostras supra Nili fluminis alueum conlocantes
aquam habere pro foribus, ne eam a quattuor milibus passuum
nostris cogeremur deferre ceruicibus, nisi nos ad tolerantiam
laboris istius indefessos beatus apostolus reddens hoc iugiter
animaret eloquio, unusquisque, inquiens, propriam mer-
4 cedem accipiet secundum suum laborem. nec igno-
ramus esse nonnulla etiam in regionibus nostris amoena
secreta, in quibus pomorum copia et hortorum gratia uel
ubertas necessitatem uictus nostri minimo labore corporis

6 Luc. 14, 26 14 Hierem. 17, 5 (LXX) 16 Ps. 145, 2
21 I Cor. 3, 8

2 est *om.* *BF* 3 solatio *B* distituti *K*[1] nobis *om.* *Kc* 4 quique *K*[1] 5 nobis] nos *K* quicquid *F*[2]*OK*[1] forum *K*[1] 6 relinquerit *OK*[1] 7 aut matrem *BF* 9 omnis modis *B*[1]*F*[1] quoque essemus praesidio destituti (dist. *K*[1]) *Kv* certe uel *Kv* 10 potentium *OK* stius *O* 11 promtissima *FO* prumpt. *K*[1] 12 munificentie *B*[1] 13 sollicitudinem *O* 14 profetica *BFO* 15 inquid *BFOK*[1] suam *om.* *K* hominem *OK* 17 saltem *FO* albeum *FO* 18 a *Br* e *Kc*: *om.* *FO* 19 tollerantiam *BK*[1] 23 etiam *om.* *Kc* 24 et ubertas *K*[1]

expedirent, nisi inpingendam illam nobis exprobrationem quae
ad illum in euangelio directa est diuitem uereremur: quia
recepisti consolationem tuam in uita tua. sed
despectis illis omnibus et cum uniuersa mundi huius uoluptate
contemptis his tantum squaloribus delectamur uniuersisque
deliciis horrendam solitudinis istius praeferimus uastitatem
neque huic harenarum amaritudini quantasuis uberis glaebae
diuitias conparamus, non temporalia huius corporis lucra, sed
aeterna spiritus emolumenta sectantes. parum est enim 5
renuntiasse monachum semel, id est in primordio conuersionis
suae contempsisse praesentia, nisi eis cotidie renuntiare per-
stiterit. usque ad finem namque huius uitae illud nobis
dicendum est cum propheta: et diem hominis non desi-
deraui, tu scis. unde et dominus in euangelio si quis,
inquit, uult post me uenire, abneget semet ipsum
et tollat crucem suam cotidie et sequatur me.

III. Et idcirco ei, qui de interioris hominis puritate per-
uigilem sollicitudinem gerit, expetenda sunt loca, quae mentem
eius nulla ad culturae distentionem ubertatis suae fecunditate
sollicitent nec de cellulae fixa atque inmobili statione proturbent
atque ad aliquod subdiuale opus prodire conpellant, et ita uelut
in apertum effusis cogitationibus omnem mentis directionem
ac subtilissimum certe illius destinationis intuitum per diuersa
dispergat. quae a nemine prorsus quamuis sollicito ac uigilanti 2
uel caueri poterunt uel uideri, nisi qui corpus atque animum
suum iugiter intra parietum saepta concluserit, ut ita quis
uelut piscator egregius uictum sibi apostolica arte prospiciens
in tranquillissimo cordis sui profundo agmina cogitationum

2 Luc. 16, 25 13 Hierem. 17, 16 14 Luc. 9, 23

1 nobis illam *OKv* 4 dispectis *K* huius mundi *O* 7 arenarum *BFO* glebae *codd.* 8 conparemus *B*[1] 10 principio *O* conuersationis *K*[1] 11 quotidie *O* cottidie *K* perstisterit *B* prestiterit *O* persteterit *K*[1] 13 profeta *F* de|raui *B* 15 inquid uult *BFO*: uult inquit (inquid *K*[1]) *Kv* 16 cottidie *K*: *om. O* 20 adque *B*[1] 21 adque ad *B*[1]*F* 23 subtilissimum *Kv*: sublimissimum *BFO* distinationis *K*[1] 25 adque *B*[1] 26 septe *B*[1] septa *rell.* 28 tranquillissimi *Kc*

natantia intentus atque inmobilis captet et tamquam de prominenti scopulo curiose profunda prospectans, quas ad se hamo adtrahere debeat salutari, quas uero tamquam malos et noxios pisces neglegat ac refutet, sagaci discretione diiudicet.

IIII. In hac ergo unusquisque custodia iugiter perseuerans efficaciter illud inplebit, quod per Abbacuc prophetam satis euidenter exprimitur: super custodiam meam stabo et ascendam super petram, et speculabor ut uideam quid loquatur in me, et quid respondeam ad arguentem me. quod quanti laboris ac difficultatis sit, experimentis illorum, qui in illa Calami seu Porphyrionis heremo
2 commorantur, manifestissime conprobatur. nam cum longiore solitudinis interuallo ab uniuersis urbibus et habitaculis hominum quam heremus Sciti diuidantur (septem siquidem uel octo mansionibus uastissimae solitudinis deserta penetrantes uix ad cellarum suarum secreta perueniunt), tamen, quia illic agriculturae dediti claustris minime cohibentur, cum ad haec squalida in quibus degimus uel illa Scitiotica uenerint loca, tantis cogitationum aestibus, tanta animi anxietate uexantur, ut quasi rudes et qui solitudinis exercitia ne leuiter quidem aliquando contigerint commorationem cellae et quietis silentia tolerare non possint atque ex eis statim excussi tamquam
3 expertes ac nouicii proturbentur. non enim sedare interioris hominis motus et cogitationum suarum tempestatibus obuiare iugi sollicitudine ac perseueranti intentione didicerunt, qui sub-

7 Hab. 2, 1 (LXX)

1 adque *B* capiet *F* 2 amo *BFO* 3 et] ac *Kv* 4 sagati *F* 5 hanc ... custodiam *O* perseuerens F^1 6 abbacuch *B* abacuc *K* profetam *F* 8 et uideam quod K^1 10 dificultatis *B* 11 siue O^2Kv: *om.* O^1 porfyrionis B^2F porfirionis B^1 prophirionis *O* purfurionis *K* 12 Sime cōprobatur manifestis (*sic*) *F* longiori F^2 14 eremus *O* sciti O^1: scitii O^2K^1 scithii B^1FK^2 scithie B^2 16 cellularum *OKv* illi O^1 18 scitiotica K^1: scithiotica FK^2 sci*thiotica *B* (o *eras.*) schitiotica *O* 20 solitudines OK^1 21 commemorationem K^1 22 adque B^1 23 agnouicii *K* nouitii *B* interiores *O*

diualibus cotidie operibus desudantes tota die sub aëria inanitate non solum carne, uerum etiam mente peruolitant et cogitationes suas cum mobilitate corporea passim in aperta diffundunt. et idcirco nec multiuolam animi sui sentiunt uanitatem nec eius lubricos possunt cohercere discursus, et contritionem spiritus non ferentes intolerabilem sibi ipsam silentii sui aestimant iugitatem, ac laboriosis ruris operibus indefessi uincuntur otio et quietis suae diuturnitate lassantur.

V. Nec mirum si in cella quis residens, quasi in artissimum claustrum cogitationibus congregatis, anxietatum multitudine suffocetur, quae de carceribus habitaculi cum homine prorumpentes continuo uelut equi effrenes per diuersa peruolitant. sed cum ad praesens de suis uelut stabulis euagentur, capitur statim aliquod uel breue ac triste solacium: cum uero corpore ad cellam propriam remeante rursum quasi ad sedem suam cuncta cogitationum caterua recucurrerit, grauiores excitat stimulos ipsa inueteratae licentiae consuetudo. hi ergo qui 2
necdum possunt uel norunt uoluntatum suarum instigationibus reluctari, cum acedia pectus insolitum uehementius inpugnante intra cellam fuerint anxiati, si progrediendi saepius libertatem sibi remissa districtionis lege concesserint, acriorem aduersum se pestem hoc ut putant remedio suscitabunt: sicut gelidissimae aquae haustu uim internarum febrium quidam restinguere posse se credunt, cum utique ex hoc accendi ignem illum constet potius quam sedari, siquidem momentaneam illam releuationem multo grauior consequatur adflictio.

1 quotidie *O* cottidie *K* ęria *B*¹ 2 carne] corpore *Kv* 5 coercere *Kv* et] nec *Kc* 6 non *om. c* intollerabilem *B* 8 uincentur *K*¹ 9 quis] quas *K*¹ in *BF*: intra *O*²*Kv om. O*¹ 11 de *om. O* 12 per] in *Kv* 13 ueluti *B* (*nimirum* uelut istabulis) stabilis *F* euagantur *O* capituri statim (*i. e.* capitur istatim) *BF* 15 remeat *B*¹*F* remeant *O* remeant et *B*² rursus *OKv* 16 recurrerit *F*²*OK*²*v* recurrere *K*¹ 17 inueterata *K*¹ hii *BFOK*¹ 19 accedia *O* 20 progradiendi *O* 21 destrictionis *BFO* 23 austu *B*¹*FO* 24 quum *O* accendi ex hoc *OKv* 26 reuelationem *BFK*¹ consequetur *B*²*v*

VI. Quamobrem ita monachi omnis intentio in unum
semper est defigenda cunctarumque cogitationum eius ortus
atque circuitus in id ipsum, id est ad memoriam dei strenue
reuocandi, uelut si quis teretis absidae cameram uolens in
sublime concludere subtilissimi illius centri lineam iugiter
circumducat ac secundum illius certissimam normam omnem
2 rutunditatis parilitatem structurae colligat disciplina. qui
uero eam absque illius medietatis examine consummare
quamuis summa artis aut ingenii praesumptione temptauerit,
inpossibile est ut aequalitatem circuitus illius sine errore
custodiat aut quantum uerae rutunditatis pulchritudini errando
subtraxerit solo deprehendat aspectu, nisi ad illum indicem
ueritatis semper recurrens atque eius arbitrio interiorem operis
sui ambitum exterioremque castigans tam excelsae magnitudinis
3 molem unius puncti lege concludat. ita etiam mens nostra,
nisi solam domini caritatem uelut centrum inmobiliter fixum
per uniuersa operum molitionumque nostrarum momenta
circumagens probabili ut ita dixerim circino caritatis omnium
cogitationum uel aptauerit uel reppulerit qualitatem, nequaquam
structuram illam aedificii spiritalis, cuius Paulus est
architectus, probabili arte molietur, nec pulchritudinem domus
illius possidebit, quam beatus Dauid in corde suo domino
cupiens exhibere domine, inquit, dilexi decorem domus
tuae, et locum habitationis gloriae tuae, sed indecoram
in corde suo atque indignam spiritui sancto domum
continuoque lapsuram inprudenter adtollet, non glorificandus,

20 cf. I Cor. 3, 10 23 Ps. 25, 8

3 adque B^1 4 teretis *om.* *Kv* abside *BFO*: absidis *Kv* 6 illius *om.* *Kv* 7 rotund. B^2F^2K et structurae *Kv* disciplinam *OKv* 8 ullius *K* examinatione *O* 9 temptauerat B^1 11 rotund. B^2F^1K pulcritudini *O* pulchritudine K^1 13 adque *B* 14 excelsa *O* altitudinem molis *K* 18 probabile B^1 *O* prabablle F^1 karitatis *O* 19 repulerit *BO* 20 istructuram B^1 21 pulcritudinem *OK* 23 inquid $BFOK^1$ 25 adque B^1 spiritu O^1v 26 adtollit *codd.* non] ad *F*

beati cohabitatoris hospitio, sed ruina constructionis suae lugubriter opprimendus.

VII. GERMANVS: Satis utili ac necessario praecipitur instituto hoc operum genus, quod intra cellam exerceri potest. etenim non solum exemplo beatitudinis uestrae apostolicarum uirtutum imitatione fundatae, uerum etiam experientiae nostrae testimonio commoditas huius rei nobis saepe conperta est. sed parentum uicinia, quam nec uos nimium respuistis, cur a nobis tantopere debeat euitari, non satis claret. cum enim uos in omni perfectionis uia inreprehensibiliter incedentes non solum in propriis residere regionibus, sed nec longe a uiculis suis quosdam recessisse cernamus, cur id, quod uobis noxium non est, nobis putetur aduersum?

VIII. ABRAHAM: Nonnumquam mala ex bonis rebus sumi uidemus exempla. nam si eadem quis agere non eodem adfectu atque proposito aut dissimili uirtute praesumpserit, profecto exinde laqueos deceptionis ac mortis incurret, unde aliis aeternae uitae fructus adquiritur. quod ille quoque manu 2
fortis puer bellicosissimo giganti illi in certamine conparatus haud dubie pertulisset, si uirilibus atque fortissimis Saulis armis fuisset indutus, et de quibus aetas robustior innumeras hostium prostrauit cateruas, haec indubitatam primaeuo potuerunt inferre perniciem, nisi prudenti discretione congrua adulescentiae suae armorum genera delegisset et aduersus hostem taeterrimum non lurica et clipeo, quibus ceteros uidebat instructos, sed illis quibus ipse dimicare poterat telis

19 cf. I Reg. 17

1 constrictionis K^1 7 testimoniis *Kc* 8 uiciniam *BF*^{1}*O* quur *BFO* 9 tantopere a nobis (a *om.* K^1) *Kv* uitari *Kc* 10 uia] ui B^1 11 in *om.* K^1*c* 12 quedam B^1 quur *BFO* 16 adque B^1 17 laqueum *Kv* incurrit *Kv* 19 puer *om.* *F* 20 aut *FO* haut K^1 uiribus *K* adque B^1 saul** *O* 21 et *om.* *O* et de *om.* *K* de *om.* *v* innumerabiles *Kv* 22 prostrauit B^1: prostrauisset B^2*FO* cateruas hostium prostrauisset *Kv* 24 adulisc. B^1K^1 adolesc. B^2K^2 deligisset B^1 elegisset O^2 25 deterrimum *B* teterrimum *rell.* lurica K^1: lorica *rell.* clippeo BF^a quibus .... 26 sed illis *om.* *BF* 26 ipse] ille *O* dimigare B^1

fuisset armatus. quamobrem mensuram uirium suarum con-
uenit unumquemque nostrum diligentius ante pensare atque
ad eius modulum arripere quam libuerit disciplinam, quia,
quamuis omnes utiles sint, tamen apta cunctis cuncta esse non
3 possunt. non enim quia bona est anachoresis, uniuersis eam
congruam conprobamus: a multis enim non solum infructuosa,
sed etiam perniciosa sentitur. nec quia institutionem coenobi-
orum uel curam fratrum sanctam atque laudabilem merito
profitemur, idcirco ab uniuersis eam expetendam esse censemus.
ita etiam xenodochii uberrimus fructus est, sed ab omnibus
expeti sine patientiae non potest detrimento. proinde primum
regionis uestrae atque huius inter se pensanda sunt instituta,
deinde uires hominum iugi uel uirtutum uel uitiorum adsidui-
4 tate collectae diuersa inuicem lance trutinandae. fieri etenim
potest, ut, quod alterius gentis homini arduum atque inpossi-
bile est, hoc aliis insita consuetudo quodammodo uerterit in
naturam: sicut nationes quaedam ingenti plagarum diuersitate
disiunctae magnam uim frigoris uel ardorem solis absque ullo
corporis perferunt tegumento, quae utique alii illam caeli
inclementiam non experti, quantiuis roboris fuerint, sustentare
5 non possunt. ita etiam uos, qui summo animi et corporis
nisu in hac regione dumtaxat quasi naturam patriae uestrae
in multis inpugnare conamini, diligenter expendite, utrum
in illis torpidis ut fama est regionibus et uelut frigore nimiae
infidelitatis obstrictis hanc ut ita dixerim nuditatem sustentare
possitis. nostris enim istam propositi fortitudinem naturaliter
quodammodo indidit sanctae conuersationis antiquitas: quorum
si constantiae atque uirtutis pares esse uos cernitis, uiciniam
parentum fratrumque uestrorum similiter fugere non debetis.

2 adque B^1 3 modulom K^1 qui *BF* qua K^1 4 sunt *O* apta .. cuncta *BF*: apte .. cuncta *O* aptae .. cunctae *Kv* 7 pernitiosa *B* 8 adque B^1F 10 xenodocii B^1FOK^1 12 adque B^1 inter] in BFO^1 13 uel *post* iugi *om.* *O* 15 adque B^1 19 tegumento perferunt *B* alii] aut *O* 20 roboris K^1 23 expedite *BF* 24 turpidinis *K* 26 nostri *O* propositam F^2 28 adque B^1 uirtuti F^1Kv

VIIII. Vt uero ad certum districtionis examen uestrarum uirium quantitatem metiri congrua aestimatione possitis, cuiusdam uobis senis, id est abbatis Apollo factum breuiter indicabo, ut, si uos intimum uestri cordis examen huius proposito atque uirtuti haud inferiores esse censuerit, absque iactura propositi uestri professionisque periculo patriae inhabitationem ac parentum uiciniam praesumatis, certi quod districtionem humilitatis huius, quam uobis in hac prouincia non solum uoluntas, sed etiam necessitas peregrinationis extorquet, propinquitatis adfectus aut locorum oblectatio non possit euincere. ad hunc igitur quem praediximus senem cum 2 germanus suus intempesta nocte uenisset, inplorans ut de monasterio suo paulisper egressus ad euellendum bouem, quem caeno palustri eminus inhaerere flebiliter querebatur, ei esset auxilio, quia eum solus nequaquam posset eruere, abbas Apollo pertinaciter obsecranti: cur, ait, iuniorem fratrem nostrum, quem praeteriens propiorem quam me habueras, non rogasti? cumque ille eum mortem olim sepulti fratris oblitum et ex nimia continentiae ac solitudinis iugitate uelut inpotem mentis existimans respondisset: quemadmodum poteram de sepulchro eum qui ante annos quindecim obiit inuocare? abbas Apollo: 3 ignoras ergo, ait, me quoque ante annos uiginti huic mundo esse defunctum nullaque iam posse de huius cellae sepulchro quae ad praesentis uitae pertineant statum tibi conferre solacia? quem in tantum Christus ab intentione mortificationis adreptae uel modicum ad extrahendum bouem tuum non patitur relaxari, ut ne breuissimi quidem momenti indutias

1 uero ad] uerum et *BF* destrictionis B^1F^1O 2 quantitate *BF* 3 appollo *B* 5 adque B^1 aut *FO* haut K^1 6 propositi *B*: profectus *rell.* 7 destrictionem B^1FO 9 extorquit K^1 14 coeno *B* 15 possit *K* appollo *F* 16 quur *BFO* frm̃ (*i. e.* fratrum) B^1O^1 18 ille *om.* *BF* 19 nimiae *BFO* uel *O* inpotę *B* 20 sepulcro *OK* 21 appollo *B* 22 ante *om.* *B* 23 esse] fuisse *Kv* posse de] possidere K^1 sepulcro *OK* 26 abreptae B^1F arreptae B^2 *OK* 27 inducias *β*

pro patris indulserit sepultura, quae multo utique celerius,
4 honestius et religiosius fuerat exhibenda. rimamini itaque nunc arcana pectoris uestri prudenterque conicite, an talem etiam uos iuxta parentes uestros districtionem mentis iugiter retentare possitis, cumque uos in hac animi mortificatione consimiles eidem senseritis, tunc demum scitote parentum fratrumque uiciniam uobis quoque similiter noxiam non futuram, ut scilicet eis quamuis in proximo constitutis uelut mortuos uos esse credatis, ita ut nec illos uestris foueri solaciis nec uos illorum sinatis obsequiis relaxari.

X. GERMANVS: Super hoc plane iam nullum ambiguitati locum ulterius reliquisti. certi etenim sumus tam praesentis huius habitus uilitatem quam cotidiana haec nudipedalia in illorum uicinia nullatenus exercere nos posse, sed ne labore quidem illic simili ea quae sunt ad uictum necessaria prouisuros, sicut hic etiam ipsam cotidie aquam ceruicibus nostris ex tribus milibus exhibere conpellimur. nec nostra enim nec illorum uerecundia haec nos coram illis agere omnino patietur. sane quid proposito nostro oberit, si illis subministrantibus uniuersa nos sollicitudine parandi uictus penitus absoluti lectioni tantum et orationi operam dederimus, ut isto quo nunc distrahimur labore sublato spiritalibus tantum studiis intentius incubemus?

XI. ABRAHAM: Non meam contra hoc uobis, sed beati Antonii sententiam proferam, qua ita ille cuiusdam fratris hoc quo dicitis tepore torpentis segnitiam confutauit, ut etiam nodum uestrae propositionis abscideret. nam cum ad praedictum

1 cf. Mt. 8, 21—22. Luc. 9, 59—60

1 clerius F^1 celerius et *O* 2 onestius B^1O et *om.* β relegiosius F^1K^1 3 archana BK^1 areana *F* conecite K^1 4 destrictionem B^1F^1O 5 retentari *B* qumque *O* 6 tum βv: *cf. cap. 1, 3* 9 uos *om.* *BF* 14 nos] non OK^1 labore βv: illos *BF* illorū O^1 laborē O^2 15 similiter BF^1 19 quid] quia B^1F 23 excubemus βc 25 quia B^1 ita ille *O*: ille *BF* ille ita βv fratrem *O* 26 quo] quod BZ^1 tempore O^1 signitiam K^1 27 modum *O* abscidere B^1 absciderit B^2FO

senem quidam ut dixi ueniens anachoreticam disciplinam
minime diceret admirandam, maioris pronuntians esse uirtutis,
si ea quae perfectionis sunt inter homines quispiam quam in
heremo positus exerceret, beatus Antonius ubinam ipse con-
sisteret percontatur. cumque ille se iuxta parentes suos 2
habitare dixisset, et eorum praebitione ab omni cura et sollici-
tudine diurni operis absolutum lectioni tantum et orationi
absque ulla distentione spiritus indesinenter gloriaretur insistere,
rursum beatus Antonius: dic, inquit, sodalis, utrum in eorum
damnis uel aduersis casibus contristeris parique etiam modo
super eorum prosperitate congaudeas. ille utriusque rei parti-
cipem se esse confessus est. cui senex: noueris te, inquit,
etiam in futuro saeculo eorum sorte censendum, cum quibus
in hac uita in lucri detrimentiue consortio uel gaudio uel
maerore concuteris. nec hac contentus sententia beatus Antonius 3
maiorem insuper campum disputationis ingressus est, haec,
inquiens, conuersatio atque hic tepidissimus status non hoc solo
quo dixi te feriunt detrimento (licet id nunc ipse non sentias
dicens quodammodo secundum illam Prouerbiorum parabolam:
feriunt me, sed non dolui: et deluserunt me, ego
autem nesciui, uel illud quod dicitur in propheta: et
comederunt alieni robur eius, et ipse nesciuit),
quod scilicet diebus singulis mentem tuam pro casuum uarie- 4
tate mutantes indesinenter ad terrena demergant, uerum etiam
quod fructu manuum tuarum et iusta laboris proprii mercede
defraudent, non permittentes te horum praebitione suffultum

20 Prov. 23, 35 (LXX) 21 Osee 7, 9

1 senem] uirum *βv*: *cf.* §. *2* anachoriticam *B*^{1}*FO*^{1} 2 pro-nuntiens *B*^{1} 4 eremo *O* 5 percunctatur *Z*^{1} qumque *O* 7 absoluto *β* 8 glorieretur *B*^{1} 9 inquid *B*^{1}*FK*^{1}*Z* sodalis] scdalis *i. e.* secundalis *O* (*supra script. a m. 2* fili) fili *βv* 11 se rei (rei *om. K*^{1}) participem *β* rei se part. *v* 12 senis *β* inquid *BFOK*^{1}*Z* 15 ac *B* 17 adque *B*^{1} 18 te *Oβv*: efoebum *BF* 20 ferierunt *BFO* 22 robor *β*^{1} robor (robur *man. 2*) eius alieni *B* 24 dimergant *B*^{1}*F*^{1} demergunt *βv* 25 fructum *B* fructuum *O* iustam ... mercedem *O* 26 defradent *K* defraudant *Z*^{1} te fraudant *r*

secundum beati apostoli regulam cotidianum tibi uictum tuis manibus praeparare, quem ille ultima Ephesiorum ecclesiae principibus praecepta promulgans se etiam sanctis euangelicae praedicationis studiis occupatum non solum sibi, uerum etiam his qui erant erga ministerium suum necessariis obsequiis praepediti praebuisse se memorat dicens: ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae. quod tamen ut se fecisse pro forma nostrae utilitatis ostenderet, alibi ait: non otiosi fuimus inter uos, neque gratis panem ab aliquo manducauimus, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus. non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos.

XVI. Et ideo cum etiam nobis parentum praesidia non deessent, tamen hanc cunctis opibus praetulimus nuditatem et cotidiana corporis alimenta nostris maluimus sudoribus praeparare quam secura parentum praebitione fulciri, laboriosissimae huic penuriae illam quam praedicas otiosam scripturarum meditationem atque infructuosam lectionis instantiam postponentes. quam procul dubio libentissime sectaremur, si hoc esse utilius uel exemplis suis apostolica tradidisset auctoritas uel instituta seniorum salubriter definissent. noueris autem te etiam ex hoc non leuius quam illo quo supra diximus adfici detrimento, quia cum sis sani corporis ac robusti, stipe sustentaris aliena, quae iuste solis est debilibus adtributa. nam utique omne hominum genus absque illo

1 cf. Act. 20, 34. I Cor. 4, 12 6 Act. 20, 34 9 II Thess. 3, 7—9

1 quotid. *O* cottid. *Z* 2 'cfesiorum *BK*[1] effesiorum *F* 6 se *delendum? cf. XIIII, 7, 3* 7 ad *om. Oβc* 11 manducabimus *BF*[1]*O* 12 graueremus *F*[1] 13 quasi] quia *βv* 14 imitandos *β* 18 cottid. *β* 19 fulgiri *F*[1] 21 adque *B*[1] 24 praefinissent (praefen. *K*[1]) *Oβv* (*cf. §. 3* maiorum definitio) 25 quo] quod *O* 26 quum *O*

tantum genere monachorum, quod secundum praeceptum
apostoli cotidianis manuum suarum laboribus uiuit, agapem
alienae miserationis expectat. unde non solum eos, qui ali
semet ipsos uel parentum facultatibus uel famulorum laboribus
uel fundorum suorum fructibus gloriantur, sed ipsos etiam
reges mundi huius agape certum est sustentari. hoc denique 3
maiorum nostrorum definitio habet, qui quidquid ad necessi-
tatem cotidiani uictus insumitur, quod opere manuum nostrarum
effectum partumque non fuerit, ad agapem referri debere
sanxerunt secundum apostolum, qui otiosis penitus interdicens
opem largitatis alienae q u i n o n, inquit, o p e r a t u r, n e c
m a n d u c e t. his beatus Antonius aduersus quendam usus 4
uerbis etiam nos magisterii sui informauit exemplis, ut
parentum perniciosissima blandimenta et omnium qui uictui
necessaria subministrant agapem, insuper etiam amoenae
habitationis gratiam deuitemus, squalentesque naturali amari-
tudine harenas et perustas salsa inundatione regiones nullique
ob id ipsum hominum iuri dominioque subiectas cunctis huius
mundi opibus praeponamus, ut non solum frequentias hominum
obtentu inuiae solitudinis declinemus, sed etiam ut nequaquam
nos ad qualiscumque culturae distentionem uberis soli natura
sollicitet, per quam mens ab illa principali cordis obseruatione
distracta spiritalibus studiis reddatur effeta.

XIII. Nam quod alios quoque saluare uos posse confiditis
et spe maioris lucri ad reuisendam patriam festinatis, audite

11 II Thess. 3, 10

2 cottid. *β* 3 operationis *Oβv* exspectat *B* alis B^1: *om.* *βv* 5 glorificant Z^2 7 difinitio *K* qui *Zr*: *om. rell.* quicquid $F^2O\beta^2$ 8 quotid. *O* cottid. *β* 9 quefectum B^1 paratumque *O* referre *β* 10 sancxerunt K^1 11 largitates Z^1 inquid $BFOK^1Z$ 13 exempli *O* exemplo *βv* 14 pernit. *B* 15 necessariam β^2c agapem *om.* O^1 amoenae] omnem *β* omnem amoenae *Ov* 16 squalentisque K^1 17 harenas OK^2: arenas *rell.* 18 mundi huius opibus *Fv* huius opibus mundi *B* 19 onamus B^1 20 optentu *F* ut *om.* *βc* 21 qualescumque B^1 23 redderetur *Oβv* effecta F^1OK^1 24 salbare quoque *O* 25 spē *B*

etiam super hoc quandam abbatis Macari fabulam iucundissime atque aptissime figuratam, quam et ille cuidam similibus desideriis aestuanti medicina oportunissimae narrationis ingessit. erat, inquit, in ciuitate quadam peritissimus tonsor, qui denariis ternis unumquemque detondens tenuem uilemque mercedem sui operis adquirendo ex hac eadem quantitate necessaria uictui cotidie conparabat, centumque denarios expleta omni corporis cura marsuppio suo diebus singulis
2 inferebat. sed cum indesinenter hunc conderet quaestum, audiuit in quadam longe posita ciuitate singulorum solidorum singulos homines tonsori praebere mercedem. quo illo conperto, quamdiu, inquit, hac mendicitate contentus ero, ut trium denariorum stipem cum labore conquiram, cum possim illo pergens ingenti solidorum quaestu diuitias congregare? itaque sumens artis suae protinus instrumenta, expensis in sumptu omnibus quae hic multo tempore collecta seruauerat, ad urbem
3 illam quaestuosissimam cum summo labore peruenit. ubi cum ea qua ingressus est die secundum id quod conpererat ab unoquoque mercedem sui operis recepisset, ad uesperam uidens se grandem solidorum numerum conquisisse ad macellum laetus intendit, escas refectioni suae necessarias coempturus. quas cum coepisset magno solidorum pretio conparare, expensis in perexiguo uictu uniuersis quos adquisierat solidis ne unius quidem denarii domi intulit lucrum. cumque ita singulis diebus adquisitionem suam uidisset insumi, ut non solum nihil redigere, sed uix ipsam cotidianae substantiae necessitatem posset explere, apud semet ipsum recogitans,

1 macari *O*: machari K^1 macharii *rell.* iocundissime BFK^2 2 adque B^1 3 medicinam *Oβc* 4 inquid B^1FK^1Z 7 cottidie *β* 8 marsuppio B^1FOK^2: marsipio K^1 marsupio B^2Zv 11 quod B^1F^1 12 inquid BFK^1Z ero *post* inquit *habet β*, *ante* inquit *v* conperto dixit quamdiu ero hac *O* utrium *F* 13 quum *O bis* 14 parcens K^1 16 illam urbem *O* 19 uesperum *O* 20 conquisisset OK^1 21 coemturus *FO* 23 in *om. O* 24 domi *om. βv* quumque *O* cum *β* 26 cottid. *β* 27 possit *β* aput *O*

reuertar, inquit, ad ciuitatem meam illumque repetam tenuissimum quaestum, ex quo mihi expleta omni corporis cura, quod ad sustentationem senectutis excresceret, cotidiana exuberantia conferebat. quod quamuis paruum uideretur et 4
tenue, non mediocrem tamen summam iugi pariebat augmento. quaestuosior quippe fuit mihi ille nummorum quam iste solidorum imaginarius quaestus, ex quo non solum nihil exuberat quod recondatur, sed etiam uix ipsa cotidiani uictus necessitas sustinetur. et idcirco rectius nobis est hunc solitudinis huius tenuissimum fructum indisrupta iugitate sectari, quem nullae saeculares curae, nullae mundanae distentiones, nulla cenodoxiae ac uanitatis adrodat elatio, nullae sollicitudines diurnae necessitatis inminuant (melius est enim modicum iusto, super diuitias peccatorum multas), quam adfectare lucra illa maiora, quae etiamsi parta fuerint quaestuosissima conuersione multorum, necessitate tamen mundanae conuersationis et cotidianis distentionum deminutionibus absumentur. melius namque est secundum sententiam Salomonis pugillus 5
unus cum requie quam duo pugilli cum labore et praesumptione spiritus. quibus inlusionibus atque dispendiis omnes admodum infirmos necesse est inplicari, qui cum etiam de sua salute sint dubii ipsique adhuc magisterio atque institutione egeant aliena, ad conuertendos alios ac regendos diabolicis inlusionibus instigantur, quique etiamsi potuerint lucri aliquid ex quorundam conuersione conquirere,

13 Ps. 36, 16 18 Eccles. 4, 6 (LXX)

1 inquid *BFOK*[1]*Z* illamque *B*[1] 3 quod] quo *β* adcresceret *Oβ*(*v*) cottid. *β* 6 mihi fuit *βv* 8 recondam *Oβv* cottid. *β* 9 sus^te^ntur *O* 11 distensiones *BF* coenodoxiae *codd. praeter O* 13 inmunuant *B*[1] enim est *β* 16 conuersione *v*: conuersatione *Oβ*: *om. BF* multorum...... *cap. 15, 3* id est irascibile *desunt in Z, uno folio deperdito* 17 cottid. *K* distensionum *BF* deminut. *O*: diminut. *rell.* adsumentur *BFO* 18 melius *BF et cod. Amiat.* melior *OKv et Vulgata* salamonis *B* 19 quum *bis O* 20 adque *B*[1] 21 ammodum *BF*[1] 23 adque *B*[1] 25 conuersatione *O*

inpatientia sua atque inconditis moribus quidquid adquisierint profligabunt. illud namque eis quod Aggaeus propheta describit eueniet: et qui mercedes congregat, mittit eas in saccellum pertusum. uere enim lucra sua in pertusum sacculum condit, qui, quidquid per aliorum conuersionem uidetur adquirere, intemperantia cordis sui et cotidiana animi distentione disperdit. itaque fit, ut dum uberiora lucra per aliorum credunt institutionem parare se posse, etiam sua correctione priuentur. sunt enim qui se diuites ferunt nihil habentes, et sunt qui se humiliant in multis diuitiis, et: melior est uir in ignobilitate seruiens sibi, quam qui dignitatem sibi adquirit et indiget pane.

XIIII. GERMANVS: Satis congrue nobis his conparationibus disputatio tua inlusionum nostrarum manifestauit errores: quarum causas et curationes similiter optamus agnoscere, et unde acciderit nobis ista deceptio pariter cupimus edoceri. nulli etenim dubium est neminem admodum posse remedia malis ualitudinibus adhibere nisi eum, qui ipsas morborum origines ante praedixerit.

XV. ABRAHAM: Omnium uitiorum unus fons atque principium est, secundum qualitatem uero partis illius uel ut ita dixerim membri, quod in anima fuerit uitiatum, diuersa uocabula passionum corruptionumque sortitur. quod nonnumquam etiam morborum corporalium probatur exemplo, quorum cum una sit causa, in diuersa tamen aegritudinum genera pro

3 Agg. 1, 6 (LXX) 9 Prov. 13, 7 (LXX) 11 Prov. 12, 9 (LXX)

1 adque *B*[1] quicquid *OK*[1] 2 illum *O* aggeus *codd.* profeta *FO* 3 eueniat *O* emittit *O* misit *Kv et Vulg.* 4 saeculum *K*[1] sacculum *OK*[2]*v et Vulg.* pertunsum *K*[2], *item infra* 5 saeculum *K*[1] recondit *O* qui *om. O* quicquid *F*[2]*OK*[1] conuersationem *O* 6 cottid. *K* 7 distensione *B*[2] fiet *Kv* 8 parere *O* 9 correptione *O* 12 indigit *K*[1] 13 panem *O* 16 quorum *Kv* 18 ammodum *BF*[1] posse *om. O* 19 ualetud. *F* 20 ante *om. BF* 21 adque *B*[1]*F* 22 uel] et *OKv*

qualitate membrorum quae fuerint occupata distinguitur. etenim 2
cum arcem corporis, id est caput uis noxii umoris obsederit, cefalargiae procreat passionem: cum uero aures oculosue peruaserit, in otalgicum siue ophthalmicum uertitur morbum: cum se ad articulos quosque et ad manuum summa transfuderit, articularis atque chiragrica dicitur ualitudo: cum autem ad pedum ima defluxerit, podagra mutato nomine nuncupatur: totque uocabulis una atque eadem noxii umoris origo distinguitur, quot membrorum ceperit portiones. eodem modo de 3
uisibilibus ad inuisibilia transeuntes animae nostrae partibus atque ut ita dixerim membris uim cuiusque uitii inesse credamus. quam cum sapientissimi quique tripertitae definiant esse uirtutis, necesse est ut aut λογικόν, id est rationabile, aut ϑυμικόν, id est irascibile, aut ἐπιϑυμητικόν, id est concupiscibile eius aliquo conrumpatur incursu. cum ergo aliquem ex his adfectibus uis noxiae obsederit passionis, pro illius corruptione etiam uitio nomen inponitur. nam si rationabilem 4
eius partem uitiorum pestis infecerit, cenodoxiae, elationis, inuidiae, superbiae, praesumptionis, contentionis, haereseos uitia procreabit. si irascibilem uulnerauerit sensum, furorem, inpatientiam, tristitiam, acediam, pusillanimitatem crudelitatemque parturiet. si concupiscibilem corruperit portionem, gastrimargiam, fornicationem, filargyriam, auaritiam et desideria noxia terrenaque generabit.

XVI. Et idcirco si fontem uitii huius et originem uultis agnoscere, rationabilem mentis uestrae atque animae portionem

2 humoris *codd.* 3 caefalarcię B^1 cefalargye *O* caefalargiae *rell.* quum *O, item infra* 4 obtalmicum *BOK* optalm. *F* 6 adque *B* ciragrica *O* chiragreca K^1 ualetudo B^1F 8 humoris *codd.* 9 quod *O* 10 partes K^1 11 adque *B* cuiusquam *BF* 12 quam] qui *K* 13 ahoτikoɴ *BF* *graeca omnia et* id est *om. O* 14 eyмнτikoɴ *BF* ϴyʌнкoɴ *K* нπιϴyмнτικoɴ *β* eιτιoyмɴτikoɴ *BF* concupiscibilem F^u 15 corrumpantur B^1 16 noxae *F* passiones OK^1 19 ęreses *O* herisaeos K^1 hereseos *rell.* 20 procreauit BFK^1 21 acidiam K^1 crudelitatem *βc* 22 corruperit] uulnerauerit *β* 23 castrimarg. B^1 fylargir. *B* filargir. *K* 24 generauit *F* 25 XVI *om.* *K* 26 adque B^1

noueritis esse corruptam, ex qua uel praesumptionum uel cenodoxiae solent uitia pullulare. proinde hoc primum animae uobis ut ita dixerim membrum rectae discretionis iudicio et humilitatis uirtute curandum est, quo uitiato dum non solum ad perfectionis iam peruenisse fastigia, sed etiam docere alios posse nos creditis et ad eruditionem ceterorum sufficientes atque idoneos iudicatis, per elationem cenodoxiae hac quam patefecit uestra confessio peruagationum uanitate raptamini. quas amputare deinceps absque difficultate poteritis, si uerae discretionis ut dixi humilitate fundati quam laboriosum quamque difficile sit unicuique nostrum saluare animam suam mentis uestrae contritione discatis, et intimo cordis adfectu non modo longe uos ab illa docendi praesumptione submotos, uerum etiam adhuc egere doctoris agnoscatis auxilio.

XVII. Adhibete ergo huic membro uel parti animae uestrae, quam specialiter diximus uulneratam, uerae humilitatis medellam: quae quoniam ceteris animae uirtutibus in uobis, quantum apparet, infirmior est, necesse est ut diabolicae
2 infestationi prima subcumbat. quemadmodum ingruentibus quibusdam iniuriis, quae uel ex accedenti labore uel de aëris corruptione gignuntur, fieri etiam in corporibus humanis solet, ut illa quae fuerint infirmiora casibus istis prima consentiant atque subcumbant, cumque peculiarius in eis morbus insederit, sanas quoque partes corporis eadem peste tabefaciat, ita et animam uniuscuiusque nostrum flante quodammodo pestilenti halitu uitiorum illa maxime passione necesse est adtemptari, in qua tenerior atque infirmior eius portio ualidis inimici non

1 praesumptionem K^1 2 pollulare *F* 3 membris *β* districtionis *O* 4 dum *om. O* 7 adque B^1 hanc *O*: *om. βc* 8 uanitates aptamini *B* 9 quam *O* dificultate *B* 10 districtionis *O* 12 adfectu *K*: affectu *rell.* 15 *codd. non distinguunt* 17 medelam $F^2\beta^2$ 19 succumbat *BF* *post hoc uocabulum in* $BFOZ^2$ *cap. 17 incipit* 20 uel ex .. labore *om. BF* accedenti *O*: accidenti *βv* 23 adque B^1 succumbant *BF* qumque *O* insiderit *Z* 24 sanas *BF*: reliquas *Oβv* et ita *F* 26 alitu B^1FOZ illam K^1 adtentari *BF* 27 adque B^1

tam fortiter resistit inpulsibus, et ex illis periculum captiui-
tatis incurrere, in quibus faciliorem proditioni aditum reserat
incauta custodia. sic namque Balaam populum dei posse 3
decipi certa ratione collegit, dans consilium ut ex illa parte,
qua infirmari nouerat filios Israhel, perniciosi eis laquei
tenderentur, non dubitans eos oblata copia feminarum forni-
cationis ruina protinus conlapsuros, quia concupiscibiles animae
eorum partes sciebat esse corruptas. ita ergo unumquemque
nostrum nequitiae spiritales uersuta malignitate pertemptant,
illis praecipue adfectibus animae insidiosos laqueos praestru-
entes, quibus eam senserint aegrotare, ut uerbi gratia cum
uiderint rationabiles animae nostrae partes esse uitiatas, illo
nos ordine decipere moliantur, quo Achab regem ab illis
Syris deceptum scriptura commemorat, qui dixerunt: scimus 4
quod reges Israhel misericordes sunt: ponamus
itaque saccos in lumbis nostris, et funiculos in
capitibus nostris, et egrediamur ad regem Israhel,
et dicemus ei: seruus tuus Benadab dicit: uiuat
oro anima mea, quibus ille non uera pietate, sed uana
misericordiae laude permotus si adhuc, inquit, uiuit, frater
meus est, et hoc exemplo etiam nos rationabilis illius partis
errore deceptos inde incurrere offensam dei faciant, unde
consecuturos mercedem ac recepturos nos pietatis praemia
credebamus, similique etiam nobis increpatione dicatur: quia 5
dimisisti uirum dignum morte de manu tua, erit
anima tua pro anima eius, et populus tuus pro
populo eius. siue cum spiritus inmundus dicit: egrediar,
et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum

3 cf. Num. 24. Apoc. 2, 14 14 III Reg. 20, 31—32
20 l. c. 32 24 l. c. 42 27 III Reg. 22, 22

2 proditionis *O* 3 balaham *O* 4 colligit *β* 5 isrl *Fβ* pernit. *B* 9 spiritalis *OK*[1] 10 adfectibus *K*[1]: effectibus *O* aff. *rell.* 11 quum *O* 13 ahab *F*[1] acahb *O* 15 isrl *β*, *item infra* 18 ei *om. Oβv* uenadad *O* benodab *K*[1] uiuat (uiuit *F*[1]) oro *BFOr*: uiuificetur *βc* 20 permotus *om. β* inquid *B*[1]*FOK*[1]*Z* 23 consecutos *BF* 27 inmundus spiritus *β*(*v*)

eius, per rationabilem procul dubio adfectum, quem letalibus apertum norat insidiis, laqueos deceptionis intendit. quod etiam de domino nostro idem spiritus opinatus cum in his eum tribus animae temptasset adfectibus, in quibus omne hominum genus nouerat captiuari, nihil tam uersutis profecit
6 insidiis. nam concupiscibilem mentis eius adgressus est partem dicens: dic ut lapides isti panes fiant, irascibilem, cum eum ad expetendam praesentis saeculi potestatem et regna mundi huius instigare conatus est, rationabilem, cum ait: si filius dei es, mitte te deorsum. in quibus idcirco nihil eius profecit inlusio, quia nihil secundum coniecturam suam, quam falsa opinatione conceperat, repperit in eo esse uitiatum. unde et nulla pars animae eius inimici insidiis adtemptata consensit. ecce enim, inquit, uenit princeps huius mundi, et in me non inueniet nihil.

XVIII. GERMANVS: Inter cetera inlusionum errorumque nostrorum genera, quae nos ad desiderium patriae nostrae, sicut beatitudo tua sollerti mentis perspexit intuitu, uana spiritalium commodorum pollicitatione flammauerant, etiam haec uel maxima extitit causa, quod interdum a fratribus frequentati iugi secreto ac diuturno silentio secundum desiderium nostrum nequaquam possumus inhaerere. per quod necesse est cursum atque mensuram cotidianae continentiae nostrae, quam pro castigatione corporis indisruptam perpetuo cupimus retentare, nonnullis fratribus superuenientibus inter-

7 Mt. 4, 3 10 l. c. 6 14 Ioh. 14, 30

1 adfectum K^1: aff. *rell.* 2 laqueum *Oβv* deceptionis ac mortis *βv* intendit] intendat *O* incurrens *β* *de sequentibus cf. Prolegg.* 3 qum *O* 4 adfectibus *K*: aff. *rell.* 5 tamen *Ov* proficit B^1K^1 6 mentem B^1 7 lapidiles *K* 8 quum *O* 9 huius mundi *O* 11 proficit B^1K^1 12 opinione K^1 falsam opinionem *O* 13 esse uitiatum in eo *B* 14 inquid B^1K^1Z 15 mundi huius *FOβv et Vulg.* non *eras. in K*: *om.* *BOZ* inuenit *BO* 16 XVIII *om.* *K* 20 exstitit *B* quod] ut *β* 21 diurno *BF* 23 adque B^1 cottid. *β* 24 nostrae *om.* *Oβv* 25 interdici *B* intercedi O^1 (*l* intercidi)

cidi. quod sine dubio nullatenus in nostra prouincia credimus euenturum, in qua aut nullum aut certe rarissimum professionis huius uirum inuenire possibile est.

XVIIII. ABRAHAM: Inrationabilis atque inconsideratae districtionis, immo potius summi teporis indicium est nequaquam ab hominibus frequentari. qui enim in hac quam arripuit uia nimium tardis passibus graditur ac secundum anteriorem hominem conuersatur, aequum est ut ad eum non dicam sanctorum, sed ne hominum quidem ullus adueniat. uos autem, si uera atque perfecta domini nostri dilectione flagratis et deum, qui utique caritas est, pleno spiritus feruore sectamini, ad quaelibet loca inaccessibilia fugeritis, necesse est ea ab hominibus frequentari, quantoque uos propiores deo amoris diuini ardor effecerit, tanto ad uos maior sanctorum fratrum confluet multitudo. non enim potest secundum 2 sententiam domini ciuitas abscondi super montem posita, quia diligentes, inquit, me, dominus, glorificabo, qui autem me contemnunt, erunt ignobiles. uerumtamen nosse debetis hanc esse subtilissimam diaboli calliditatem, hanc occultissimam foueam, in quam miserabiles et incautos quosque praecipitat, ut, dum eis maiora promittit, necessaria cotidiani fructus emolumenta subripiat, abstrusiores scilicet ac uastiores solitudines expeti debere persuadens easque uelut miris amoenitatibus consitas in eorum corde depingens. ignota etiam quaedam et quae penitus nusquam sunt loca uelut cognita ac praeparata nostraeque potestati iam dedita et absque ulla difficultate possidenda confingit. homines quoque regionis 3

11 cf. I Ioh. 4, 16   16 cf. Mt. 5, 14   17 I Reg. 2, 30 (LXX)

3 inueniri *c*   4 XVIIII *om.* *K*   adque *B*[1]   5 destrict. *O*   temporis *O*   initium *K*[1]   9 nullus *O*   10 adque *B*[1]   nostri] non *F*: ñ *eras. in B*   11 fraglatis *O*   dominum *BF*   12 at *K*[1]   atq; libet *F*   14 efficerit *β*[1]   16 supra *Oβv*: *cf. Inst. IIII, 31*   17 inquid *BFOK*[1]*Z de hac uerborum collocatione cf. contra Nest. V, 6, 1. VII, 19, 1. Caes. B. G. V, 30, 1. VII, 20, 12. Saluian. de gub. dei I, 31 et 32 (codd.)*   18 contempnunt *K*[1]   19 diabuli *B*   20 qua *O*   22 cottid. *β*   aemolimenta *K*[1]   23 ac] et *βv*   solitudinis *K*[1]   24 pingens *β*   innota *B*[1]*F*   27 dificul. *B*   possed. *K*[1]

illius tractabiles et ad uiam salutis sequaces esse mentitur,
ut, dum illic uberiores fructus animae pollicetur, praesentia
lucra fraudulenter eripiat. nam cum unusquisque hac uana
spe a seniorum contubernio separatus atque omnibus quae
frustra sibimet in suo corde depinxerat fuerit destitutus,
uelut de profundissimo sopore consurgens nihil ex his quae
4 somniauerat expergefactus inueniet. itaque eum diabolus
maioribus uitae huius necessitatibus et inextricabilibus laqueis
inretitum ne respirare quidem ad haec quae sibi ipse pro-
miserat aliquando permittet, eumque non iam illis quas ante
uitauerat raris ac spiritalibus fratrum uisitationibus, sed
cotidianis saecularium incursionibus obligatum ne ad medi-
ocrem quidem anachoreseos quietem ac disciplinam umquam
redire patietur.

XX. Illa quoque remissionis et humanitatis intercapedo
gratissima, quae nonnumquam pro aduentu fratrum inter-
uenire consueuit, licet molesta uobis ac fugienda uideatur,
tamen quam sit utilis et salubris tam corpori quam spiritui
2 nostro, paucis patienter adtendite. saepe accidit non dicam
nouiciis et infirmis, sed etiam experientissimis atque perfectis,
ut, nisi mentis eorum directio et censura quibusdam mollita
fuerit uicissitudinum laxamentis, aut in teporem spiritus aut
certe in perniciosam corporis ualitudinem conlabatur. et
idcirco a prudentibus atque perfectis, cum intercesserit fratrum
etiam crebra uisitatio, non solum toleranda patienter, sed etiam
3 gratanter est amplectenda: primum quod prouocat nos auidius

2 dum *om.* *β* 3 fraudolenter *K*¹*Z* eripiat] auertat *Oβv* 4 a *om.* *F* contubernio *BF*: cont. salutari *O* salutari cont. *βv* adque *B*¹ 5 distitutis *K*¹ distitutus *Z* 7 inueniat *O* diabulus *B*¹ 10 permittet *scripsi*: permittat *B* promittit *K*¹ permittit *rell.* *v* iam] tam in *BF* 12 quotid. *O* cottid. *β* incursibus *O* nec *O* 15 XX *om.* *K* et] atque *Oβv* intercapido *K*¹*Z* 16 grauissima *BF* aduentu] aduentum *O* affectu *BF* 17 fugenda *B* 18 et *F*: ut *B* hac *O* ac *βv* 19 uestro *Ov* paueis *F* 20 nouitiis *BOZ* adque *B*¹ 21 et] atque *Oβv* mensura *O* 22 ut in *F* 23 pernit. *B* ualetud. *F* 24 adque *B*¹ 26 amplectanda *K*¹*Z*

semper solitudinis desiderare secreta (nam quodammodo cursum nostrum dum creditur retinere, infatigabilem iugemque conseruat: qui si nullo interdum obice tardaretur, usque ad finem contendere indefessa pernicitate non posset), deinde quod necessitatem reficiendi corpusculi cum fructu humanitatis indulget, maiora nobis conferens lucra cum iucundissimo corporis laxamento quam illa sunt quae per abstinentiae fatigationem fuerant adquirenda. super qua re aptissimam conparationem antiqua narratione uulgatam breuiter indicabo.

XXI. Fertur beatissimus Iohannes, cum perdicem suis
manibus molliter demulceret, philosophum quendam ritu ad
se uenatorio uenientem subito conspexisse. qui miratus quod
uir tantae opinionis ac famae ad tam parua et humilia se
oblectamenta submitteret, tune es, inquit, ille Iohannes, cuius
fama insignis atque celeberrima me quoque summo desiderio
tuae agnitionis inlexit? cur ergo oblectamentis tam uilioribus
occuparis? cui beatus Iohannes: quid est, inquit, quod manu 2
tua gestas? at ille: arcus, inquit. et cur, ait, non eum ten-
sum semper ubique circumfers? cui ille respondit: non oportet,
ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata mollescat atque
depereat, et cum oportuerit ut fortiora in aliquam feram
spicula dirigantur, rigore iam per nimietatem continuae
intentionis amisso uiolentior ictus non possit emitti. nec 3
nostri, inquit beatus Iohannes, animi te offendat, o iuuenis,
tam parua haec breuisque laxatio, quae nisi remissione quadam

2 creditur retinere] interpolare creditur *Oβv* 4 pertinacitate *β* non ... 5 necessitatem *om. O* possit *β* 5 perficiendi K^1 6 indulgit K^1 iocund. BFK^1 8 *post* adquirenda *in O cap. 21 incipit* abtissimam *BFO* 9 antiquam narrationem K^1 fulgatam F^1 10 beat. euangelista iohannes *Oβv* quum *O* suis *om. Oβv* 11 phylosophum *F*: *om. Oβv* ritu ad se] ad se habitu (abitu *O* habito K^1) *Oβv* 12 uenatoris *O* 14 inquid B^1 $O\beta^1$: *om. F* 15 celeberrema B^1 16 quur *FO* uilibus *Oβv* 17 inquid B^1F: *om. Oβc* 18 at] cui *O* inquid B^1 FK^1Z: *om. O* quur *O* ait] inquid *O* eum ait non *Z* 20 curbamine B^1F^1O coruamine K^1 adque B^1 21 qum *O* 22 specula OK^1 iam *om. Oβc* 24 inquid B^1FOK^1Z iohannis K^1

rigorem intentionis suae interdum releuet ac relaxet, inremisso uigore lentescens uirtuti spiritus, cum necessitas poscit, obsecundare non poterit.

XXII. GERMANVS: Quoniam nobis inlusionum cunctarum remedia contulisti et diabolicae quibus quatiebamur insidiae per doctrinam tuam nobis domino donante detectae sunt, hoc quoque nobis similiter precamur edisseri quod in euangelio dicitur: iugum meum suaue est et onus meum leue est. satis enim propheticae illi sententiae uidetur aduersum qua dicitur: propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras, quippe cum etiam apostolus dicat: omnes qui uolunt pie uiuere in Christo persecutiones patiuntur. quidquid autem durum et persecutionibus est refertum, nec leue potest esse nec suaue.

XXIII. ABRAHAM: Verissimam domini ac saluatoris nostri esse sententiam experientiae ipsius facili probabimus documento, si perfectionis uiam legitime et secundum uoluntatem Christi fuerimus adgressi, et mortificantes omnia desideria nostra ac uoluntates noxias abscidentes non solum nihil residere nobis de huius mundi substantia siuerimus, per quam utique cum libitum fuerit uastandi nos ac dilacerandi potestatem inimicus inueniet, sed etiam nostri ipsius non esse nos dominos senserimus, illud apostolicum in ueritate conplentes: uiuo autem
2 iam non ego, uiuit uero in me Christus. quid enim graue poterit esse, quid durum ei, qui iugum Christi tota mente susceperit, qui uera humilitate fundatus semperque ad domini respiciens passiones in omnibus quae sibi fuerint

8 Mt. 11, 30 10 Ps. 16, 4 12 II Tim. 3, 12 23 Gal. 2, 20

1 relebat *O* relaxat *B*[1]*O* 2 uirtutis *B*[1]*F*[1] 6 nobis (*post* tuam) *om.* *Oβv* 7 quod et in *F* 8 suaue est et *BFO*: suaue et *βv* honus *B*[1] 9 est *om.* *O* profet. *K*[1] illę *B* illius *O* 13 patientur *Oβv* *et Vulg.* quicquid *B*[2]*OK*[1] durum *om.* *B* et] aut *BF* 16 probauimus *B* 19 non solum nihil ...... *cap. 24, 6* tritae sunt et ita *desunt in Z, duobus foliis deperditis* 20 noberimus *O* quum *O* 21 delacerandi *O* 23 illum *K*[1] 26 susciperit *K*[1]

inrogatae laetatur iniuriis dicens: propter quod conplaceo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum? quo, inquam, familiaris rei cruciabitur damno, qui perfecta nuditate gloriosus uoluntarie pro Christo uniuersas mundi huius respuit pompas omnesque eius concupiscentias generaliter arbitratur ut stercora, ut Christum lucri faciat, euangelici illius praecepti meditatione continua cunctorum dispendiorum aestus despiciens et excludens. quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animae uero suae detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? super cuius rei priuatione tristabitur, 3
qui omnia quae ab aliis auferri possunt sua non esse cognoscit, illud inuicta uirtute proclamans: nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus? cuius autem inopiae necessitate eius superabitur fortitudo, qui peram in uia, aes in zona habere non nouit, sed cum apostolo gloriatur in ieiuniis multis, in fame et siti, in frigore et nuditate? qui labor quodue 4
tam arduum senioris praeceptum tranquillitatem pectoris eius poterit perturbare, qui nullam habens propriam uoluntatem omnibus quae sibi fuerint imperata non solum patienter, sed etiam gratanter occurrit nostrique saluatoris exemplo non quaerit suam, sed patris facere uoluntatem, dicens et ipse ad patrem suum: uerumtamen non sicut ego uolo sed

1 II Cor. 12, 10 8 cf. Phil. 3, 8 10 Mt. 16, 26 15 I Tim. 6, 7 18 Mt. 10, 9—10. Marc. 6, 8—9 19 II Cor. 11, 27 26 Mt. 26, 39

1 placeo *O* 4 quum *O* potens] fortior *O* 6 christo] christo offerens *K* 7 pompas] facultates *OKv* 8 euan‖lici *B* 10 dispiciens *B*[1]*K*[1] ergo prodeest *O* 11 totum] uniuersum *v* mundum uniuersum *K et Vulg.* 12 patietur *BK*[1] 14 offerri *F* 16 aut *B*[1]*FO* haut *B*[2]*K*[1] 18 *post* zona *addunt OKv*: uestem in tempora (tempore *O*) 19 apostulo *B*[1] gloriabitur *B* 21 praeceptum senioris *B* 22 proturbare *OK* uoluntatem propriam *B* 24 grantanter *K*[1]

sicut tu? quibus etiam iniuriis, qua persecutione terrebitur, immo quod ei non etiam iucundum potest esse supplicium, qui in omnibus plagis cum apostolis semper exultat et optat, ut dignus habeatur pro Christi nomine contumeliam pati?

XXIIII. Vt autem nobis e contrario iugum Christi non leue
nec suaue uideatur, contumaciae nostrae est iustius adscri-
bendum, qui diffidentia atque incredulitate deiecti contra illius
imperium, immo consilium, qui ait: si uis perfectus esse,
uade uende (siue dimitte) omnia tua, et ueni sequere
me, inepta peruersitate pugnamus, terrenarum scilicet faculta-
2 tum materias retentantes. quarum cum nexibus animum
nostrum diabolus teneat inligatum, quid superest nisi ut cum
uoluerit nos a spiritalibus gaudiis separare earundem inminuti-
one ac priuatione maestificet, id uersutis fraudibus elaborans,
ut, cum iugi illius suauitas et oneris leuitas uitiosae con-
cupiscentiae prauitate nobis fuerit ingrauata, ipsius facultatis
atque substantiae, quam nobis pro requie ac solacio reserua-
mus, uinculis inretitos saecularium curarum flagris semper
excruciet, ex nobismet ipsis quo dilaceremur exculpens? funi-
culis namque peccatorum suorum unusquisque con-
stringitur, audiens per prophetam: ecce omnes uos
accendentes ignem accincti flammis, ambulate in
lumine ignis uestri, et in flammis, quas succen-
3 distis. per haec siquidem, ut Salomon testis est, unus-
quisque, per quae peccauerit, et punietur. ipsae
enim nobis tormento sunt quibus utimur uoluptates, et oblecta-
menta huius carnis atque deliciae carnificum uice in suum

3 cf. Act. 5, 41 8 Mt. 19, 21 19 Prov. 5, 22 (LXX) 21 Esai. 50, 11 24 Sap. 11, 17 (LXX)

2 iocundum *BFK* 3 exaltat *F*[1] exultans optat *OKv* 4 christo *F*[1] 5 e *om. K* 9 siue dimitte *om. O* 11 materiis retentis (is *in ras. m. 2*) e *K* 12 diabulus *B*[1] 13 ab *O* 15 honeris *B*[1]*O* 16 adgrabate *O* adgrauata *K*(*v*) 17 adque *B*[1] solatio *B* 18 saecularium] *hic desinit K* 19 exsculpens *B*[2] 21 profetam *F* 24 ut] et *BFO* salamon *B* solomon *F* 25 punitur *O* ípsi *B* 27 adque *B*[1]

retorquentur auctorem, quia necesse est eum qui facultatibus pristinis opibusque suffultus est nec integram humilitatem cordis nec mortificationem plenam noxiarum suscipere uoluptatum. his autem uirtutum patrocinantibus instrumentis omnes uitae praesentis angustiae et cuncta quae inimicus potest inferre dispendia non modo patientissime, uerum etiam iucundissime sustinentur, quibus rursum exulantibus elatio tam perniciosa subcrescit, ut etiam pro leuissima contumelia mortiferis inpatientiae ictibus uulneremur dicaturque nobis per Hieremiam prophetam: et nunc quid tibi uis in uia 4
Aegypti, ut bibas aquam turbidam? et quid tibi cum uia Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? arguet te malitia tua, et auersio tua increpabit te. scito, et uide quoniam malum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum, et non esse timorem mei apud te, dicit dominus. quod ergo iugi dominici mirifica suauitas amara sentitur, quid est nisi quia eam auersionis nostrae amaritudo corrumpit? quod diuini oneris tam iucunda leuitas ingrauescit, quid est nisi quia eum a quo sustinebatur contumaci praesumptione contemnimus, quippe cum euidenter id ipsum scriptura testetur dicens: nam si ambularent semitas rectas, inuenissent utique semitas iustitiae leues? nos, inquam, nos esse 5
manifestum est, qui semitas domini rectas ac leues prauis ac duris desideriorum cautibus asperamus, qui uiam regiam apostolicis ac propheticis silicibus communitam sanctorumque omnium atque ipsius domini uestigiis conplanatam amentissime

10 Hierem. 2, 18—19 22 Prov. 2, 20 (LXX)

1 retorquente *F* 3 uolumtatem *O* uoluntatum *v* 5 angustias *B* 7 iocund. *BF* exsulantibus *F* exultantibus *BO* 8 subcrescit *O*: succrescit *BF* 10 iheremiam *O* prophete *B*¹ 11 egipti *BO* 12 quum *O* assiriorum *BO* 13 arguit *O* increpauit *B*²*F* 14 quoniam *BF* quia *Or* quam *c fort. recte cf. XXIII, 9, 3. 16, 1* 15 relinquisse *BF*¹ 16 aput *BO* 19 iocunda *BF* 21 id *om. O* testatur *O* 22 ambulauerint *F* ambulent *O* 24 rectas domini *F* acturis *B*¹ 25 causis *O* quia *O* 27 adque *B*

deserentes deuia quaeque ac dumosa sectamur, et praesentium
oblectationum inlecebris obcaecati per obscuros inpeditosque
uitiorum sentibus calles laceris cruribus et disrupta illa
nuptiali ueste reptamus, non modo acutissimis ueprium
aculeis configendi, sed etiam uirulentorum serpentium uel
scorpionum illic latitantium ictibus prosternendi. tribuli
enim et laquei in uiis prauis, qui autem timet
6 dominum, abstinebit se ab eis. de talibus et alibi
dominus per prophetam: oblitus est, inquit, populus
meus, frustra libantes, et inpingentes in uiis
suis, in semitis saeculi, ut ambularent per eas in
itinere non trito. uiae enim secundum sententiam Salomonis
nihil operantium stratae sunt spinis, fortium
uero tritae sunt. et ita ab itinere regio deuiantes ad
illam metropolim ciuitatem, ubi noster cursus indeclinabiliter
semper debet esse directus, non poterunt peruenire. quod
etiam Ecclesiastes satis significanter expressit labor, inquiens,
stultorum adfligit eos, qui non cognouerunt ire
in ciuitatem, illam scilicet Hierusalem caelestem,
7 quae est mater omnium nostrum. quisquis autem in
ueritate huic mundo renuntians super se tulerit iugum Christi
et didicerit ab eo cotidianis iniuriarum exercitiis eruditus
quia mitis est et humilis corde, in cunctis temptationibus
manebit semper inmobilis omniaque illi cooperabuntur
ad bonum. uerba enim dei secundum Abdiam
prophetam bona sunt cum eo, qui recte graditur, et

6 Prov. 22, 5 (LXX) 9 Hierem. 18, 15 12 Prov. 15, 19 (LXX) 17 Eccles. 10, 15 (LXX) 19 Gal. 4, 26 23 Mt. 11, 29 24 Rom. 8, 28 25 Mich. 2, 7

3 cruribus cruciatibus *BF* 4 ueste* *B* 6 scurpiorum *O* prosternendi *BF*: uulnerandi *Ov* triboli *B*[a] 9 est *BFO*: est mei *v* inquid *BFO* 13 strata *et* 14 trita *B*[1] 16 potuerunt *Z* 17 satis *om.* *Z* 18 adfliget *O* 19 ciuitate illa *F* celestis *B*: caelesti *F* 20 nostrorum *O* *post* nostrum *in v cap.* *25 incipit* 22 cottid. *Z* 24 illic cooperabantur *B* 25 ad *FOZ*: in *B* abdiam *BFZ*: micean *O* (*immo errauit auctor*)

iterum: quia rectae uiae domini, et recti incedent in eis: praeuaricatores uero conruent in eis.

XXV. Maiora igitur nobis per conluctationem temptationum
laudis contulit praemia benigna erga nos gratia saluatoris,
quam si omnem a nobis necessitatem certaminis abstulisset.
etenim sublimioris praestantiorisque uirtutis est persecutionibus
aerumnisque uallatum manere semper inmobilem et ad prae-
sidia dei fidum atque intrepidum perdurare, humanisque incursi-
bus uelut armis inuictae uirtutis accinctum gloriosissime de
inpatientia triumphare et adquirere quodammodo de infirmitate
uirtutem, quia uirtus in infirmitate perficitur. ecce 2
enim dedi te, inquit dominus, in columnam ferream,
et in murum aereum, super omnem terram, regibus
Iuda, et principibus, et sacerdotibus eius, et omni
populo terrae. et bellabunt aduersum te, et non
praeualebunt: quia ego tecum sum, ut eruam te,
ait dominus. ergo secundum meram domini traditionem
uia regia suauis ac leuis est, licet dura et aspera sentiatur.
pie enim ac fideliter seruientes cum tulerint iugum domini 3
super se et didicerint ab eo quia mitis est et humilis
corde, iam quodammodo terrenarum passionum sarcinam
deponentes non laborem, sed requiem animabus suis domino
praestante repperient, sicut per Hieremiam prophetam ipse
testatus est dicens: state super uias, et uidete, et
interrogate de semitis antiquis, quae sit uia bona,
et ambulate in ea: et inuenietis refrigerium anima-
bus uestris. fient namque eis continuo praua in directum, 4

1 Os. 14, 10 11 II Cor. 12, 9 Hierem. 1, 18—19
20 Mt. 11, 29 24 Hierem. 6, 16 27 Esai. 40, 4

1 uia *B* recti] iusti *OZv et Vulgata* incedunt *O* 2 corruent *BF* currunt *O* 6 praestatioriisque *F* 7 semper manere *O* ad praesidia dei fidum *BF*: aduersum se saeuientibus cunctis certum de praesidio dei *OZv* 8 adque *B* 10 patientiae *B*[1] patientia *B*[2]*F* 11 in *om. B* 12 inquid *BOZ* inquid dedi te *F* 13 aereum] ferreum *B*[1] omnem *om. B* 14 et *post* Iuda *om. OZ* 16 ut] et *BF* 17 ait] dicit *O* miram *Z* ueram *Ov* 23 reperient *OZv* ihereniam *O* 27 directa *Ov*

et aspera in uias planas, et gustantes uidebunt quoniam
suauis est dominus, audientesque Christum in euangelio
proclamantem: uenite ad me omnes qui laboratis et
onerati estis, et ego reficiam uos depositis ponderibus
uitiorum ea quae sequuntur intellegent: quia iugum meum
5 suaue est et onus meum leue est. habet ergo refrigerium
uia domini, si secundum legem ipsius teneatur. sed nos sumus
qui dolores nobis atque tormenta turbulentis distentionibus
procuramus, dum malumus uias saeculi huius prauas atque
peruersas etiam cum summo discrimine ac difficultate sectari.
cum uero hoc modo graue ac durum nobis iugum domini
fecerimus, blasphemo iam spiritu uel de ipsius iugi uel de
Christi qui illud inponit duritia atque asperitate causamur
secundum illud: insipientia uiri corrumpit uias eius,
6 deum autem causatur corde suo, et secundum Aggaeum
prophetam cum dixerimus quia uia domini non dirigit,
congrue nobis respondetur a domino: numquid uia mea
non dirigit? nonne magis uiae uestrae sunt prauae?
et re uera si conparare uolueris suaue olentem uirginitatis
florem et tenerrimam castimoniae puritatem taetris ac faetidis
libidinum uolutabris, quietem securitatemque monachorum
periculis et aerumnis quibus mundi huius homines inplicantur,
paupertatis nostrae requiem edacibus diuitum tristitiis ac
peruigilibus curis, in quibus non absque summo uitae periculo
diebus ac noctibus consumuntur, suauissimum iugum Christi
onusque leuissimum facillime conprobabis.

XXVI. Proinde etiam illa retributio praemiorum, qua perfecte renuntiantibus in hac uita centuplum dominus repromisit

1 Ps. 33, 9 3 Mt. 11, 28 5 l. c. 30 14 Prov. 19, 3 (LXX) 16 Ezech. 18, 25 (LXX) 17 l. c. (LXX)

1 quoniam] *uox in O euanuit* 4 honerati *B*[1]*O* 5 secuntur *OZ* 6 suaue est et *BF*: suaue et *Oβv* honus *B*[1] 8 adque *B* 11 nobis ac durum *Zv* 12 plasphemo *B* blasfemo *FOZ* 13 adque *B* aspiritate *F* 15 dominum *BF* et *om.* *BF* aggeum *codd.* 17 responditur *B*[1] 19 suaue olentem *BFr*: splendentem *OZc* 20 tenerrimam] suaue olentem *OZc* tetris *BOZ* fetidis *codd.* 27 quia *Z*

dicens: et omnis qui reliquit domum uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in praesenti et uitam aeternam possidebit, recte atque uerissime eodem sensu absque ulla fidei perturbatione suscipitur. multi enim occasionem huius sententiae adepti crasso intellectu haec in illo mille annorum tempore carnaliter sanctis restituenda confirmant, cum utique illud saeculum, quod post resurrectionem futurum dicunt, praesens intellegi non posse fateantur. multo ergo credibilius multoque 2
manifestius est eum, qui aliquid saecularium uel affectuum uel bonorum Christo suadente contempserit, a fratribus atque consortibus propositi sui, qui ei spiritali glutino conligantur, centuplo gratiorem etiam in hac uita recipere caritatem. hanc siquidem, quam inter parentes ac filios atque germanos, coniuges uel propinquos, siue societas copulat seu consanguinitatis necessitudo coniungit, satis breuem esse constat ac fragilem. denique etiam boni ac pii cum adoleuerint filii a 3
parentum domibus nonnumquam ac substantiis excluduntur, communio quoque consortii iugalis interdum etiam honesta causa interueniente diuellitur, fratrum dirimit facultatem contentiosa diuisio: monachi soli perpetuam coniunctionis retinent unitatem atque indiscrete possident uniuersa, qui omnia sua esse quae fratrum, omnia fratrum credunt esse quae sua sunt. si ergo istis quibus carnalis caritas copulatur affectibus dilectionis nostrae gratia conferatur, profecto centuplo haec dulcior atque sublimior est. recipietur sane etiam de

1 Mt. 19, 29

1 relinquid *B* relinquit *F* reliquerit *Ov* uel] aut *O* 2 uxores *Z* 4 possedebit *B* 5 adque *BO* 7 adepti *O*: adepti nancti *BF* nancti *Z* grasso *O* 8 quum *O* 12 adque *BO* 13 conglutino B^1 gluttino *F* 15 adque *B* iermanos *O* 16 propincos *O* siue] seu *O* copulat *O*: copulae *rell.* *v* 18 quum *O* (*passim*) 20 interdum iugalis B^1 coniugalis B^2Zv coniugaliis *O* 21 facultatem (*i. e.* patrimonium, *cf. Indic.*) *BF*: caritatem *OZv* 22 perpetuae *OZv* 23 adque *B* 25 isti *O* 26 affectio *Z* gratiae *Z* 27 adque *B* pręcipietur F^1

continentia coniugali maior centuplo suauitas ab illa, quae
4 eis inuicem per conmixtionem sexuum praebebatur. pro
laetitia quoque illa, quam in unius agri ac domus possessione
quis habuit, centuplo maiore diuitiarum gaudio perfruetur,
qui in adoptionem transiens filiorum dei uniuersa quae aeterni
sunt patris ut propria possidebit et adfectu atque uirtute ad
imitationem ueri illius filii proclamabit: *omnia quae habet
pater mea sunt*, nec iam cum illa poenali distentionis ac
sollicitudinis cura, sed securus ac laetus uelut in propriis
ubique succedet, audiens cotidie sibimet ab apostolo praedicari:
omnia enim uestra sunt, siue mundus, siue praesentia siue futura, et a Salomone: *fidelis uiri totus
5 mundus diuitiarum*. habes ergo istam centupli retributionem in magnitudine meriti et in discretione tam inconparabilis qualitatis expressam. neque enim si pro aeris aut ferri aut uilioris cuiusquam metalli certo pondere tantundem ponderis sed auri quispiam reddidisset, non etiam amplius restituisse quam centuplum uideretur: ita cum pro contemptu uoluptatum et adfectuum terrenorum spiritale gaudium et pretiosissimae caritatis iucunditas repensatur, etiamsi ipse sit numerus, centuplo tamen haec maior atque praeclarior est.
6 et ut hoc euidentius crebra repetitione reddatur: uxorem antea in lasciua *passione desiderii* possidebam, hanc eandem in honore sanctificationis et uera Christi dilectione possideo: una est mulier, sed centuplum creuit meritum caritatis. si autem et pro irae ac furoris perturbatione iugem patientiae lenitatem, pro sollicitudinis ac distentionis angore securitatis

5 cf. Eph. 1, 5 7 Ioh. 16, 15 11 I Cor. 3, 22 12 Prov. 17, 6 (LXX) 23 I Thess. 4, 5

2 debebatur *O* 3 possessiones *F*[1] 6 patriis *F* possedebit *BF*[1] et ad ... *hic desinit B* adque *O* 10 succedit *F OZ* cottidie *OZ* 12 et salomon *O* 15 pro] etiam *F* 16 ponderi *F*[1] tantumdem *O* 17 sed *eras. in Z*: *om. O* restituisset *FZ*[1] 18 cum *om. F* contemtu *F* 19 et *F*: adque *O* atque *Zv* 20 pretiose *O* iocunditas *FZ* repensetur *O* 22 uxorem quam antea *O* 23 lasciua passione *F*: p. fragilis *OZv* 26 et *om. O* 27 securitates *F*[1]

quietem, pro infructuosa saeculi huius poenalique tristitia
salutaris tristitiae fructum, pro uanitate laetitiae temporalis
spiritalis gaudii adpenderis ubertatem, retributionem in horum
affectuum commutatione centuplam peruidebis. et si unius- 7
cuiusque uitii breui ac lubricae uoluptati contrariarum uirtutum
merita conferantur, centuplo haec esse meliora multiplicata
iucunditas adprobabit. centenarius enim numerus de sinistra
transfertur ad dexteram, et licet eandem in supputatione
digitorum figuram tenere uideatur, nimium tamen quantitatis
magnitudine supercrescit. fiet enim ut qui haedi formam
gerere uidebamur in laeua, ouis meritum translati consequamur
ad dexteram. nunc ad quantitatem earum rerum, quas pro 8
contemptu mundialium commodorum nobis in hoc saeculo
Christus restituit, transeamus, praecipue secundum euangelium
Marci ita dicentis: nemo est qui reliquit domum aut
fratres aut sorores aut matrem aut filios aut agros
propter me et propter euangelium, qui non accipiet
centies tantum nunc in tempore hoc domos et fra-
tres et sorores et matres et filios et agros cum
persecutionibus, et in futuro saeculo uitam aeter-
nam. centuplam namque fratrum parentumue recipiet quanti- 9
tatem, quisque patris unius uel matris seu filii pro Christi
nomine caritate contempta in omnium qui Christo deseruiunt
dilectionem sincerissimam transit, pro uno scilicet tot incipiens
habere patres fratresque, feruentiore ac praestantiore sibi
affectione deuinctos. multiplicata etiam domorum atque

11 cf. Mt. 25, 33 15 Marc. 10, 29—30

3 gaudii spiritalis *OZv* eorum *O* 4 unicuique uitio *Z*[2] 5 breuis *Z* uolūtatis *O* uoluptatis *Z* 6 centuplum *Z* haec *om. Z* 7 iocunditas *FZ* adprobauit *F* 8 ad *Fr*: a *O* in *Zc* 10 ędi *O* 11 merita *O* 13 mundalium *Z*[1] 14 restituat *O* 15 relinquid *F* reliquid *O* 17 propter *post* et *om. O* accipiat *Z et Vulgata* 18 domus *O* 20 saeculo futuro *OZv et Vulgata* 21 parentumque *O* 22 quisque *OZ*: quisquis *Fv* 23 contemta *F* 24 transiit *F* unius *Z* incipiens habere *F*: inueniens *OZv* 26 adque *O*

agrorum possessione ditabitur, quisque una domo pro Christi
dilectione reiecta innumera monasteriorum habitacula tamquam
propria possidebit, in quacumque orbis parte uelut in suae
10 domus iure succedens. quomodo enim non centuplum et si
domini nostri sententiae superadici aliquid fas est plus quam
centuplum recipit, qui decem uel uiginti seruorum ministeria
infida et coacticia derelinquens tot ingenuorum ac nobilium
spontaneo fulcitur obsequio? quod ita esse etiam uestris experi-
mentis probare potuistis, qui singulis patribus matribusque
ac domibus derelictis, quamlibet mundi partem fueritis ingressi,
patres et matres fratresque innumeros, domos quoque et agros
seruosque fidelissimos absque ullo sollicitudinis labore con-
quiritis, qui uos ut proprios dominos summis suscipiunt,
11 amplectuntur, fouent, uenerantur officiis. sed hoc, inquam,
sancti ministerio merito ac fiducialiter perfruentur, qui prius
in seruitutem fraternitatis semet ipsos suaque omnia uoluntaria
deuotione subdiderint. recipient enim secundum sententiam
domini libere id quod ipsi aliis dependerunt. quisquis autem
haec humilitate sincera consortibus suis ante non detulerit,
quomodo deferri sibi ab aliis patienter admittet, cum grauari
se eorum obsequiis intellegat potius quam foueri, quia accipere
12 fratrum mauult quam reddere famulatum? haec tamen omnia
non cum remissa securitate nec cum inerti oblectatione per-
cipiet, sed secundum uerbum domini cum persecutionibus, id
est cum pressuris saeculi huius ac summis angoribus passi-
onum, quia, sicut ille sapientissimus contestatur, qui suauis
et sine dolore est in egestate erit. regnum enim
caelorum non desides, non remissi, non delicati, non teneri,

17 cf. Mt. 7, 2 24 cf. Marc. 10, 30 26 Prov. 14, 23 (LXX)

1 quisquis *Ov* 3 ubis *F* 5 nostri] non *F* 6 XX *FZ* 11 et *post* patres *om. OZv* 12 sollicitudines *F*[1] 14 amplectantur *Z* *ante* hoc *in F eras. est* quā 19 detulit *OZ* 20 admittit *FOZ* 21 quia] qui *Zc* 22 reddere *F*: accipere *O* recipere *Z* deferre *v* 23 inherti *F*[1] 27 ingestate *F* etenim *O* 28 deligati *F*

sed uiolenti diripiunt. qui ergo hi uiolenti sunt? nempe illi
qui non aliis, sed animae suae praeclaram inferunt uiolentiam,
qui direptione laudabili omni eam praesentium rerum uoluptate
fraudantes uoce dominica egregii direptores pronuntiantur et per
huiuscemodi rapinam regnum caelorum uiolenter inuadunt.
regnum enim caelorum secundum sententiam domini 13
uim patitur, et uiolenti diripiunt illud. isti profecto
sunt laudabiles uiolenti, qui uim faciunt perditioni suae.
homo enim, ut scriptum est, in doloribus laborat sibi
et uim facit perditioni suae. perditio nostra est oblectatio
uitae praesentis et ut expressius dicam exsecutio desideriorum
uoluntatumque nostrarum, quas si quis ab anima sua sub-
traxerit ac mortificauerit, gloriosam profecto et utilem per-
ditioni suae uim facit, abnegans dumtaxat ei iucundissimas
uoluntates, quas per prophetam sermo diuinus frequenter
incusat dicens: quia in diebus ieiunii uestri inuenie-
tur uoluntas uestra, et iterum: si auerteris a sabbato
pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto
meo, et glorificaueris eum dum non facis uias tuas,
et non inuenitur uoluntas tua, ut loquaris sermo-
nem. cui etiam quanta beatitudo promittitur confestim per 14
prophetam subiungit: tunc, inquit, delectaberis super
dominum, et sustollam te super altitudinem terrae,
et cibabo te hereditate Iacob patris tui. os enim
domini locutum est. et idcirco dominus noster atque
saluator, ut nobis amputandarum uoluntatum nostrarum

6 Mt. 11, 12 9 Prov. 16, 26 (LXX) 16 Esai. 58, 3
17 l. c. 13 22 l. c. 14

1 hii *FOZ*[1] 2 animae suae *F*: uoluntatibus (uolupt. *O*) suis *OZv* 3 eam *F*: se *OZv* 4 domini.e gregii *F* 6 etenim *O* 10 faciunt *O* 11 exequutio *O* 12 uoluptatumque *FO* animo suo *O* 14 iocund. *Z* 15 uolupt. *O*, *item infra* profetam *FO* 16 inuenitur *FO* 19 glorificaberis *Z* 20 inuen...r *F* inuenietur *O* ut non *O* 21 promittatur *Zv* per profetam *F*: profeta *O* propheta *Zv* 22 inquid *OZ* delectaueris *FO* 24 hereditatẽ *O* 25 loquutum *O* adque *O*

formam traderet, non ueni, inquit, facere uoluntatem
meam sed uoluntatem eius qui misit me, et iterum:
non sicut ego uolo sed sicut tu. quam uirtutem illi
specialiter exercent, qui in coenobiis conmorantes senioris
reguntur imperio, qui nihil omnino arbitrio suo agunt, sed
15 uoluntas eorum ex uoluntate pendet abbatis. postremo ut
iam disputationis huius sermo claudatur, nonne, obsecro,
etiam in hoc centuplam gratiam euidentissime qui fideliter
Christo deseruiunt consequuntur, dum pro nomine eius a
summis principibus honorantur, ac licet ipsi humanam gloriam
non requirant, uenerabiles tamen etiam in persecutionum
angustiis iudicibus cunctis ac potestatibus fiunt, quorum
uilitas etiam mediocribus forsitan despicabilis esse potuisset
uel pro obscuritate natalium uel pro condicione seruili, si in
16 saeculari conuersatione mansissent? per Christi autem militiam
nobilitatis nemo status calumniam commouere, nemo obscuri-
tatem generis audebit opponere: quin potius illis ipsis uilissi-
mae condicionis obprobriis, quibus confundi et dehonestari
ceteri solent, Christi famuli gloriosius nobilitantur. quod
euidentius in abbate Iohanne, qui in illa heremo quae Lyco
17 oppido adiacet commoratur, possumus adprobare. qui perobscuris
maioribus natus ita pro Christi nomine uniuerso paene humano
generi admirabilis factus est, ut eum ipsi quoque rerum
praesentium domini, qui mundi huius atque imperii guberna-
cula retinentes etiam potentibus cunctis regibusque terrori
sunt, uelut dominum uenerentur et oracula eius de tam
longinquis regionibus expetentes imperii sui apicem et statum
salutis bellorumque prouentus illius orationibus meritisque
committant.

1 Ioh. 6, 38 3 Mt. 26, 39

1 inquid *FZ* 4 seniores *F*[1] seniorum *O* 5 imperio. Explicuerunt conlationes monachorum *F* 6 pendit *Z* 11 persequutionum *O* 13 despecabilis *O* 14 conditione *OZ* 17 inponere *O* 18 conditionis *OZ* oppropriis *O* 20 ioanne *O* lico *O* 22 pene *OZ* 24 adque *O*

Tali beatus Abraham de inlusionis nostrae uel origine uel 18
medella disputatione disseruit atque oculis quodammodo nostris cogitationum quas diabolus auctor ingesserat propalauit insidias nosque ad desiderium uerae mortificationis accendit, quo etiam multos, licet incompto haec omnia sermone digesta sint, credimus inflammandos. nam licet summorum patrum flagrantissimos sensus tepida eloquii nostri fauilla contexerit, plurimorum tamen algorem, qui remotis uerborum cineribus uiuacitatem latentium sensuum suscitare uoluerint, calefaciendum putamus. sed ad uos, o sancti fratres, non utique 19
hunc ignem, quem dominus uenit mittere in terram et quem nimium ardere desiderat, ita spiritu praesumptionis elatus emisi, ut quasi feruentissimum propositum uestrum caloris huius adiectione succenderem, sed ut uobis maior apud filios esset auctoritas, si id, quod ipsi non mortuo uerborum sono, sed uiuo docetis exemplo, etiam summorum atque antiquissimorum patrum praecepta confirment. superest ut me periculosissima hactenus tempestate iactatum nunc ad tutissimum silentii portum spiritalis orationum uestrarum aura comitetur.

11 cf. Luc. 12, 49

1 abraam *O* 2 adque *O* 6 sunt *O* 7 fraglant. *O* 10 sanctissimi *O* 12 ita de *O* 14 succenderet *Z* aput *O* 16 set etiam uestro docetis *O* adque *O* 18 actenus *OZ* 19 comitetur. Explicit conlatio abbatis abrahe (abbatis abrahae conla VII *Z*) de mortificatione *OZ* Finit liber conlationum editum a beato cassiano dō grs *O*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

p. 18, 2 *not. lege* promiss$\overset{\text{sionē}}{\text{nm̄}}$ *D.*
p. 28, 21 *not.* D^1 *pro* D^4.
p. 242, 18 deuotionem *pro* de uotionem.
p. 244 *numerus 4 ad uers. 14 pertinet.*
p. 263, 29 *not. lege om. pro* om.
p. 282, 10 eius.
p. 287, 23 ecclesiis.
p. 346, 18 *not.* uoluntariam *T.*
p. 355 *not. dele alterum 7.*
p. 362 *not. dele alterum 24.*
p. 371, 8 *not. lege XV, 1, 4.*
p. 386, 5 *not. lege XVII, 30, 1.*
p. 386, 15 *not. lege XV, 1, 6.*
p. 413 *not. dele alterum 24.*
p. 461, 25 enim *ad scripturae locum pertinet: cf. XVIII, 13, 2.*
p. 517, 26 *not. post B interrogationis signum delendum.*
p. 518, 9 *not. dele B post* paulus apostolus.
p. 520, 4 *not. post* forti *B dele interrogationis signum.*
p. 521, 8 *not. lege* iuda et B^1FOR: iudae et B^2.
p. 528, 25 *not. lege* dixim B^1 diximus B^2.
p. 529, 17 *not.*: non uult *etiam* B^1 *cum reliquis.*
p. 530, 21 *not.*: a calamitate *B, sed* a *infra adiectum charactere merouingico.*
p. 530, 23 *not.*: animatū *B a m. 1 ex* animatur, *quod retinere debui.*
p. 541, 19 *not.* coenobitae *B, sed* o *supra* i *deletum.*
p. 579, 15 *not. lege* seueritatem B^1F.
p. 584, 23 *not. lege* conubium OK^2v.
p. 587, 5 *not. pro* K^2 *lege* affectu K^2.
p. 597, 24 *not. dele* mentimus B^1 *et lege* metimus B^1F.
p. 604, 3 *not. lege BF pro Oβv.*
p. 605, 15 *not. dele interrogationis signum post B.*
p. 624 *not. lege* 22 *pro* 20.
p. 688, 11 *lege* ille *pro* illo.

Widener Library
002848739
3 2044 081 724 361